

ANTIPHONALE  
ROMANO - SERAPHICUM  
PRO HORIS DIURNIS





ANTIPHONALE  
ROMANO - SERAPHICUM  
PRO HORIS DIURNIS

a Sacra Rituum Congregatione recognitum et approbatum

ATQUE AUCTORITATE

RMI P. BONAVENTURAE MARRANI

totius Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis

EDITUM



TYPIS SOCIETATIS S. IOANNIS EVANGELISTÆ

DESCLÉE & SOCII

S. Sedis Apostolicæ et Sacrorum Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMÆ

1928

Praesens Antiphonale Romano-Seraphicum, rite revisum,  
concordat cum suo Originali adprobato.

In fidem, etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis die 13 Octo-  
bris 1928.

L. † S.

PHILIPPUS Can. DI FAVA

S. R. C. Substitutus.

# FRATER BONAVENTURA MARRANI

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTER GENERALIS

ET HUMILIS IN DOMINO SERVUS

Cum iam Ordo Fratrum Minorum propriis Breviario, Missali, Graduali, Martyrologio et Caereimoniali legitime editis utatur; ad complendam eorum seriem librorum, qui ad divina celebranda Officia requiruntur, adhuc deerat Antiphonale Romano-Seraphicum, quod, novissimis Apostolicae Sedis normis circa cantum ecclesiasticum consonum et a S. Rituum Congregatione authentice approbatum, hodierno Calendarii Franciscalis statui congrueret, ac Fratribus et Sororibus Nostris ad exsequendum cantum plane sufficeret.

Itaque saepius ad hanc Generalem Ordinis Curiam preces missae sunt, ut Antiphonale Romano-Seraphicum conficeretur, quo in ecclesiis Nostrae iurisdictioni vel directioni subiectis relativa Constitutionum Generalium hortamenta et iussa deduci in executionem possent. In iisdem etenim Constitutionibus sic edicitur sub num. 159 : “ *Diebus dominicis ac festivis de praecepto, necnon in principalioribus Ordinis nostri festis, in illis conventibus in quibus sufficiens habetur numerus Fratrum cantum ecclesiasticum callentium, Missa cantetur, et, si fieri possit, etiam Vesperae et Completorium* ” ; sub numero autem 167 hoc praecipitur : “ *Cantus qui non sit iuxta normas a S. Sede praescriptas, in ecclesiis nostri Ordinis omnino prohibetur. Quapropter iuvenes nostri, tam in collegiis seraphicis quam in novitiatu et studiorum cursibus, in ecclesiastico cantu diligenter instruantur.* ”

Repetitis igitur in eum finem fervidis postulationibus, Nos (quibus nihil magis cordi est quam divini cultus decor et sedula observantia universalium circa ipsum cultum catholicae Ecclesiae legum) concedendum esse rati, commisimus Reverendo P. Eliseo Bruning, nostrae Provinciae Germaniae Inferioris in Hollandia alumno, munus huiusmodi Antiphonalis Romano-Seraphici concinandi; eidemque Patri permisimus ut Opus, rite tamen prius a S. Rituum Congregatione recognoscendum et approbandum,

posset Tornaci, typis Societatis Sancti Ioannis Evangelistae, imprimere; ea quidem imposita conditione ut singula Antiphonalis folia Romam ad hanc Generalem Curiam transmitteret, debito Censorum a Nobis deputatorum examini subiicienda, antequam ea praelo definitive subiiceret.

Nunc vero, Antiphonale ipsum, sollerti studio et labore confectum, necnon a S. Rituum Congregatione recognitum et approbatum, atque typis impressum, cum Nobis ex fide Censorum constet in textu et cantu cum originali fideliter convenire, evulgandum annuimus; illiusque usum, sublato quolibet alio Antiphonali, in ecclesiis Calendario nostro legitime utentibus, rite inducendum et inviolabiliter asservandum esse suademus, et, quatenus opus sit, districte quoque mandamus. Ita sane continget, ut omnes uno ore ac sapienter Domino, Regi nostro, psallentes, optatum fructum e cantu nobis plenius comparemus et intentam inde aedificationem cunctis fidelium divino Officio adstantium animabus abundantius afferamus.

Datum Romae, ad Sancti Antonii, die 18 Octobris 1928.

L. S.

FR. BONAVENTURA MARRANI, O. F. M.

Min. Gen.

---

## AD CANTOREM.

Anno 1903, procurante R. P. Eusebio Clop O. F. M., a bibliopola Desclée & Soc. editus est liber, cui titulus :

*Proprium Sanctorum totius Ordinis Fratrum Minorum;*

I. *Antiphonarium Romano-Seraphicum.*

II. *Missae propriae totius Ordinis Fratrum Minorum.*

Ea editio magni aestimanda est, non ideo tantum, quod auctor diligenter operam dedit, ut usus Ordinis quam plurimum servarentur, sed etiam quod, multo ante editionem typicam Gradualis et Antiphonalis Romani, haud parum valuit ad obtinendam cantus aequalitatem et concordiam in Ordine Seraphico.

Ea autem editio a multis annis iam non prostat. Accedit, quod, novo Breviario edito eoque multifariam mutato, usui quotidiano vix amplius servire potest. Et advertas velim, cantus gregoriani scientiam magis in dies perspectam atque perfectam esse, quo factum est, ut editio anni 1903 haud facile editioni typicae equiparanda sit. Postremo eadem editio, quamquam Superiores copiam imprimendi fecerant, tamen publica auctoritate rata numquam fuit.

Quapropter Reverendissimus Pater Bernardinus Klumper, Ministri Generalis munere fungens, anno 1923 mandavit, ut nova editio perficeretur; Breviario Romano-Seraphico et Antiphonali Romano integre adaptanda.

Grates Deo agentes, magno cum gaudio opus tibi, Cantor, tradimus confectum.

Id egimus, ut imprimis Ordinis nostri usus et commoditas provideretur. Cum autem Ordinis per orbem terrarum diffusi discrepent consuetudines, librum componere conati sumus eum, qui omnibus, quantum fieri posset, probaretur. Quam ob rem Antiphonale Romano-Seraphicum ita redactum est, ut singulis diebus Tertia, Vesperae et Completorium cantari possint; ut insuper singulis Dominicis, omnibus Festis I. et II. classis, necnon omnibus Festis Ordinis nostri propriis Laudes et Horae Minores decantari queant. Imprimis autem Vesperas Dominicarum et Festorum commode et

apte disponendas curavimus. Quapropter Antiphonae, quae Vesperarum et Laudum communes sunt, semper adiectae sunt non ipsis Laudibus sed Vesperis, et quidem generatim I. Vesperis; II. vero Vesperis, si sunt Antiphonae Festi, cuius, utpote die Dominica semper celebrandi, II. plerumque Vesperae decantantur.

Magis e re visum est, ad Vesperas Dominicarum et Festorum singulas Psalmorum intonationes integras exhibere; ipsa quoque Psalmorum verba separatim typis mandanda curavimus, litteris insignibus, ita quidem ut una eademque verba octonis modis gregorianis applicanda sint, at error fere absit in dividendis syllabis in singulas formulas musicas quae terminationes seu cadentiae dicuntur.

Eos Psalmos necnon 8 numeros Cantici *Magnificat* (forma solemnii), praemissa explicatione concisa, Proprium de Tempore inter et Proprium Sanctorum interiicere utilius duximus.

Divisio omnium versuum Psalmorum congruit cum divisione Psalterii Romani et Breviarii Romano-Seraphici, unde non mirandum, "flexam" et "asteriscum" quod vocant, non semper eodem loco inveniri ac in Antiphonali Romano. Quod ad "Tonum" quoque "lectionis" attinet, recedentes aliquantulum ab Antiphonali Romano, "Tonum" in Ordine nostro per tria saecula traditum recepimus. "Tonos" quoque communes annotavimus, forma tamen breviori quam in Antiphonali Romano, quia libellum hac de re seorsum edere intendimus.

Triduum Sacrum totum omisimus, nam praeterquam quod Matutinum huic libro, utpote quo solae Horae Diurnae contineantur, inseri sane non potuit, et solas Laudes addere ratione caret, insuper liber nimium auctus impedimento fuit, et postremo fere ab omnibus libri istis diebus singulares adhibentur.

In modis musicis eorum quae desiderantur in Antiphonali Romano, quantum fieri potuit, vindicavimus traditiones nostras. Itaque musicam Officii S. P. N. Francisci, anno 1229 a Fr. Iuliano Spirensi compositam, omnem desumpsimus ex editione critica anno 1926 vulgata, unde et Officium S. Clarae depromptum est, quod omnino Officium S. Patris imitatur. Officii S. Antonii Patavini, quod eidem auctori attribuitur ex variis manuscriptis critice collatis sinceram lectionem eruere conati sumus. Eodem modo tractavimus quosdam alios cantus saeculi XV et XVI, inter quos

Officium S. Stigmatum, Antiphonas S. Didaci et quorundam aliorum Sanctorum. Officium S. P. N. Dominici integrum desumptum est ex codice saeculi XIII, qui Romae asservatur in Collegio Angelico.

Caeteras partes proprias petivimus vel ex libro : “ *Proprium Sanctorum totius Ordinis Fratrum Minorum* (1903) ”, quas recognoscere tamen et emendare progressus scientiae cantus gregoriani nos coëgit, vel minorem partem ex Propriis variarum Dioceseon; quasdam denique (ad 80 Antiphonas) novis modulis ornavimus.

Usu quotidiano edocti et utilitati nostrorum Choralium prospicientes, adhibuimus ubique signa quae rythmica vocant. Primo nobis in animo fuit, duas editiones procurare, alteram istis signis ornatam, carentem alteram, sicut factum est in edito anno 1924 Graduali Romano-Seraphico. Deinde vero, quoniam re intellectum est, editionem signis carentem fere non venire, Superiores decreverunt ut una tantum editio compararetur.

Denique nihil antiquius habemus quam ut iis omnibus propalam grates agamus qui operi consiciendo sua quisque opera ex animi sententia faverunt : R. P. Zachariae van de Woestyne, qui specimina typographica correxit quique ultro, aequae ac R. P. Gilbertus Lohuis, suadendo iuvandoque adstitit; fratribus Clericis in conventu Werthensi degentibus, qui archetypum typographicum composuerunt; necnon fratribus Novitiis, qui Indices praeparaverunt.

*Hoogcruts, Dominica Laetare, 1928.*

FR. ELISEUS BRUNING. O. F. M.

---



# TABELLA TEMPORARIA FESTORUM MOBILIIUM

ANNO DOMINI	LITTERÆ DOMIN.	AUREUS NUM.	SEPTUAGESIMA	DIES CINERUM	PASCHA	ASCENSIO	PENTECOSTES	CORPUS CHRISTI	DOM. POST. PENT.	DOMINICA PRIMA ADVENTUS	LITTERÆ MART.
1928	A g	10	5 Febr.	22 Febr.	8 Apr.	17 Maii	27 Maii	7 Iunii	26	2 Dec.	h
1929	f	11	27 Ian.	13 Febr.	31 Mart.	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1 Dec.	u
1930	e	12	16 Febr.	5 Mart.	20 Apr.	29 Maii	8 Iunii	19 Iunii	24	30 Nov.	P
1931	d	13	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Iunii	26	29 Nov.	l
1932	c b	14	24 Ian.	10 Febr.	27 Mart.	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Nov.	C
1933	A	15	12 Febr.	1 Mart.	16 Apr.	25 Maii	4 Iunii	15 Iunii	25	3 Dec.	c
1934	g	16	28 Ian.	14 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.	p
1935	f	17	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii	24	1 Dec.	F
1936	e d	18	9 Febr.	26 Febr.	12 Apr.	21 Maii	31 Maii	11 Iunii	25	29 Nov.	f
1937	c	19	24 Ian.	10 Febr.	28 Mart.	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Nov.	s
1938	b	1	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Iunii	16 Iunii	24	27 Nov.	N
1939	A	2	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Iunii	26	3 Dec.	k
1940	g f	3	21 Ian.	7 Febr.	24 Mart.	2 Maii	12 Maii	23 Maii	28	1 Dec.	B
1941	e	4	9 Febr.	26 Febr.	13 Apr.	22 Maii	1 Iunii	12 Iunii	25	30 Nov.	b
1942	d	5	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Iunii	26	29 Nov.	n
1943	c	6	21 Febr.	10 Mart.	25 Apr.	3 Iunii	13 Iunii	24 Iunii	23	28 Nov.	E
1944	b A	7	6 Febr.	23 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Iunii	26	3 Dec.	e
1945	g	8	28 Ian.	14 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.	r
1946	f	9	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii	24	1 Dec.	H
1947	e	10	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Iunii	26	30 Nov.	h
1948	d c	11	25 Ian.	11 Febr.	28 Mart.	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Nov.	u
1949	b	12	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Iunii	16 Iunii	24	27 Nov.	P
1950	A	13	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Iunii	26	3 Dec.	l
1951	g	14	21 Ian.	7 Febr.	25 Mart.	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Dec.	C
1952	f e	15	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.	22 Maii	1 Iunii	12 Iunii	25	30 Nov.	c
1953	d	16	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Iunii	26	29 Nov.	p
1954	c	17	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.	27 Maii	6 Iunii	17 Iunii	24	28 Nov.	F
1955	b	18	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Iunii	25	27 Nov.	f
1956	A g	19	29 Ian.	15 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.	s
1957	f	1	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii	24	1 Dec.	N
1958	e	2	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Iunii	26	30 Nov.	k
1959	d	3	25 Ian.	11 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.	B
1960	c b	4	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Iunii	16 Iunii	24	27 Nov.	b
1961	A	5	29 Ian.	15 Febr.	2 Apr.	11 Maii	21 Maii	1 Iunii	27	3 Dec.	n
1962	g	6	18 Febr.	7 Mart.	22 Apr.	31 Maii	10 Iunii	21 Iunii	24	2 Dec.	E
1963	f	7	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.	23 Maii	2 Iunii	13 Iunii	25	1 Dec.	e

# KALENDARIUM PERPETUUM.

## Ianuarius.

A	Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis. <i>Duplex II. classis. Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam. Ss. NOMINIS IESU. Duplex II. classis.</i>
b	iv	2	Bb. Bentivolii de Bonis et Gerardi Cagnoli Cc. 1 Ord., <i>Semiduplex. Com. diei Octavae S. Stephani Protomart.</i>
c	iiij	3	Octava S. Ioannis Ap. et Ev. <i>Simplex.</i>
d	Prid.	4	B. Angelae a Fulgineo Vid. 3 Ord. <i>Semiduplex. Com. diei Octavae Ss. Innocentium Mm.</i>
e	Non.	5	Vigilia Epiphaniae. <i>Semiduplex. Com. S. Telesphori Papae et Mart.</i>
f	viiij	6	EPIPHANIA DOMINI. <i>Duplex I. classis cum Octava privilegiata II. ordinis. Dominica infra Octavam Epiphaniae, S. Familiae Iesu, Mariae, Ioseph. Duplex maius. Com. Dominicae et Octavae.</i>
g	vij	7	De II. die infra Octavam Epiphaniae. <i>Semiduplex.</i>
A	vj	8	De III. die infra Octavam. <i>Semiduplex.</i>
b	v	9	De IV. die infra Octavam. <i>Semiduplex.</i>
c	iv	10	De V. die infra Octavam. <i>Semiduplex.</i>
d	iiij	11	De VI. die infra Octavam. <i>Semiduplex. Com. S. Hygini Papae et Mart.</i>
e	Prid.	12	De VII. die infra Octavam. <i>Semiduplex.</i>
f	Idib.	13	Octava Epiphaniae. <i>Duplex maius.</i>
g	xix	14	S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com. S. Felicis Presbyteri et Mart.</i>
A	xviiij	15	S. Pauli primi Eremitae Conf. <i>Duplex. Com. S. Mauri Abb.</i>
b	xvij	16	Ss. Berardi, Petri, Accursii, Aiiuti et Othonis Protomart. 1. Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Marcelli I. Papae et Mart. (Semiduplex).</i>
c	xvj	17	S. Antonii Abb. <i>Duplex.</i>
d	xv	18	Cathedra S. Petri Romae. <i>Duplex maius. Com. S. Pauli Ap., ac S. Priscae Virg. et Mart.</i>
e	xiv	19	Bb. Thomae a Cora, Caroli a Setia et Bernardi a Corleone Cc. 1 Ord. <i>Duplex. Com. Ss. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Mm. ac S. Canuti Regis, Mart.</i>
f	xiiij	20	Ss. Fabiani Papae et Sebastiani Mm. <i>Duplex.</i>
g	xij	21	S. Agnetis Virg. et Mart. <i>Duplex.</i>
A	xj	22	Ss. Vincentii et Anastasii Mm. <i>Semiduplex.</i>
b	x	23	S. Raymundi de Peñafort Conf. <i>Semiduplex. Com. S. Eminentianae Virg. et Mart.</i>
c	ix	24	S. Timothei Ep. et Mart. <i>Duplex.</i>
d	viiij	25	Conversio S. Pauli Ap. <i>Duplex maius. Com. S. Petri Ap.</i>
e	vij	26	S. Polycarpi Ep. Mart. <i>Duplex.</i>

f	vj	27	S. Ioannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex</i> .
g	v	28	Bb. Rogerii a Tuderto, Odorici a Portu Naone et Aegidii a Laurentiana, Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. S. Agnetis</i> Virg. et Mart. secundo.
A	iv	29	S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex</i> .
b	iiij	30	S. Hyacinthae de Mariscottis Virg. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Martinæ</i> Virg. et Mart. ( <i>Semiduplex</i> ).
c	Prid.	31	Bb. Ludovicæ Albertoniae et Paulæ Gambara-Costa Vidd. 3 Ord. <i>Duplex. Com. S. Petri Nolasco</i> Conf. ( <i>Duplex</i> ).

## Februarius.

d	Kal.	1	Bb. Eustochii et Veridianaæ Vv. 2 et 3 Ord. <i>Duplex. Com. S. Ignatii</i> Ep. et Mart. ( <i>Duplex</i> ).
e	iv	2	PURIFICATIO B. MARIAE VIRGINIS. <i>Duplex II. classis</i> .
f	iiij	3	B. Matthæi ab Agrigento Ep. et Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. S. Blasii</i> Ep. et Mart.
g	Prid.	4	S. Ioseph a Leonissa Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Andreae</i> Corsini Ep. et Conf. ( <i>Duplex</i> ).
A	Non.	5	Ss. Petri Baptistæ et XXII Sociorum Mm. 1 et 3 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Agathæ</i> Virg. et Mart. ( <i>Duplex</i> ).
b	viiij	6	S. Titi Ep. et Conf. <i>Duplex. Com. S. Dorotheæ</i> Virg. et Mart.
c	viij	7	Bb. Rizzerii a Mucia, Aegidii-Mariæ a S. Iosepho et Antonii a Stronconio Cc. 1 Ord. <i>Duplex. Com. S. Romualdi</i> Abb. ( <i>Duplex</i> ).
d	vj	8	S. Ioannis de Matha Conf. <i>Duplex</i> .
e	v	9	S. Cyrilli Alexandrini Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com. S. Apolloniae</i> Virg. et Mart.
f	iv	10	S. Scholasticae Virg. <i>Duplex</i> .
g	iiij	11	Apparitio B. Mariæ Virg. Immaculatae. <i>Duplex maius</i> .
A	Prid.	12	Ss. Septem Fundatorum Ord. Servorum B. Mariæ Virg. Cc. <i>Duplex</i> .
b	Idib.	13	B. Ioannis a Triora Mart. 1 Ord. <i>Duplex</i> .
c	xvj	14	B. Ioannæ Valesiæ Vid. <i>Duplex. Com. S. Valentini</i> Presbyteri et Mart.
d	xv	15	B. Andreae de Comitibus Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. Ss. Faustini et Iovitæ</i> Mm. ac Translationis Corporis S. Antonii Patavini Conf. 1 Ord.
e	xiv	16	B. Philippæ Mareriæ Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex</i> .
f	xiiij	17	
g	xij	18	S. Simeonis Ep. et Mart. <i>Simplex</i> .
A	xj	19	S. Conradi Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius</i> .
b	x	20	B. Petri a Treia Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex</i> .
c	ix	21	
d	viiij	22	S. Margaritæ a Cortona Poenit. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com. Cathedrae</i> S. Petri Antiochiae ( <i>Duplex maius</i> ) ac S. Pauli Ap.

e	vij	23	S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com.</i> Vigiliae.
f	vj	24	S. MATTHIAE AP. <i>Duplex II. classis.</i>
g	v	25	B. Sebastiani de Aparicio Conf. 1 Ord. <i>Duplex.</i>
A	iv	26	B. Isabellae Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex.</i>
b	iiij	27	
c	Prid.	28	B. Antoniae a Florentia Vid. 2 Ord. <i>Semiduplex.</i>

*In anno bissextili mensis Februarius est dierum 29, et Festum S. Matthiae celebratur die 25 Februarii, et bis dicitur Sexto Kalendas, id est die 24 et die 25; et littera Dominicalis, quae assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in praecedentem; ut, si in Ianuario littera Dominicalis fuerit A, mutatur in praecedentem, quae est g, etc., et littera f bis servit, 24 et 25.*

Martius

<i>Prima ex VI Feriis mensis Martii — MYSTERIORUM VIAE CRUCIS D. N. I. C. Duplex II. classis.</i>			
d	Kal.	1	
e	vj	2	B. Agnetis Pragensis Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex.</i>
f	v	3	
g	iv	4	S. Casimiri Conf. <i>Semiduplex. Com.</i> S. Lucii I. Papae et Mart.
A	iiij	5	S. Ioannis-Iosephi a Cruce Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
b	Prid.	6	S. Coletae Virg. 2 Ord. <i>Duplex maius</i> [apud Moniales 2 Ordinis Coletanas : <i>Duplex II. classis</i> ]. <i>Com.</i> Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm. ( <i>Duplex</i> ).
c	Non.	7	S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	viiij	8	S. Ioannis de Deo Conf. <i>Duplex.</i>
e	vij	9	S. Catharinae a Bononia Virg. 2 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Franciscae Romanae Vid. ( <i>Duplex</i> ).
f	vj	10	Ss. Quadraginta Martyrum, <i>Semiduplex.</i>
g	v	11	Bb. Ioannis-Baptistae a Fabriano et Christophori a Mediolano Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
A	iv	12	S. Gregorii I. Papae, Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
b	iiij	13	B. Agnelli a Pisis Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
c	Prid.	14	Com. Translationis Corporis S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct. 1 Ord.
d	Idib.	15	
e	xvij	16	
f	xvj	17	S. Patricii Ep. et Conf. <i>Duplex.</i>
g	xv	18	B. Salvatoris ab Horta Conf. 1 Ord. <i>Duplex. Com.</i> S. Cyrilli Hierosolymitani Ep., Conf. et Eccl. Doct. ( <i>Duplex</i> ).
A	xiv	19	S. IOSEPH, SPONSI B. MARIAE Virg. Conf. <i>Duplex I. classis.</i>
b	xiiij	20	Bb. Ioannis a Parma et Marci a Montegalloy ac B. Hippolyti Galantini Cc. 1 et 3 Ord. <i>Duplex.</i>
c	xij	21	S. Benedicti Abb. <i>Duplex maius.</i>

d	xj	22	S. Benvenuti Ep. et Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
e	x	23	
f	ix	24	S. Gabrielis Archangeli. <i>Duplex maius.</i>
g	viii	25	ANNUNTIATIO B. MARIAE Virg. <i>Duplex I. classis.</i>
A	vij	26	B. Didaci-Iosephi a Gadibus Conf. 1 Ord. <i>Duplex.</i>
b	vj	27	S. Ioannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
c	v	28	S. Ioannis a Capistrano Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
d	iv	29	B. Ioannae-Mariae de Malliaco Vid. 3 Ord. <i>Semiduplex.</i>
e	iiij	30	
f	Prid.	31	

*Feria VI. post Dom. Passionis. Septem Dolorum B. Mariae Virginis. Duplex maius. Com. Feriae.*

## Aprilis.

g	Kal.	1	
A	iv	2	B. Leopoldi a Gaichis Conf. 1 Ord. <i>Duplex. Com. S. Francisci de Paula Conf. (Duplex).</i>
b	iiij	3	Bb. Gandulphi a Binasco et Ioannis a Pinna Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
c	Prid.	4	S. Benedicti a Philadelpho Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct. (Duplex).</i>
d	Non.	5	S. Vincentii Ferrerii Conf. <i>Duplex.</i>
e	viii	6	B. Mariae-Crescentiae Höss Virg. 3 Ord. <i>Duplex.</i>
f	vij	7	B. Guillelmi a Sicli Eremitae, Conf. 3 Ord. <i>Semiduplex.</i>
g	vj	8	B. Iuliani a S. Augustino Conf. 1 Ord. <i>Duplex.</i>
A	v	9	B. Thomae a Tolentino Mart. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
b	iv	10	B. Marci Fantutii a Bononia Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
c	iiij	11	S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	Prid.	12	B. Angeli a Clavasio Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
e	Idib.	13	S. Hermenegildi Mart. <i>Semiduplex.</i>
f	xviii	14	S. Iustini Mart. <i>Duplex. Com. Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mm.</i>
g	xvii	15	
A	xvj	16	Commemoratio sollemnis S. P. N. Francisci Conf. <i>Duplex maius. Com. S. Benedicti-Iosephi Labre Chordigeri Franciscalis, Conf.</i>
b	xv	17	S. Aniceti Papae et Mart. <i>Simplex.</i>
c	xiv	18	B. Andreae Hibernonii Conf. 1 Ord. <i>Duplex.</i>
d	xiiij	19	B. Conradi ab Asculo Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
e	xij	20	
f	xj	21	S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
g	x	22	B. Francisci a Fabriano Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. Ss. Soteris et Caii Pp. et Mm. (Semiduplex).</i>
A	ix	23	B. Aegidii Assisiensis Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. S. Georgii Mart. (Semiduplex).</i>

b	viiij	24	S. Fidelis a Sigmaringa Mart. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
c	vij	25	S. MARCI EVANGELISTAE. <i>Duplex II. classis.</i>
d	vj	26	Ss. Cleti et Marcellini Pp. et Mm. <i>Semiduplex.</i>
e	v	27	S. Petri Canisii. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
f	iv	28	B. Luchesii Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Pauli a Cruce Conf. (Duplex) et S. Vitalis Mart.</i>
g	iiij	29	S. Petri Mart. <i>Duplex.</i>
A	Prid.	30	Bb. Benedicti ab Urbino et Iacobi Illyrici, Cc. 1 Ord. <i>Duplex. Com. S. Catharinae Senensis Virg. (Duplex).</i>

*Feria IV. infra Hebdomadam II. post Octavam Paschae.*  
 SOLEMNITAS S. IOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. et Eccl. univers. Patroni. *Dupl. I. cl. cum Octava communi.*

*Feria IV. infra Hebdomadam III. post Octavam Paschae.*  
 Octava S. Ioseph. *Duplex maius.*

Maius.

b	Kal.	1	Ss. PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLORUM. <i>Duplex II. classis.</i>
c	vj	2	S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	v	3	INVENTIO S. CRUCIS. <i>Duplex II. classis. Com. Ss. Alexandri I. Papae, Eventii et Theoduli Mm. ac Iuvenalis Ep. et Conf.</i>
e	iv	4	S. Monicae Vid. <i>Duplex.</i>
f	iiij	5	S. Pii V. Papae et Conf. <i>Duplex.</i>
g	Prid.	6	S. Ioannis Ap. ante Portam Latinam. <i>Duplex maius.</i>
A	Non.	7	S. Stanislai Ep. et Mart. <i>Duplex.</i>
b	viiij	8	Apparitio S. Michaëlis Archangeli. <i>Duplex maius.</i>
c	vij	9	S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	vj	10	S. Antonini Ep. et Conf. <i>Duplex. Com. Ss. Gordiani et Epimachi Mm.</i>
e	v	11	Bb. Iuliani a Valle et Ladislai a Gielniow ac B. Vivaldi Eremitae Cc. 1 et 3 Ord. <i>Semiduplex.</i>
f	iv	12	Ss. Nerei, Achillei et Domitillae Virg. ac Pancratii Mm. <i>Semiduplex.</i>
g	iiij	13	S. Petri Regalati Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
A	Prid.	14	B. Petronillae Trecensis Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com. S. Bonifatii Mart.</i>
b	Idib.	15	S. Ioannis-Baptistae de la Salle Conf. <i>Duplex.</i>
c	xvij	16	S. Ubaldi Ep. et Conf. <i>Semiduplex.</i>
d	xvj	17	S. PASCHALIS BAILON Conf. 1 Ord. <i>Duplex II. classis.</i>
e	xv	18	S. Felicis a Cantalicio Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Venantii Mart. (Duplex).</i>
f	xiv	19	S. Ivonis Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Petri Cælestini Papae et Conf. (Duplex) ac S. Pudentianae Virg.</i>
g	xiiij	20	S. Bernardini Senensis Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>

A	xij	21	Bb. Theophili a Curte, Crispini a Viterbio et Benvenuti a Recineto Cc. 1 Ord. <i>Duplex</i> .
b	xj	22	Bb. Ioannis Forest, Ioannis de Cetina et Petri de Dueñas Mm. 1 Ord. <i>Semiduplex</i> .
c	x	23	Bb. Bartholomaei Pucci et Gerardi a Villamagna Cc. 1 et 3 Ord. <i>Semiduplex</i> .
d	ix	24	B. Ioannis de Prado Mart. 1 Ord. <i>Duplex</i> .
e	viiij	25	DEDICATIO PATRIARCHALIS BASILICAE ASSISIENSIS S. P. N. FRANCISCI. <i>Duplex II. classis. Com.</i> Translationis Corporis S. P. N. Francisci Conf. ( <i>Duplex maius</i> ), S. Gregorii VII. Papae et Conf. ( <i>Duplex</i> ) ac S. Urbani I. Papae et Mart.
f	vij	26	B. Mariae-Annae a Iesu de Paredes Virg. 3 Ord. <i>Duplex. Com.</i> S. Philippi Nerii Conf. ( <i>Duplex</i> ) ac S. Eleutherii Papae et Mart.
g	vj	27	S. Bedae Venerabilis, Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com.</i> S. Ioannis I. Papae et Mart.
A	v	28	S. Augustini Ep. et Conf. <i>Duplex</i> .
b	iv	29	Bb. Stephani et Raymundi Mm. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> S. Mariae-Magdalena de Pazziis Virg. ( <i>Semiduplex</i> ).
c	iiij	30	S. Ferdinandi Regis, Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Felicis I. Papae et Mart.
d	Prid.	31	S. Angelae Mericiae Virg. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Petronillae Virg.

*Feria VI. post Octavam Smi Corporis Christi. SACRATISSIMI CORDIS IESU. Duplex I. classis cum Octava.*

## Iunius.

e	Kal.	1	Bb. Herculani a Plagario et Felicis a Nicosia ac B. Ioannis Pelingotto Cc. 1 et 3 Ord. <i>Duplex</i> .
f	iv	2	B. Humilianae de Cerchis Vid. 3 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Ep., Mm.
g	iiij	3	B. Andreae ab Hyspello Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex</i> .
A	Prid.	4	S. Francisci Caracciolo Conf. <i>Duplex</i> .
b	Non.	5	S. Bonifatii Ep. et Mart. <i>Duplex</i> .
c	viiij	6	S. Norberti Ep. et Conf. <i>Duplex</i> .
d	vij	7	B. Baptistae Varani Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex</i> .
e	vj	8	Bb. Pacifici a Cerano et Laurentii a Villamagna. Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex</i> .
f	v	9	Ss. Primi et Feliciani Mm. <i>Simplex</i> .
g	iv	10	S. Margaritae Reginae, Vid. <i>Semiduplex</i> .
A	iiij	11	S. Barnabae Ap. <i>Duplex maius</i> .
b	Prid.	12	S. Ioannis a S. Facundo Conf. <i>Duplex. Com.</i> Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Mm.



c	Idib.	13	S. ANTONII DE PADUA Conf. 1 Ord. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici.</i>
d	xviii	14	S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
e	xvii	15	B. Iolentae Ducissae, Vid. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com. Ss. Viti, Modesti atque Crescentiae Mm.</i>
f	xvj	16	B. Guidi a Cortona Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
g	xv	17	
A	xiv	18	S. Ephraem Syri Diaconi, Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com. Ss. Marci et Marcelliani Mm.</i>
b	xiii	19	S. Iulianae de Falconeriis Virg. <i>Duplex. Com. Ss. Gervasii et Protasii Mm.</i>
c	xij	20	B. Michelinae a Pisauro Vid. 3 Ord. <i>Semiduplex. Com. diei Octavae S. Antonii ac S. Silverii Papae et Mart.</i>
d	xj	21	S. Aloisii Gonzagae Conf. <i>Duplex.</i>
e	x	22	S. Paulini Ep. et Conf. <i>Duplex.</i>
f	ix	23	Vigilia.
g	viii	24	NATIVITAS S. IOANNIS BAPTISTAE. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
A	vij	25	S. Gulielmi Abb. <i>Duplex. Com. Octavae Nativitatis S. Ioannis.</i>
b	vj	26	Ss. Ioannis et Pauli Mm. <i>Duplex. Com. Octavae.</i>
c	v	27	B. Benvenuti ab Eugubio Conf. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com. Octavae.</i>
d	iv	28	S. Irenaei Ep. et Mart. <i>Duplex. Com. Octavae et Vigiliae.</i>
e	iiij	29	Ss. PETRI ET PAULI APP. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Ap. <i>Duplex maius. Com. S. Petri Ap. et Octavae Nativitatis S. Ioannis.</i>

Iulius.

g	Kal.	1	PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C. <i>Duplex II. classis. Com. dici Octavae Nativitatis S. Ioannis Baptistae (Dupl. mai.)</i>
A	vj	2	VISITATIO B. MARIAE Virg. <i>Duplex II. classis. Com. Ss. Processi et Martiniani Mm.</i>
b	v	3	S. Leonis II. Pap. et Conf. <i>Semiduplex. Com. Octavae.</i>
c	iv	4	B. Raymundi Lulli Mart. 3 Ord. <i>Semiduplex. Com. Octavae.</i>
d	iiij	5	S. Antonii-Mariae Zaccaria Conf. <i>Duplex. Com. Octavae.</i>
e	Prid.	6	Octava Ss. Petri et Pauli App. <i>Duplex maius.</i>
f	Non.	7	Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Cc. <i>Duplex.</i>
g	viii	8	Ss. Elisabeth Reginae, Vid. 3 Ord. <i>Duplex maius.</i>
A	vij	9	Ss. Nicolai et X Sociorum Mm. 1 Ord. <i>Duplex maius.</i>
b	vj	10	Bb. Emmanuelis Ruiz et VII Sociorum Mm. 1 Ord. <i>Duplex. Com. Ss. Septem Fratrum Mm. et Rufinae ac Secundae Vv. et Mm. (Semiduplex).</i>
c	v	11	S. Veronicae de Iulianis, Virg. 2 Ord. <i>Duplex maius. Com. S. Pii I. Papae et Mart. Simplex.</i>



d	iv	12	S. Ioannis Gualberti Abb. <i>Duplex. Com.</i> Ss. Naboris et Felicis Mm.
e	iiij	13	S. Francisci Solani Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Anacleti Papae et Mart. ( <i>Semiduplex</i> ).
f	Prid.	14	S. BONAVENTURAE Ep., Conf. et Eccl. Doct. 1 Ord. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici.</i>
g	Idib.	15	Ssmi Sepulcri D. N. I. C. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Henrici Imperatoris, Conf. ( <i>Semiduplex</i> ).
A	xvij	16	Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo. <i>Duplex maius. Com.</i> Canonizationis S. P. N. Francisci ( <i>Duplex maius</i> ) et S. Mariae-Magdalena Postel Virg.
b	xvj	17	S. Alexii Conf. <i>Semiduplex.</i>
c	xv.	18	S. Camilli de Lellis Conf. <i>Duplex. Com.</i> Ss. Symphorosae et VII Filiorum eius, Mm.
d	xiv	19	S. Vincentii a Paulo Conf. <i>Duplex.</i>
e	xiiij	20	S. Hieronymi Aemiliani Conf. <i>Duplex. Com.</i> S. Margaritae Virg. et Mart.
f	xij	21	B. Angelinae a Marsciano Vid. 3 Ord. <i>Duplex. Com.</i> diei Octavae S. Bonaventurae et S. Praxedis Virg.
g	xj	22	S. Laurentii a Brundusio Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Mariae-Magdalena Poenitentis ( <i>Duplex</i> ).
A	x	23	S. Apollinaris Ep. et Mart. <i>Duplex. Com.</i> S. Liborii Ep. et Conf.
b	ix	24	B. Cunegundis Virg. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Vigiliae et S. Christinae Virg. et Mart.
c	viiij	25	S. IACOBI Ap. <i>Duplex II. classis. Com.</i> S. Christophori Mart.
d	vij	26	S. ANNAE MATRIS B. MARIAE Virg. <i>Duplex II. classis.</i>
e	vj	27	B. Mariae-Magdalena Martinengo Virg. 2 Ord. <i>Duplex. Com.</i> S. Pantaleonis Mart.
f	v	28	Ss. Nazarii et Celsi Mm., Victoris I. Papae et Mart. atque Innocentii I. Papae et Conf. <i>Semiduplex.</i>
g	iv	29	S. Marthae Virg. <i>Semiduplex. Com.</i> Ss. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis Mm.
A	iiij	30	Bb. Simonis a Lypnica, Petri a Molleano et Archangeli a Calataphimo Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Ss. Abdon et Sennen Mm.
b	Prid.	31	S. Ignatii Conf. <i>Duplex maius.</i>

## Augustus.

c	Kal.	1	S. Petri ad Vincula. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Pauli Ap. et Ss. Machabaeorum Mm.
d	iv	2	DEDICATIO PATRIARCHALIS BASILICAE S. MARIAE ANGE- LORUM DE PORTIUNCULA. <i>Duplex II. classis. Com.</i> S. Alphonsi-Mariae de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct. ( <i>Duplex</i> ) ac S. Stephani I. Papae et Mart.

e	iiij	3	Inventio Corporis S. Stephani Protomart. <i>Semiduplex.</i>
f	Prid.	4	S. P. N. DOMINICI, FUNDAT. ORD. PRAEDICATORUM Conf. <i>Duplex I. classis.</i>
g	Non.	5	Dedicatio S. Mariae ad Nives. <i>Duplex maius.</i>
A	viiij	6	TRANSFIGURATIO D. N. I. C. <i>Duplex II. classis. Com.</i> Ss. Xysti II Papae, Felicissimi et Agapiti Mm.
b	vij	7	Bb. Agathangeli et Cassiani Mm. 1 Ord. <i>Duplex. Com.</i> S. Caietani Conf. ( <i>Duplex</i> ) ac S. Donati Ep. et Mart.
c	vj	8	Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm. <i>Semiduplex.</i>
d	v	9	Bb. Ioannis ab Alverna, Vincentii ab Aquila et Novelloni Cc. 1 et 3 Ord. <i>Semiduplex.</i>
e	iv	10	S. LAURENTII Mart. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici.</i>
f	iiij	11	B. Ludovicae de Sabaudia Vid. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Ss. Tiburtii et Susannae Virg., Mm. [Apud 2 Ordinem : <i>Com.</i> Vigiliae ac Ss. Tiburtii et Susannae Virg., Mm.].
g	Prid.	12	S. CLARAE, OMNIUM CLARISSARUM INSTITUTRICIS, Virg. <i>Duplex I. classis.</i> [Apud 2 Ordinem : <i>Duplex I. classis cum Octava communi</i> ].
A	Idib.	13	S. Ioannis-Baptistae-Mariae Vianney Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.
b	xix	14	Bb. Sanctis a Monte Fabrorum et Francisci a Pisauro Cc. 1 et 3 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Vigiliae et S. Eusebii Conf. [Apud 2 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae, Vigiliae et S. Eusebii Conf.].
c	xviiij	15	ASSUMPTIO B. MARIAE VIRG. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
d	xvij	16	S. IOACHIM, PATRIS B. MARIAE VIRGINIS, Conf. <i>Duplex II. classis.</i>
e	xvj	17	S. Rochi Conf. 3 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Hyacinthi Conf. ( <i>Duplex</i> ), Octavae Assumptionis et diei Octavae S. Laurentii. [Apud 2 Ordinem : <i>Com.</i> S. Hyacinthi Conf. ( <i>Duplex</i> ), Octavae Assumptionis, Octavae S. Clarae et diei Octavae S. Laurentii].
f	xv	18	Bb. Beatricis et Paulae Montaldiae Vv. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> Octavae et S. Agapiti Mart. [Apud 2 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae Assumptionis, Octavae S. Clarae et S. Agapiti Mart.].
g	xiv	19	S. Ludovici Ep. et Conf. 1 Ord. <i>Duplex maius. Com.</i> Octav. [Apud 2 Ordinem : Octava S. Clarae, <i>Duplex maius. Com.</i> S. Ludovici Ep. et Conf. 1 Ord. ( <i>Duplex maius</i> ) et Octavae Assumptionis].
A	xiiij	20	S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com.</i> Octav.
b	xij	21	S. Ioannae-Franciscae Fremiot de Chantal Vid. <i>Duplex. Com.</i> Octavae.

c	xj	22	SEPTEM GAUDIORUM B. MARIAE VIRG. <i>Duplex II. classis.</i> <i>Com.</i> Ss. Timothei, Hippolyti Ep. et Symphoriani Mm.
d	x	23	S. Philippi Benitii Conf. <i>Duplex. Com.</i> Vigiliae.
e	ix	24	S. BARTHOLOMAEI Ap. <i>Duplex II. classis.</i>
f	viii	25	S. LUDOVICI REGIS Conf. 3 Ord. <i>Duplex II. classis.</i> [Apud 3 Ordinem : PATRONI PRINCIPALIS. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i> ]
g	vij	26	Bb. Timothei a Monticulo et Bernardi ab Ophyda Cc. 1 Ord. <i>Duplex. Com.</i> S. Zephyrini Papae et Mart. [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae S. Ludovici ac S. Zephyrini Papae et Mart.].
A	vj	27	S. Iosephi Calasanctii Conf. <i>Duplex.</i> [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae].
b	v	28	S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Com.</i> S. Hermetis Mart. [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae ac S. Hermetis Mart.].
c	iv	29	Decollatio S. Ioannis Baptistae. <i>Duplex maius. Com.</i> S. Sabinae Mart. [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae et S. Sabinae Mart.].
d	iiij	30	S. Rosae Limanae Virg. <i>Duplex. Com.</i> Ss. Felicis et Adaucti Mm. [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae ac Ss. Felicis et Adaucti Mm.].
e	Prid.	31	S. Raymundi Nonnati Conf. <i>Duplex.</i> [Apud 3 Ordinem : <i>Com.</i> Octavae].

## September.

f	Kal.	1	Bb. Ioannis a Perusio et Petri a Saxoferrato Mm. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> S. Aegidii Abb. et Ss. XII Fratrum Mm. [Apud 3 Ordinem : Octava S. Ludovici. <i>Duplex maius. Com.</i> Bb. Ioannis a Perusio et Petri a Saxoferrato Mm. 1 Ord. ( <i>Semiduplex</i> ), S. Aegidii Abb. et Ss. XII Fratrum Mm.].
g	iv	2	S. Stephani Regis, Conf. <i>Semiduplex.</i>
A	iiij	3	
b	Prid.	4	S. Rosae a Viterbio Virg. 3 Ord. <i>Duplex maius.</i>
c	Non.	5	B. Gentilis a Matilica Mart. 1 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> S. Laurentii Iustiniani Ep. et Conf. ( <i>Semiduplex</i> ).
d	viii	6	Bb. Liberati a Lauro et Peregrini a Phalerono Cc. 1 Ord. <i>Semiduplex.</i>
e	vij	7	
f	vj	8	NATIVITAS B. MARIAE VIRG. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici. Com.</i> S. Hadriani Mart.
g	v	9	B. Seraphinae Sfortiae Vid. 2 Ord. <i>Semiduplex. Com.</i> S. Gorgonii Mart.



# ORDINARIUM DIVINI OFFICII

## ET PSALTERIUM PER HEBDOMADAM DISPOSITUM




### DOMINICA AD LAUDES.

Pater. Ave.

Tonus antiquus Ordinis.



E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde.



R̄. Dómi-ne, ad adiu-vándum me festí-na. Gló-ri-a Patri,




et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-



pi-o, et nunc, et semper, et in-saécu-la saecu-ló-rum. Amen.

*A Septuagesima usque ad Pascha :*



Alle-lú-ia. *Vel :* Laus ti-bi, Dómine, Rex aetérnae gló-ri-ae.

## Tonus solemniss.


*Adhiberi potest ad libitum in Vesperis et Laudibus Festorum quae cum maiori solemnitate celebrantur.*

**D** E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R̄. Dómi-  
 ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-  
 li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi-o,  
 et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen.


Al-le-lú-ia. *Vel* : Laus ti-bi, Dómine, Rex aetérnae gló-ri-ae.

## Tonus festivus.

**D** E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R̄. Dómi-  
 ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-  
 li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi-o,



et nunc, et semper, et in saecu-la saecu-ló-rum. Amen.




Alle-lú-ia. *Vel* : Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex aetérnae gló-ri-ae.


*Hoc tono utendum est in Duplicibus, Semiduplicibus et Dominicis ad Matutinum, Laudes et Vesperas; necnon ad Tertiam ante Missam Pontificalem.*

### Tonus ferialis.


**D**




E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R̄. Dómi-




ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,



et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc,



et semper, et in saecu-la saecu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.



*Vel* : Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex aetérnae gló-ri-ae.

*Hoc tono utendum est supradictis diebus ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, et Completorium; necnon in Festis Simplicibus et Feriis ad omnes Horas.*

### I.

*Psalmi sequentes dicuntur in Dominicis totius anni praeterquam a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum, in quibus dicuntur Psalmi sub numero II. infra positi. Dicuntur etiam in Vigiliis et Festis quibus attribuuntur Psalmi Dominicales, cum Antiphonis his diebus assignatis, et in aliis Festis Antiphonas ad Laudes proprias habentibus.*

*Antiphonae vero infrascriptae dicuntur cum respectivis Psalmis quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, praeterquam in Dominicis Adventus.*

## Per Annum. I. Antiphona. 6. F.

**A** LLE- LÚ-IA. E u o u a e.

Tempore Paschali. Antiphona, *sub qua sola dicuntur omnes Psalmi.*

6. F **A** LLE- LÚ-IA. E u o u a e.

## Psalmus 92.

**D**OMINUS regnávít, deCOrem inDUtus est : \* indútus  
est Dóminus fortitúdinem <sup>4</sup> *ET* praecINxit se.

2. Etenim firmávit ORbem TERrae, \* qui non COM-  
moVEbitur.

3. Paráta sedes TUA EX tunc : \* a SAEculo TU es.

4. Elevavérunt FLUmina, DOMine, \* elevavérunt flúmina  
VOcem SUam.

5. Elevavérunt flúmina FLUctus SUos, \* a vóci-  
bus aQUArum muITArum.

6. Mirábiles elatiOnes MARis : \* mirábilis in ALTis  
DOMinus.

Litterae maiusculae (sive erectae, sive cursivae) indicant « accentus melodicus » cadentiarum.

Litterae cursivae (sive maiusculae, sive minusculae) indicant « praeparationes accentuum ».

Post Antiphonas plerumque indicatur primus Psalmi versus, ubi clare indicantur « accentus melodicus » et « praeparationes » quae occurrant. Applicando huius primi versus figurationem textui Psalmorum, ipsa Psalmodia facilis evadet. — Pro Modo 4<sup>o</sup> attendas solummodo ad numerum 4, positum sub syllaba.

7. Testimónia tua credibília *FACTA sunt* NImis : \*  
domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitudíni *VENI*  
*di*Erum.

8. Glória PATri, *et* FIlío, \* *et* SPiRITui SANcto.

9. Sicut erat in princípío, *et* NUNC, *et* SEMper, \* *et*  
in saécula saecuLOrum. Amen.

*Hic ¶. Glória Patri semper dicitur in fine omnium Psalmorum et Cantico-  
rum, nisi aliter notetur.*

Anti-  
phona.



ALLE- LÚ-IA, Dómi-nus regná- vit, de-có-rem ín-  
du- it, alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2. Ant.  
4. E



I U-BI-LÁTE. E u o u a e.

*Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Antiphona incipit  
a primo versu Psalmi ; et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo in quo desinit  
Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoetur.*

Psalmus 99.

IUBILATE Deo Omnis TERra : \* servíte Dómino *IN*  
*lae*TItia.


2. Introíte in consPectu Eius, \* in exsulTAtiOne.

3. Scitóte quóniam Dóminus Ipse est DEus : \* ipse fecit  
nos, *ET non* Ipsi nos.

4. Pópulus eius, *et* oves PAscuae Eius : \* introíte portas  
eius in confessióne, átria eius in hymnis : confiTEmini  
ILLi.



5. Laudáte nomen eius : quóniam suávis est Dóminus, † in aetérnum miseriCordiA Eius, \* et usque in generatió-nem et generatió-nem VÉRitas Eius.




IU-BI-LÁTE De- o omnis terra, alle-lú- ia.

3. Ant.

7. a

**B**



E- NE-DÍ-CAM te. E u o u a e.

Psalmus 62.

**D**EUS, DEus MEus, \* ad te de *LU*ce VIgilo.

2. Sitívit in te Anima MEa, \* quam multipliciter tibi *CA*ro MEa!

3. In terra desérta et ínvia et *INA*QUOsa : \* sic in sancto appáruí tibi, ut vidérem virtútem tuam et *GL*Oriam TUam.

4. Quóniam mélior est misericórdia tua *SU*per VItas : \* lábia MEa *lau*DAbunt te.

5. Sic benedicam te in *V*ita MEa : \* et in nómine tuo levábo *MA*nus MEas.


6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur Anima MEa : \* et lábiis exsultatiónis *lau*DAbit os MEum.

7. Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis medi*T*Abor IN te : \* quia fuísti ad*U*tor MEus.


8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima MEa *POST* te : \* me suscepit *DEX*tera TUa.

9. Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, † introibunt in inferiOra TERrae : \* tradentur in manus gladii, partes VULpium Erunt.


10. Rex vero laetabitur in Deo, † laudabuntur omnes qui IUrant in Eo : \* quia obstructum est os loquentiUM inIqua.



BE-NE-DI-CAM te in vi-ta me-a, Dómi-ne, et



in nó-mi-ne tu-o le-vábo manus me-as, alle-lú-ia.



TRES pú-e-ri. E u o u a e.

Canticum trium Puerorum. Dan. 3, 57-88 et 56.

**B**ENEDICITE ómnia ópera DOMini DOMino : \* laudate et superexaltate Eum in SAECula.

2. Benedicite Angeli DOMini DOMino : \* benedicite CAELi DOMino.

3. Benedicite aquae omnes quae super CAELos sunt DOMino : \* benedicite omnes virtutes DOMini DOMino.

4. Benedicite sol et LUna DOMino : \* benedicite stellae CAELi DOMino.

5. Benedícite omnis imber ET ros DOMino : \* benedícite omnes spíritus DEi DOMino.

6. Benedícite ignis et AEstus DOMino : \* benedícite frigus et AEstus DOMino.

7. Benedícite rores et pruina DOMino : \* benedícite gelu et FRigus DOMino.

8. Benedícite glácies et Nives DOMino : \* benedícite noctes et Dies DOMino.

9. Benedícite lux et Tenebrae DOMino : \* benedícite fúlgura et Nubes DOMino.

10. Benedícat TERra DOMinum : \* laudet et superexáltet Eum in SAÉcula.

11. Benedícite montes et COLles DOMino : \* benedícite univérſa germinántia in TERra DOMino.

12. Benedícite FONtes DOMino : \* benedícite mária et FLUmina DOMino.

13. Benedícite cete et ómnia quae movéntur in Aquis DOMino : \* benedícite omnes vólucres CAeli DOMino.

14. Benedícite omnes béstiae et PEcora DOMino : \* benedícite filii HOMinum DOMino.

15. Benedícat ISraél DOMinum : \* laudet et superexáltet Eum in SAÉcula.

16. Benedícite sacerdótes DOMini DOMino : \* benedícite servi DOMini DOMino.

17. Benedícite spíritus et ánimae iuSTOrum DÓmino : \*  
benedícite sancti et húmiles CORde DÓmino.

18. Benedícite Ananía, Azaría, MISael DÓmino : \*  
laudáte et superexaltáte Eum in SAECula.

19. Benedicámus Patrem et Fílium cum SANcto SPI-  
ritu : \* laudémus et superexaltémus Eum in SAECula.

20. Benedíctus es Dómine in firmaMENTo CAELi : \* et  
laudábilis et gloriósus et superexalTatus in SAECula.

*Hic non dicitur Glória Patri neque Amen.*

Anti-  
phona.



TRES pú- e-ri ius- su re-gis in fornácem missi sunt,  
non timéntes flammam ignis, dí-céntes : Be-ne-dí-ctus De- us,  
alle-lú- ia.

5. Ant.  
i. g.



**A** L-LE-LÚ-IA. E u o u a e.

Psalmus 148.

**L**AUDATE DómiNUM de CAELis : \* laudáte eum IN  
exCELSis.

2. Laudáte eum omnes ANgelí Eius : \* laudáte eum  
omnes VirTutes Eius.

3. Laudáte eum SOL *et* LUna : \* laudáte eum omnes  
STELlae *et* LUmen.

4. Laudáte eum CAELi caeLORum : \* *et* aquae omnes  
quae super caelos sunt, laudent *NOmen* DOmini :

5. Quia ipse DIXit, *et* FActa sunt : \* ipse mandávit,  
ET creATA sunt.

6. Státuit ea in aetérnum *et* in SAECulum SAECuli : \*  
praecéptum pósuit, *et* non *PRAEter*ibit.

7. Laudáte DómiNUM *de* TERra, \* dracones *et* *Omnes*  
aBYssi :

8. Ignis, grando, nix, glácies, spíritus PROceLArum, \*  
quae fáciunt *VERbum* Eius :

9. Montes *et* *Omnes* COLles, \* ligna fructifera *et*  
*Omnes* CEDri :


10. Béstiae *et* uniVERsa PEcora, \* serpentes *et* vólucres  
*pen*NATAe :

11. Reges terrae *et* *Omnes* POPuli, \* príncipes *et* omnes  
IUDices TERrae.


12. Iúvenes *et* vírgines, † senes cum iunióribus laudent  
*NOmen* DOmini : \* quia exaltátum est nomen Eius *so*LIus.

13. Conféssio eius super CAELum *et* TERram : \* *et*  
exaltávit cornu POPuli SUI.

14. Hymnus ómnibus SANctis Eius : \* filiis Israel,  
pópulo appropinQUANTI Sibi.



ALLE-LÚ-IA, laudá- te Dómi-num de cae-lis, alle-



lú-ia, alle- lú- ia.



ALLE- LÚ- IA, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Capitulum.

*Apoc. 7, 12.*


**B**ENEDICTIO, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, † honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro \* in saécula saeculórum. Amen.

R̄. Deo grátias.

*Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.*

*Sequens Hymnus dicitur in Dominicis post Epiphaniam a die 14. Ianuarii, usque ad Dominicam I. Quadragesimae exclusive; et in Dominicis post Pentecosten a die 28. Septembris usque ad diem 26. Novembris inclusive occurrentibus.*

Hymnus.



**A**

ETERNE re- rum Cón-di- tor, Noctem di- émque qui re-



gis, Et témpo- rum das témpo- ra, Ut állevés fastí- di- um :

2. Nocturna lux viántibus  
A nocte noctem ségregans,  
Praeco diéi iam sonat,  
Iubárque solis évocat.
3. Hoc excitátus Lúci- fer  
Solvit polum calígine :  
Hoc omnis errónum cohors  
Viam nocéndi désérit.

4. Hoc nauta vires cólligit,  
Pontíque mítescunt freta :  
Hoc, ípsa petró Ecclésiae,  
Canénte, culpam díluit.
5. Surgámus ergo strénue :  
Gallus iacéntes éxcitat,  
Et somnoléntos increpat,  
Gallus negántes árguit.

- |   |   |
|---|---|
| <p>6. Gallo canente, spes redit,<br/>Aegris salus refunditur,<br/>Mucro latronis conditur,<br/>Lapsis fides revertitur.</p> <p>7. Iesu labantes respice,<br/>Et nos videndo corrige :<br/>Si respicis, labes cadunt,<br/>Fletuque culpa solvitur.</p> | <p>8. Tu lux refulge sensibus,<br/>Mentisque somnum discute :<br/>Te nostra vox primum sonet,<br/>Et vota solvamus tibi.</p> <p>9. Deo Patri sit gloria,<br/>Eiusque soli Filio,<br/>Cum Spiritu Paraclito,<br/>Nunc, et per omne saeculum.<br/>Amen.</p> |
|---|---|

*Per Annum :*

∇. Dominus regnavit, decorem induit.

℞. Induit Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtute.

*A Septuagesima usque ad Quadragesimam :*

∇. Domine refugium factus es nobis.

℞. A generatione et progénie.

*Sequens Hymnus dicitur in Dominica III. et reliquis Dominicis post Pentecosten usque ad diem 27. Septembris inclusive occurrentibus.*

### Hymnus.

4.

**E** C-CE iam noctis te-nu-â-tur umbra, Lux et auró-  
rae rú-ti-lans cor-úscat : Súpli-ces re-rum Dómi-num ca-  
nó-ra Vo-ce pre-cé-mur :

- |  |   |
|--|---|
| <p>2. Ut reos culpae miseratus,<br/>omnem<br/>Pellat angorem, tríbuat sa-<br/>lútem,<br/>Donet et nobis bona sempi-<br/>térnae<br/>Múnera pacis.</p> | <p>3. Praestet hoc nobis Déitas<br/>beáta<br/>Patris, ac Nati, paritérque<br/>Sancti<br/>Spíritus, cuius résonat per<br/>omnem<br/>Glória mundum.<br/>Amen.</p> |
|--|---|

## Alter Tonus.

I.

**E** G-CE iam noctis te-nu-á-tur umbra, Lux et auró-  
 rae rú-ti-lans cor-úscat : Súppli-ces re-rum Dómi-num canó-  
 ra Vo-ce pre-cé-mur :

∇. Dóminus regnávít, decórem índuit.

℞. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

Canticum Zachariae.\* *Luc. 1, 68-79.*

**B**ENEDICTUS Dóminus DEus ISrael : \* quia visitávit, et  
 fecit redemptiónem *PLEbis* SUae.

2. Et eréxit cornu saLUTis NObis, \* in domo David  
 PUeri SUI :

3. Sicut locútus est per OS sanCTORum, \* qui a saé-  
 culo sunt, propheTArum Eius :

4. Salútem ex iniMICis NOstris, \* et de manu ómnium  
 QUI oDERunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum PATribus NO-  
 stris : \* et memorári testaméti SUI SANcti.

6. Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham PATrem  
 NOstrum, \* daTURum se NObis :

\* Tonos solemnes huius Cantici vide, p. 18 ss.



7. Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum  
 LIBERATI, \* servi ANnus ILLi :

8. In sanctitate et iustitia CORam Ipso, \* ómnibus  
 diEBus NOstris.

9. Et tu puer, prophéta AltíssIMI voCAberis : \* prae-  
 bis enim ante fáciem Dómini paráre VIas Eius :

10. Ad dandam sciéntiam salútis PLEbi Eius, \* in  
 remissionem peccATORum eORum :

11. Per víscera misericórdiae DEi NOstri : \* in quibus  
 visitávit nos, ORIENS ex ALto :

12. Illumináre his qui in ténebris et in umbra MORTis  
 SEdent : \* ad dirigéndos pedes nostros in VIam PACis.

13. Glória Patri.

*Deinde dicitur Antiphona et Oratio conveniens; postea Commemorationes, si quae faciendae sunt; postremo, si tempus requirat, Suffragium de Omnibus Sanctis, vel Tempore Paschali de Cruce, ut infra post Vesperas Dominicae, 79.*

## II.

*Sequentes Psalmi dicuntur ad Laudes in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, quando fit Officium de Dominica. Antiphonae dicuntur ut in Proprio de Tempore.*

### Psalmus 50.

MISERERE MEi DEus, \* secúndum magnam miseri-  
 CORdiam TUam.

2. Et secúndum multitudínem miseratiOnum tuArum, \*  
 dele iniqui TAtem MEam.

3. Amplius lava me ab iniquiTAte MEa : \* et a peccáto MEo MUNda me :

4. Quóniam iniquitátem meam Ego coGNOsco : \* et peccátum meum contra ME est SEMper.

5. Tibi soli peccávi, et malum COram te FEci : \* ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum IUdiCARis.

6. Ecce enim in iniquitátiBUS conCEptus sum : \* et in peccátis concépit me MAter MEa.

7. Ecce enim veritátem DIleXisti : \* incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifeSTAsti MIhi.

8. Aspérges me hýssopo, ET munDABor : \* lavábis me, et super nivem DEalBABor.

9. Auditui meo dabis gáudium ET laeTItiam : \* et exsultábunt ossa huMIliAta.

10. Avérte fáciem tuam a pecCATis MEis : \* et omnes iniquitátes Meas DEle.

11. Cor mundum crea IN me DEus : \* et spíritum rectum innova in viSCERibus MEis.

12. Ne proicias me a FACIE TUA : \* et spíritum sanctum tuum ne AUferas A me.

13. Redde mihi laetítiam saluTARis TUI : \* et spíritu principiPALi conFIRma me.

14. Docébo iníquos VIas TUas : \* et ímpii ad te CONverTENTur.

15. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus saLUtis MEae : \* et exsultabit lingua mea iuSTitiam TUam.

16. Dómine, lábia MEa aPERies : \* et os meum annuntiábit LAUdem TUam.

17. Quóniam si voluisses sacrificium, deDISsem Uti que : \* holocáustis non DEleCTaberis.

18. Sacrificium Deo spíritus conTRIBuLatus : \* cor contrítum et humiliátum Deus NON deSPicies.

19. Benigne fac Dómine in bona voluntáte TUa Sion : \* ut aedificéntur MUri IeRUusalem.

20. Tunc acceptábis sacrificium iustitiae, oblationes et HOloCAUsta : \* tunc impónent super altáre TUum Vítulos.

Ps. 117. CONFITEMINI. *ut ad Primam Dominicae, 23.*

Ps. 62. DEUS, DEUS MEUS. *ut ad Laudes Dominicae, 1. loco, 6.*

Ÿ. Dómine Deus virtútum convérte nos. R̄. Et osténde fáciem tuam, et salví érimus.

Ÿ. Exsúrge Christe, ádiuva nos. R̄. Et libera nos propter nomen tuum.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.


*Et dicitur Oratio conveniens, et reliqua ut supra, 81.*



## FERIA II. AD COMPLETORIUM.

Ant.  
8. G

S



ALVUM me fac. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. ut in Dominica, 84.*

Psalmus 6.

**D**ÓMINE ne in furóre tuo arguas me, \* neque in ira tua corripas me.

2. Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum : \* sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

3. Et ánima mea turbáta est valde : \* sed tu Dñe úsquequo?

4. Convértere Dómine, et érripe ánimam meam : \* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

5. Quóniam non est in morte qui memor sit tui : \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

6. Laborávi in gémitu meo, † lavábo per síngulas noctes lectum meum : \* lácrimis meis stratum meum rigábo.

7. Turbátus est a furóre óculus meus : \* inveterávi inter omnes inimícos meos.

8. Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : \* quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

9. Exaudivit Dóminus deprecationem meam, \* Dóminus orationem meam suscepit.

10. Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : \* convertántur et erubéscant valde velóciter.

Psalmus 7. I.

**D**ÓMINE Deus meus in te sperávi : \* salvum me fac ex ómnibus persecuéntibus me, et libera me.

2. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, \* dum non est qui rédímat, neque qui salvum fáciat.

3. Dómine Deus meus, si feci istud, \* si est iníquitas in máni-bus meis :

4. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, \* décidam mérito ab inimícis meis inánis.

5. Persequátur inimícus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, \* et glóriam meam in púlverem dedúcat.

6. Exsúrge Dómine in ira tua : \* et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

7. Et exsúrge Dómine Deus meus in praecépto quod mandásti : \* et synagóga populórum circúmdabit te.

8. Et propter hanc in altum regrédere : \* Dóminus iúdicat pópulos.

9. Iúdica me Dómine secúndum iustítiam meam, \* et secúndum innocéntiam meam super me.

10. Consumétur nequítia peccatórum, et diriges iustum, \* scrutans corda et renes, Deus.

Psalmus 7. II.

**I**USTUM adiutórium meum a Dómino, \* qui salvos facit rectos corde.

2. Deus iudex iustus, fortis et pátiens : \* numquid iráscitur per síngulos dies?

3. Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : \* arcum suum teténdit, et parávit illum.

4. Et in eo parávit vasa mortis : \* sagíttas suas ardéntibus effécit.

5. Ecce partúriit iniustitiam : \* concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

6. Lacum apéruit, et effódit eum : \* et incidit in fóveam quam fecit.

7. Convertétur dolor eius in caput eius : \* et in vérticem ipsíus iniquitas eius descéndet.

8. Confitébor Dómino secúndum iustítiam eius : \* et psallam nómini Dómini altíssimi.

Anti-  
phona.

**S** ALVUM me fac Dómi-ne, pro-pter mi-se-ri-córdi-am

tu- am.

*Temp. Pasch. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ut in Dominica, 86.*

*Reliqua ut supra in Dominica, 86. seq.*

## FERIA III. AD TERTIAM.

*Hymnus ut supra, 41. seq.*

Ant.  
8. G

**R** ESPÉ-XIT me. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 48.*

*Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 105.*

### Psalmus 39. I.

**E**XSPÉCTANS exspectávi Dóminum, \* et inténdit mihi.

2. Et exaudivit preces meas : \* et edúxit me de lacu misériae, et de luto faecis.

3. Et státuit super petram pedes meos : \* et diréxit gressus meos.

4. Et immísit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

5. Vidébunt multi, et timébunt : \* et sperábunt in Dómino.

6. Beátus vir cujus est nomen Dómini spes eius : \* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

7. Multa fecisti tu, Dómine Deus meus, mirabilia tua : \* et cogitacionibus tuis non est qui similis sit tibi.

8. Annuntiávi et locúsum : \* multiplicáti sunt super númerum.

9. Sacrificium et oblatiónem nolústi : \* aures autem perfecisti mihi.

10. Holocáustum et pro peccáto non postulásti : \* tunc dixi : Ecce vénio.

11. In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : \* Deus meus, vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Psalmus 39. II.

**A**NNUNTIÁVI iustítiam tuam in ecclésia magna, \* ecclábía mea non prohibébo : Dómine tu scisti.

2. Iustítiam tuam non abscondi in corde meo : \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

3. Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam \* a concílio multo.

4. Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me : \* misericórdia tua et veritas tua semper suscepérunt me.

5. Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : \* comprehendérunt me iniquitátes meae, et non pótui ut vidérem.

6. Multiplicátae sunt super capillos cápitis mei : \* et cor meum derelíquit me.

7. Compláceat tibi Dómine ut éruas me : \* Dómine ad adiuvándum me respice.

Psalmus 39. III.

**C**ONFUNDÁNTUR et revereántur simul qui quaerunt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

2. Convertántur retrórsim et revereántur, \* qui volunt mihi mala.

3. Ferant conféstim confusiónem suam, \* qui dicunt mihi : Euge, euge.

4. Exsúltent et laeténtur super te omnes quaeréntes te : \* et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

5. Ego autem mendícus sum et pauper : \* Dóminus sollicitus est mei.

6. Adiútor meus et protéctor meus tu es : \* Deus meus ne tardáveris.

Anti-  
phona.

**R**

ESPÉ-XIT me, et exau-dí-vit depre-ca-ti-ó-nem

me- am Dómi-nus.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 54.*


*In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 107.*



## FERIA III. AD VESPERAS.



**Q**UI há-bi-tas \* in cae-lis, mi-se-ré-re no-bis.



E u o u a e.



**A**LLE-LÚ-IA, \* alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Psalmus 122.

**A**D te levávi óculos meos, \*  
qui hábitas in caelis.


2. Ecce sicut óculi servórum \*  
in má nibus dominórum suó-  
rum,

3. Sicut óculi ancíllae in má-  
nibus dóminae suae : \* ita óculi


nostri ad Dóminum Deum no-  
strum, donec misereátur nostri.

4. Miserére nostri Dómine,  
miserére nostri : \* quia multum  
repléti sumus despectióne.

5. Quia multum repléta est  
ánima nostra : \* oppróbrium  
abundántibus, et despéctio su-  
pérbis.



**A**D-IUTÓ-RI-UM nostrum \* in nó-mi-ne Dó-mi-ni.



E u o u a e.

## Psalmus 123.

**N**ISI quia Dóminus erat in  
nobis, dicat nunc Israel : \*  
nisi quia Dóminus erat in nobis :

2. Cum exsúrgerent hómines

in nos, \* forte vivos deglutís-  
sent nos :

3. Cum irascerétur furor eó-  
rum in nos, \* fórsitan aqua  
absorbúisset nos.

4. Torréntem pertransívit

ánima nostra : \* fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

5. Benedictus Dóminus \* qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

6. Anima nostra sicut passer

erépta est \* de láqueo venántium :

7. Láqueus contrítus est, \* et nos liberáti sumus.

8. Adiutórium nostrum in nómine Dómini, \* qui fecit caelum et terram.

3. Ant.  
I. f



nunc, et usque in saécu-lum. E u o u a e.

Psalmus 124.

**Q**UI confidunt in Dómino, sicut mons Sion : \* non commovébitur in aetérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

2. Montes in circúitu eius : \* et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in saéculum.



3. Quia non relínquet Dómi-

nus virgam peccatórum super sortem iustórum : \* ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.

4. Bénéfac Dómine bonis, \* et rectis corde.

5. Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : \* pax super Israel.

4. Ant.  
7. a



cti sumus laetántes. E u o u a e.

Psalmus 125.

**I**N converténdo Dóminus captivitátem Sion : \* facti sumus sicut consoláti.

2. Tunc replétum est gáudio os nostrum : \* et lingua nostra exsultatióne.

3. Tunc dicent omnes gen-

tes : \* Magnificávit Dóminus  
fácere cum eis.

4. Magnificávit Dóminus fá-  
cere nobiscum : \* facti sumus  
laetántes.

5. Convérte Dómine captivi-  
tátem nostram, \* sicut torrens  
in Austro.

6. Qui sémant in lácri-  
mis, \* in exsultatióne metent.

7. Eúntes ibant et flebant, \*  
mitténtes sémina sua.

8. Veniéntes autem vénient  
cum exsultatióne, \* portántes  
manípulos suos.

5. Ant.

5. a

**D**

ÓMI-NUS aedí- fi- cet \* no- bis domum, et custó- di- at



ci- vi- tá- tem. E u o u a e.

#### Psalmus 126.

**N**ISI Dóminus aedificáverit  
domum, \* in vanum labo-  
ravérunt qui aedificant eam.

2. Nisi Dóminus custodierit  
civitátem, \* frustra vígilat qui  
custódit eam.

3. Vanum est vobis ante lu-  
cem súrgere : \* súrgite post-  
quam sedéritis, qui manducátis  
panem dolóris.

4. Cum déderit diléctis suis  
somnum : \* ecce haeréditas Dó-  
mini, filii : merces, fructus  
ventris.

5. Sicut sagíttae in manu  
poténtis : \* ita filii excussó-  
rum.

6. Beátus vir qui implévit de-  
sidérium suum ex ipsis : \* non  
confundétur cum loquétur ini-  
micis suis in porta.

#### Capitulum.

2. Cor. I, 3-4.

**B**ENEDÍCTUS Deus, et Pater Dómini nostri Iesu Christi, † Pater  
misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, \* qui conso-  
látur nos in omni tribulatióne nostra.

*Tonus Hymni ut supra ad Vesperas Feria II., 112.*

#### Hymnus.

**T**ULLÉRIS alme Cónditor,  
Mundi solum qui sépa-  
rans,  
Pulsis aquae moléstis.  
Terram dedísti inmóbilem :

2. Ut germen aptum próferens,  
Fulvis decóra flóribus,  
Foecúnda fructu sísteret,  
Pastúmque gratum rédde-  
ret.

3. Mentis perústae vúlnera  
Munda viróre grátiae :  
Ut facta fletu díluat,  
Motúsque pravos átterat.
4. Iussis tuis obtémperet :  
Nullis malis apróximet :

- Bonis repléri gaudeat,  
Et mortis ictum nésciat.
5. Praesta, Pater piíssime,  
Pátrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito  
Regnans per omne saéculum.  
Amen.

Ÿ. Dirigátur, Dómine, orátio mea.

Ź. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

5. a

**E** X S U L T Á - V I T \* s p í - r i - t u s m e - u s i n D e - o s a - l u - t á - r i

m e - o . E u o u a e .

*Preces, quando dicendae sunt, ut supra Feria II., 113.*

FERIA III. AD COMPLETORIUM.

Ant.  
8. G

**T** U D Ó M I - n e . E u o u a e .

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 84.*

Psalmus 11.

**S**ALVUM me fac Dómine, quóniam defécit sanctus : \* quóniam diminútæ sunt veritátes a fíliis hóminum.

2. Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum : \* lábia

dolósa, in corde et corde locúti sunt.

3. Dispédat Dóminus univér-  
sa lábia dolósa, \* et linguam  
magníloquam.

4. Qui dixerunt : Linguam  
nostram magnificábimus, † lábia

nostra a nobis sunt : \* quis no-  
ster Dóminus est?

5. Propter misériam ínopum,  
et gémitum páuperum, \* nunc  
exsúrgam : dicit Dóminus.

6. Ponam in salutári : \* fidu-  
ciáliter agam in eo.

7. Elóquia Dómini, elóquia  
casta : \* argéntum igne exami-  
nátum, probátum terrae, purgá-  
tum séptuplum.

8. Tu Dómine servábis nos,  
et custódies nos, \* a generatióne  
hac in aetérnum.

9. In circúitu ímpii ámbu-  
lant : \* secúndum altitúdinem  
tuam multiplicásti filios hómi-  
num.

#### Psalmus 12.

**U**SQUEQUO Dómine obliviscé-  
ris me in finem? \* úsque-  
quo avértis fáciem tuam a  
me?

2. Quámdui ponam consília in  
ánima mea, \* dolórem in corde  
meo per diem?

3. Usquequo exaltábitur ini-  
mícus meus super me? \* réspice,  
et exáudi me Dómine Deus  
meus.

4. Illúmina óculos meos, ne  
umquam obdórmiam in morte : \*  
nequándo dicat inimícus meus :  
Praeválui advérsus eum.

5. Qui tríbulant me, exsul-  
tábunt si motus fúero : \* ego  
autem in misericórdia tua spe-  
rávi.

6. Exsultábit cor meum in  
salutári tuo : † cantábo Dó-  
mino qui bona tríbuit mihi : \*  
et psallam nómini Dómini altís-  
simi.

#### Psalmus 15.

**C**ONSÉRVA me Dómine, quó-  
niam sperávi in te : \* Dixi  
Dómino : Deus meus es tu,  
quóniam bonórum meórum non  
eges.

2. Sanctis, qui sunt in terra  
eius, \* mirificávit omnes volun-  
tates meas in eis.

3. Multiplicatae sunt infirmi-  
tates eórum : \* póstea accelera-  
vérunt.

4. Non congregábo conven-  
tícula eórum de sanguínibus, \*  
nec memor ero nóminum eórum  
per lábia mea.

5. Dóminus pars haereditátis  
meae et cálicis mei : \* tu es qui  
restítues haereditátem meam  
mihi.

6. Funes cecidérunt mihi in  
praeláris : \* étenim haeréditas  
mea praeclára est mihi.


7. Benedicam Dóminum, qui  
tríbuit mihi intelléctum : \* ín-  
super et usque ad noctem incre-  
puérunt me renes mei.

8. Providébam Dóminum in  
conspéctu meo semper : \* quó-  
niam a dextris est mihi, ne com-  
móvear.


9. Propter hoc laetátum est  
cor meum, et exsultávit lingua  
mea : \* ínsuper et caro mea re-  
quíesceat in spe.

10. Quóniam non derelínques  
ánimam meam in inférno : \* nec  
dabis sanctum tuum vidére cor-  
ruptiónem.

11. Notas mihi fecísti vias  
vitae, † adimplébis me laetítia  
cum vultu tuo : \* delecta-  
tiones in déxtera tua usque in  
finem.

Anti-  
phona.**T**

u Dómine servá-bis nos, et custó-di-es nos in



aetérnum.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 86.**Reliqua ut supra in Dominica, 86. seq.*

## FERIA IV. AD TERTIAM.

*Hymnus ut supra, 41. seq.*Ant.  
8. G**D**

E-US adiúvat me. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 48.**Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II, 105.*

## Psalmus 53.

**D**EUS in nómine tuo salvum me fac : \* et in virtúte tua iúdica me.

2. Deus exáudi oratióne[m] meam : \* áuribus pércipe verba oris mei.

3. Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, † et fortes quaesierunt ánimam meam : \* et non proposuérun[t] Deum ante conspéctum suum.

4. Ecce enim Deus ádiuvat me : \* et Dóminus suscéptor est ánimae meae.

5. Avérte mala inimicis

meis : \* et in veritáte tua dispérde illos.

6. Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo Dómine : quóniam bonum est :

7. Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : \* et super inimicos meos despéxit óculus meus.

## Psalmus 54. I.

**E**XÁUDI Deus oratióne[m] meam, † et ne despéxeris deprecatióne[m] meam : \* inténde mihi, et exáudi me.

2. Contristátus sum in exer-

citatióne mea : \* et conturbátus sum a voce inimíci, et a tribulatióne peccatóris.

3. Quóniam declinavérunt in me iniquitátes : \* et in ira mólesti erant mihi.

4. Cor meum conturbátum est in me : \* et formído mortis cécidit super me.

5. Timor et tremor venérunt super me : \* et contexérunt me ténebrae.

6. Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut colúmbae? \* et volábo, et requiescam.

7. Ecce elongávi fúgiens : \* et mansi in solitúdine.

8. Exspectábam eum, qui salvum me fécit, \* a pusillanimitáte spíritus et tempestáte.

9. Praecipita Dómine, dívide linguas eórum : \* quóniam vidi iniquitátem, et contradicióne in civitáte.

10. Die ac nocte circúmdabit eam super muros eius iniquitas : \* et labor in médio eius, et iniustítia.

11. Et non defécit de platéis eius \* usúra et dolus.

12. Quóniam si inimícus meus maledixisset mihi, \* sustinuíssem útique.

13. Et si is qui odérat me, super me magna locútus fuisset, \* abscondíssem me fórsitan ab eo.

14. Tu vero, homo unánimis : \* dux meus, et notus meus :

15. Qui simul mecum dulces capiébas cibos : \* in domo Dei ambulávimus cum consénsu.

16. Véniat mors super illos : \* et descéndant in inférnum vivéntes :

17. Quóniam nequítiae in habitáculis eórum : \* in médio eórum.

#### Psalmus 54. II.

**E**GO autem ad Deum clamávi : \* et Dóminus salvábit me.

2. Véspere, et mane, et merídie narrábo et annuntiábo : \* et exáudiet vocem meam.

3. Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi : \* quóniam inter multos erant mecum.

4. Exáudiet Deus, et humiliábit illos, \* qui est ante saécula.

5. Non enim est illis commutátio, et non timuérunt Deum : \* exténdit manum suam in retribuéndo.

6. Contaminavérunt testaméntum eius, † divísi sunt ab ira vultus eius : \* et appropinquávit cor illíus.


7. Mollíti sunt sermónes eius super óleum : \* et ipsi sunt iácula.

8. Iacta super Dóminum curam tuam, et ipse te enútriet : \* non dabit in aetérnum fluctuatióne iusto.


9. Tu vero Deus dedúces eos, \* in púteum intéritus.

10. Viri sánguinem et dolósi non dimidiábunt dies suos : \* ego autem sperábo in te Dómine.

Anti-  
phona.



**D** E- US ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est á-ni-



mae me- ae.


*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 54.*

*In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 107.*




## FERIA IV. AD VESPERAS.

I. Ant.  
2. D



**B** E- Á-TI omnes \* qui timent Dóminum. E u o u a e.

T. Pasch.  
2. D



**A** LLE-LÚ- IA, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

### Psalmus 127.

[**B**EÁTI omnes qui timent Dóminum,] \* qui ámbulant in viis eius.

2. Labóres mánuum tuárum quia manducábis : \* beátus es, et bene tibi erit.

3. Uxor tua sicut vitis abúndans, \* in latéribus domus tuae.


4. Fílii tui sicut novéllae olivárum, \* in circúitu mensae tuae.

5. Ecce sic benedicétur homo \* qui timet Dóminum.


6. Benedícat tibi Dóminus ex Sion : \* et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitae tuae.

7. Et vídeas fílios filiórúum tuórum, \* pacem super Israel.

2. Ant.  
8. G



**C** ONFUNDÁNTUR omnes \* qui o-dé-runt Si- on.



E u o u a e.



## Psalmus 128.

**S**AEPÉ expugnáverunt me a iuventúte mea, \* dicat nunc Israel :

2. Saepe expugnáverunt me a iuventúte mea : \* étenim non potuérunt mihi.

3. Supra dorsum meum fabricáverunt peccatóres : \* prolongáverunt iniquitátem suam.

4. Dóminus iustus concídit cervíces peccatórum : \* confun-

dántur et convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.

5. Fiant sicut foenum tectórum : \* quod priúsqvam evellátur, exáruit :

6. De quo non implévit manum suam qui metit, \* et sinum suum qui manípulos cólligit.


7. Et non dixerunt qui prae-teribant : Benedictio Dómini super vos : \* benedíximus vobis in nómine Dómini.

3. Ant.

8. c

**D**

E pro-fúndis \* cla-má-vi ad te Dómi-ne.



E u o u a e.

## Psalmus 129.

**[D**E profúndis clamávi ad te Dómine :] \* Dómine exáudi vocem meam.

2. Fiant aures tuae intendéntes\* in vocem deprecatiÓnis meae.

3. Si iniquitátes observáveris Dómine, \* Dómine, quis sustinébit?

4. Quia apud te propitiátio est : \* et propter legem tuam sustínui te Dómine.

5. Sustínuit ánima mea in verbo eius : \* sperávit ánima mea in Dómino.

6. A custódia matutína usque ad noctem, \* speret Israel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiÓsa apud eum redémptio.

8. Et ipse rédimet Israel \* ex ómnibus iniquitátibus eius.


9. Glória Patri.

4. Ant.

I. g<sup>2</sup>

**D**

ÓMI-NE, \* non est exal-tá-tum cor me- um.



E u o u a e.

## Psalmus 130.

**[D**ÓMINE, non est exaltá-  
tum cor meum :] \* ne-  
que eláti sunt óculi mei.

2. Neque ambulávi in ma-  
gnis : \* neque in mirabílibus  
super me.

3. Si non humíliter sentié-

bam : \* sed exaltávi ánimam  
meam :

4. Sicut ablactátus est super  
matre sua, \* ita retribútió in  
ánima mea.


5. Speret Israel in Dómino, \*  
ex hoc nunc et usque in saécu-  
lum.

5. Ant.

3. g

**E**

- LÉ-GIT Dóminus Si- on \* in ha-bi-ta-ti- ó-nem



si- bi. E u o u a e.

## Psalmus 131.

**M**EMÉNTO Dómine David, \*  
et omnis mansuetúdinis  
eius :

2. Sicut iurávit Dómino, \*  
votum vovit Deo Iacob :

3. Si introíero in tabernácu-  
lum domus meae, \* si ascéndero  
in lectum strati mei :

4. Si dédero somnum óculis  
meis, \* et pálpebris meis dor-  
mitatiónem :

5. Et réquiem tempóribus  
meis : donec invéniam locum  
Dómino, \* tabernáculum Deo  
Iacob.

6. Ecce audívimus eam in  
Ephrata : \* invénimus eam in  
campis silvae.

7. Introíbimus in tabernácu-  
lum eius : \* adorábimus in loco  
ubi stetérunt pedes eius.

8. Surge Dómine in réquiem

tuam, \* tu et arca sanctificatió-  
nis tuae.

9. Sacerdótes tui induántur  
iustítiam : \* et sancti tui exsúl-  
tent.

10. Propter David servum  
tuum, \* non avértas fáciem  
Christi tui.

11. Iurávit Dóminus David  
veritátem, et non frustrábitur  
eam : \* de fructu ventris tui  
ponam super sedem tuam.

12. Si custodierint filii tui  
testaméntum meum, \* et testimó-  
nia mea haec, quae docébo eos :

13. Et filii eórum usque in  
saéculum, \* sedébunt super  
sedem tuam.

14. Quóniam elégit Dóminus  
Sion : \* elégit eam in habita-  
tióne sibi.

15. Haec réquies mea in saé-  
culum saéculi : \* hic habitábo,  
quóniam elégi eam.

16. Víduam eius benedícens  
benedícam : \* páuperes eius  
saturábo pánibus.

17. Sacerdótes eius índuam  
salutári : \* et sancti eius exsul-  
tatióne exsultábunt.

18. Illuc prodúcam cornu Da-  
vid, \* parávi lucérnam Christo  
meo.

19. Inimícos eius índuam con-  
fusióne : \* super ipsum autem  
efflorébit sanctificatió mea.

### Capitulum.

2. Cor. 1, 3-4.

**B**ENEDICTUS Deus, et Pater Dómini nostri Iesu Christi, † Pater  
misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, \* qui conso-  
látur nos in omni tribulatióne nostra.

*Tonus Hymni ut supra, 112.*

### Hymnus.

**C**AELI Deus sanctíssime,  
Qui lúcidas mundi plagas  
Candóre pingis ígneo,  
Augens decóro lúmine :

2. Quarto die qui flámmeam  
Dum solis accéndis rotam,  
Lunae mínistras órđinem,  
Vagósque cursus síderum :

3. Ut nóctibus, vel lúmini  
Diremptiόνis términum,  
Primórdiis et ménsium  
Signum dares notíssimum ;


4. Expélle noctem córdium :  
Abstérge sordes méntium :  
Resólve culpae vínculum :  
Evérte moles críminum.

5. Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saéculum. Amen.


Ÿ. Dirigátur, Dómine, orátio mea.

Ŕ. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

### Ad Magnificat, Antiphona.




**R** ESPÉ-XIT DÓmi-nus \* humi-li-tá-tem me-am, et fe-




cit in me magna qui pot-ens est. E u o u a e.

*Preces, si dicendae sint, ut supra, 113.*



## FERIA IV. AD COMPLETORIUM.



I

MMITTET Ange-lus Dómi-ni. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 84.*

## Psalmus 33. I.

**B**ENEDICAM Dóminum in  
omni tēpore : \* semper  
laus eius in ore meo.

2. In Dómino laudábitur áni-  
ma mea : \* áudiant mansuēti,  
et laeténtur.

3. Magnificáte Dóminum  
mecum : \* et exaltémus nomen  
eius in idípsum.

4. Exquisívi Dóminum, et  
exaudívit me : \* et ex ómnibus  
tribulatióibus meis erípuit me.

5. Accédite ad eum, et illu-  
minámini : \* et fácies vestrae  
non confundéntur.

6. Iste pauper clamávit, et  
Dóminus exaudívit eum : \* et  
de ómnibus tribulatióibus eius  
salvávit eum.

7. Immíttet Angelus Dómini  
in circúitu tímēntium eum : \* et  
erípiet eos.

8. Gustáte, et vidéte quó-  
niam suávis est Dóminus : \*  
beátus vir qui sperat in eo.

9. Timéte Dóminum omnes  
sancti eius : \* quóniam non est  
inópia tímēntibus eum.

10. Dívites eguérunt et esu-  
riérunt : \* inquiréntes autem  
Dóminum non minuéntur omni  
bono.

## Psalmus 33. II.

**V**ENÍTE filii, audíte me : \*  
timórem Dómini docébo  
vos.

2. Quis est homo qui vult  
vitam : \* díligit dies vidére  
bónos?

3. Próhibe linguam tuam a  
malo : \* et lábia tua ne loquán-  
tur dolum.

4. Divérte a malo, et fac bo-  
num : \* inquiré pacem, et per-  
séquere eam.

5. Oculi Dómini super iu-  
stos : \* et aures eius in preces  
eórum.

6. Vultus autem Dómini  
super faciéntes mala : \* ut  
perdat de terra memóriam eó-  
rum.

7. Clamavérunt iusti, et Dó-  
minus exaudívit eos : \* et ex  
ómnibus tribulatióibus eórum  
liberávit eos.

8. Iuxta est Dóminus iis qui  
tribuláto sunt corde : et húmi-  
les spíritu salvábit.

9. Multae tribulatiónes iu-  
stórum : \* et de ómnibus his  
liberábit eos Dóminus.

10. Custódit Dóminus ómnia  
ossa eórum : \* unum ex his non  
conterétur.

11. Mors peccatorum pessima : \* et qui oderunt iustum, delinquent.

12. Redimet Dominus animas servorum suorum : \* et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Psalmus 60.

**E**XAUDI Deus deprecationem meam : \* intende orationi meae.

2. A finibus terrae ad te clamavi : \* dum anxaretur cor meum, in petra exaltasti me.

3. Deduxisti me, quia factus es spes mea : \* turris fortitudinis a facie inimici.

4. Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula : \* protegar in velamento alarum tuarum.

5. Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam : \* dedisti haereditatem timentibus nomen tuum.

6. Dies super dies regis adicias : \* annos eius usque in diem generationis et generationis.

7. Permanet in aeternum in conspectu Dei : \* misericordiam et veritatem eius quis requireret?

8. Sic psalmum dicam nomini tuo in saeculum saeculi : \* ut reddam vota mea de die in diem.

Anti-  
phona.

**I**

MMITTET Ange-lus Dómi-ni in circú-i-tu timén-

ti-um e-um, et e-rí-pi-et e-os.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 86.*

*Reliqua ut supra in Dominica, 86. seq.*

FERIA V. AD TERTIAM.

*Hymnus ut supra, 41. seq.*

Ant.  
8. c

**Q**

UAM bo-nus. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 48.*

*Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 105.*

## Psalmus 72. I.

[**Q**UAM bonus] Israel Deus, \* his qui recto sunt corde!

2. Mei autem pene moti sunt pedes : \* pene effúsi sunt gressus mei.

3. Quia zelávi super iníquos, \* pacem peccatórum videns.

4. Quia non est respéctus morti eórum : \* et firmaméntum in plaga eórum.

5. In labóre hóminum non sunt, \* et cum homínibus non flagellabúntur :

6. Ideo tenuit eos supérbia, \* opérti sunt iniquitaté et impietate sua.

7. Pródiit quasi ex ádipe iniquitas eórum : \* transiérunt in afféctum cordis.

8. Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam : \* iniquitatem in excélsó locúti sunt.

9. Posuérunt in caelum os suum : \* et lingua eórum transívit in terra.

## Psalmus 72. II.

**I**DEO convertétur pópulus meus hic : \* et dies pleni inveniéntur in eis.

2. Et dixerunt : Quómodo scit Deus, \* et si est sciéntia in excélsó?

3. Ecce ipsi peccatóres, et abundántes in saéculo, \* obtinuerunt divítias.

4. Et dixi : Ergo sine causa iustificávi cor meum, \* et lavi inter innocéntes manus meas :

5. Et fui flagellátus tota die, \* et castigatio mea in matutínis.

6. Si dicébam : Narrábo sic : \* ecce nationem filiórum tuórum reprobávi.

7. Existimábam ut cognósce-rem hoc, \* labor est ante me :

8. Donec intrem in sanctuárium Dei : \* et intélligam in novíssimis eórum.

## Psalmus 72. III.

**V**ERÚMTAMEN propter dolos posuísti eis : \* deiecísti eos dum allevaréntur.

2. Quómodo facti sunt in desolatiónem, súbito defecérunt : \* periérunt propter iniquitatem suam.

3. Velut sómnum surgéntium, Dómine, \* in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

4. Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt : \* et ego ad níhilum redáctus sum, et nescívi.

5. Ut iumentum factus sum apud te : \* et ego semper tecum.

6. Tenuísti manum dexterae meae : † et in voluntáte tua deduxísti me, \* et cum glória suscepísti me.

7. Quid enim mihi est in caelo? \* et a te quid vólui super terram?

8. Defécit caro mea, et cor meum : \* Deus cordis mei, et pars mea Deus in aetérnum.

9. Quia ecce qui elóngant se a te, períbunt : \* perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

10. Mihi autem adhaerére Deo bonum est : \* pónere in Dómino Deo spem meam :

11. Ut annúntiem omnes praedicatiónes tuas, \* in portis filiae Sion.

Anti-  
phona.

Q

UAM bo- nus Isra-el De- us his qui re-cto sunt corde!

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 48.**In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 107.*

## FERIA V. AD VESPERAS.

1. Ant.

I. a

E

CCE quam bonum \* et quam iu-cúndum, ha-bi-tá-re

fratres in u-num. E u o u a e.

T. Pasch.

I. a

A

LLE-LÚ- IA, \* alle-lú-ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 132.

[E CCE quam bonum et quam iucúndum, \* habitáre fratres in unum!]

2. Sicut unguéntum in cápite, \* quod descéndit in barbam, barbam Aaron :

3. Quod descéndit in oram vestiméti eius : \* sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

4. Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, \* et vitam usque in saéculum.

2. Ant.

3. g<sup>2</sup>

C

ONFI-TÉMI-NI Dómi-no, \* quó-ni- am in aetérnum mi-

se-ri-córdi- a e- ius. E u o u a e.

## Psalmus 135. I.

**C**ONFITĒMINI Dómino quóniam bonus : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

2. Confitémini Deo deórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

3. Confitémini Dómino dominórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

4. Qui facit mirabília magna solus : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

5. Qui fecit caelos in intellé-

ctu : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

6. Qui firmávit terram super aquas : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.


7. Qui fecit luminária magna : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

8. Solem in potestátem diéi : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

9. Lunam et stellas in potestátem noctis : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

3. Ant.

3. g<sup>2</sup>



stra memor fu- it nostri. E u o u a e.

## Psalmus 135. II.

**Q**UI percússit Aegýptum cum primogénitis eórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

2. Qui edúxit Israel de médio eórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

3. In mánu poténti, et bráchio excélsó : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

4. Qui divísit mare Rubrum in divisiónes : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

5. Et edúxit Israel per médium eius : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

6. Et excússit Pharaónem et virtútem eius in mari Ru-

bro : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

7. Qui tradúxit pópulum suum per desértum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

8. Qui percússit reges magnos : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

9. Et occídit reges fortes : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

10. Sehon regem Amorrhaeórum : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

11. Et Og regem Basan : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.

12. Et dedit terram eórum haereditátem : \* quóniam in aetérnum misericórdia eius.



13. Haereditatem Israel servo suo : \* quoniam in aeternum misericordia eius.


14. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : \* quoniam in aeternum misericordia eius.

15. Et redemit nos ab inimicis nostris : \* quoniam in aeternum misericordia eius.

16. Qui dat escam omni carni : \* quoniam in aeternum misericordia eius.


17. Confitemini Deo caeli : \* quoniam in aeternum misericordia eius.

18. Confitemini Domino dominorum : \* quoniam in aeternum misericordia eius.



**A**

DHAERE- AT lingua me- a \* fauci- bus me- is, si non



memi- ne- ro tu- i Ie- ru- sa- lem. E u o u a e.

Psalmus 136.

**S**UPER flumina Babylonis, illic sedimus et fleuimus : \* cum recordarémur Sion :

2. In salicibus in medio eius, \* suspendimus organa nostra.

3. Quia illic interrogauerunt nos, qui captivos duxerunt nos, \* verba cantionum :

4. Et qui abduxerunt nos : \* Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

5. Quomodo cantabimus canticum Domini \* in terra aliena ?

6. Si oblitus fuero tui Ierusalem, \* oblivioni detur dextera mea.

7. Adhaereat lingua mea faucibus meis, \* si non meminero tui :


8. Si non proposuero Ierusalem, \* in principio laetitiae meae.

9. Memor esto Domine filiorum Edom, \* in die Ierusalem :

10. Qui dicunt : Exinanite, exinanite \* usque ad fundamentum in ea.


11. Filia Babylonis misera : \* beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

12. Beatus qui tenebit, \* et allidet parvulos tuos ad petram.



**C**

ONFI-TEBOR \* nomi- ni tu- o Dómi- ne, super mi- se-



ri-córdi- a et ve-ri- tá-te tu- a. E u o u a e.

Psalmus 137.

**C**ONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo : \* quóniam audísti verba oris mei.

2. In conspéctu Angelórum psallam tibi : \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitebor nómini tuo.

3. Super misericórdia tua et veritáte tua : \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

4. In quacúmque die invocávero te, exáudi me : \* multiplicábis in ánima mea virtútem.

5. Confiteántur tibi Dómine

omnes reges terrae : \* quia audierunt ómnia verba oris tui :

6. Et cantent in viis Dómini : \* quóniam magna est glória Dómini.

7. Quóniam excélsus Dóminus, et humília respicit : \* et alta a longe cognóscit.

8. Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : \* et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

9. Dóminus retribuet pro me : \* Dómine, misericórdia tua in saéculum : ópera mánuum tuárum ne despicias.

Capitulum.

2. Cor. 1, 3-4.

**B**ENEDICTUS Deus, et Pater Dómini nostri Iesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, \* qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

*Tonus Hymni ut supra, 112.*

Hymnus.

**M**AGNAE Deus poténtiae,  
Qui fértili natos aqua  
Partim relínquis gúrgiti,  
Partim levas in áera.

2. Demérsa lymphis ímprimens,  
Subvécta caelis érigens :  
Ut stirpe ab una pródita,  
Divérsa répleant loca :

3. Largíre cunctis sérvulis,  
Quos mundat unda Sánguinis,

Nescíre lapsus críminum,  
Nec ferre mortis taédium.

4. Ut culpa nullum déprimat :  
Nullum éfferat iactántia :  
Elísa mens ne cóncidat :  
Eláta mens ne córruat.

5. Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saéculum.

Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea.


℞. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. c

F

E-CIT De- us \* pot-én-ti- am in bráchi- o su- o :



dispér- sit supérbos mente cor- dis su- i. E u o u a e.

*Preces, si dicendae sint, ut supra, 113.*

## FERIA V. AD COMPLETORIUM.

Ant.  
8. G

A

D-IÚTOR me- us. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 84.*

## Psalmus 69.

**D**EUS in adiútorium meum  
inténde : \* Dómine ad ad-  
iuvándum me festína.

2. Confundántur et reve-reántur,  
\* qui quaerunt ánimam  
meam.

3. Avertántur retrórsus et  
erubescant, \* qui volunt mihi  
mala.

4. Avertántur statim erube-  
scéntes, \* qui dicunt mihi : Eu-  
ge, euge.

5. Exsúltent et laeténtur in te  
omnes qui quaerunt te, \* et dicant  
semper : Magnificétur Dóminus :  
qui díligunt salutáre tuum.

6. Ego vero egénus et pauper  
sum : \* Deus adiúva me.

7. Adiútor meus et liberátor  
meus es tu : \* Dómine ne mo-  
rérís.

## Psalmus 70. I.

**I**N te Dómine sperávi, non  
confúndar in aetérnum : \*  
in iustítia tua libera me, et  
éripe me.

2. Inclína ad me aurem  
tuam, \* et salva me.

3. Esto mihi in Deum prote-  
ctórem et in locum munítum : \*  
ut salvum me fácias.

4. Quóniam firmaméntum  
meum, \* et refúgium meum es  
tu.

5. Deus meus éripe me de  
manu peccatóris, \* et de manu  
contra legem agéntis et iníqui :

6. Quóniam tu es patiéntia meá Dómine : \* Dómine spes mea a iuventúte mea.

7. In te confirmátus sum ex útero : \* de ventre matris meae tu es protéctor meus.

8. In te cantátio mea semper : \* tamquam prodígium factus sum multis : et tu adiutor fortis.

9. Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam : \* tota die magnitudinem tuam.

10. Ne proicias me in témpore senectútis : \* cum defecerit virtus mea, ne derelínquas me.

11. Quia dixerunt inimíci mei mihi : \* et qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum.

12. Dicétes : Deus derelíquit eum, † persequímini et comprehéndite eum : \* quia non est qui erípiat.

13. Deus ne elongéris : \* Deus meus in auxiliúm meum respice.

### Psalmus 70. II.

**C**ONFUNDÁNTUR et deficiant detrahétes ánimae meae : \* operiántur confusióne et pudóre qui quaerunt mala mihi.

2. Ego autem semper sperábo : \* et adícciam super omnem láudem tuam.

3. Os meum annuntiábit

iustítiam tuam : \* tota die salutáre tuum.

4. Quóniam non cognóvi litteratúram, † introibo in poténtias Dómini : \* Dómine, memorábor iustítiae tuae solíus.

5. Deus docuísti me a iuventúte mea : \* et usque nunc pronuntiábo mirábilia tua.

6. Et usque in senéctam et sé-nium, \* Deus ne derelínquas me.

7. Donec annúntiem brá-chium tuum \* generatióni omni quae ventúra est :

8. Poténtiam tuam et iustítiam tuam Deus, † usque in altíssima quae fecísti magnália : \* Deus, quis similis tibi?

9. Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas : † et convérsus vivificásti me : \* et de abyssis terrae íterum reduxísti me.

10. Multiplicásti magnificéntiam tuam : \* et convérsus consolátus es me.

11. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritátem tuam : \* Deus, psallam tibi in cíthara, Sanctus Israel.

12. Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi : \* et áni-ma mea, quam redemísti.

13. Sed et lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam : \* cum confúsi et revériti fuerint qui quaerunt mala mihi.

Anti-  
phona.



**A**D-IUTOR me- us et li-be-rá-tor me- us esto Dómine.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 86.*

*Reliqua ut supra in Dominica, 86. seg.*

## FERIA VI. AD TERTIAM.

*Hymnus ut supra, 41. seq.*

Ant. 

I. a 2

**E** XCI-TA Dómine. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Alleluia. 48.*

*Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 105.*

**Psalmus 79. I.**

**Q**UI regis Israel, inténde : \*  
qui dedúcis velut ovem  
Ioseph :

2. Qui sedes super Chérubim, \*  
manifestáre coram Ephraïm,  
Béniamin et Manásse.

3. Excita poténtiam tuam, et  
veni, \* ut salvos fácias nos.

4. Deus convérte nos : \* et  
osténde fáciem tuam, et salvi  
érimus.

5. Dómine Deus virtútum, \*  
quousque irascéris super oratió-  
nem servi tui?

6. Cibábis nos pane lacrimá-  
rum : \* et potum dabis nobis in  
lácrimis in mensúra?

7. Posuísti nos in contradi-  
ctiónem vicínis nostris : \* et  
inimíci nostri subsannáverunt  
nos.

8. Deus virtútum convérte  
nos : \* et osténde fáciem tuam,  
et salvi érimus.

**Psalmus 79. II.**

**V**INEAM de Aegýpto trans-  
tulísti : \* eiecísti gentes,  
et plantásti eam.

2. Dux itíneris fuísti in conspé-  
ctú eius : \* plantásti radíces  
eius, et implévit terram.

3. Opéruit montes umbra  
eius : \* et arbústa eius cedros  
Dei.

4. Exténdit pálmities suos  
usque ad mare : \* et usque ad  
flumen propágines eius.

5. Ut quid destruxísti macé-  
riam eius : \* et vindémiant eam  
omnes qui praetergrediúntur  
viam?

6. Exterminávit eam aper  
de silva : \* et singuláris ferus  
depástus est eam.

7. Deus virtútum convér-  
tere : \* réspice de caelo, et vide,  
et vísitá vineam istam.

8. Et pérfice eam, quam plan-  
távit délixtera tua : \* et super fi-  
lium hóminis, quem confirmásti  
tibi.

9. Incénsa igni et suffóssa \*  
ab inícrepatióné vultus tui perí-  
bunt.

10. Fiat manus tua super vi-  
rum délixterae tuae : \* et super  
filium hóminis, quem confirmá-  
sti tibi.

11. Et non discédimus a te, vivificábis nos : \* et nomen tuum invocábimus.

12. Dómine Deus virtútum convérte nos : \* et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Psalmus 81.

**D**EUS stetit in synagóga deórum : \* in médio autem deos diiúdicat.

2. Usquequo iudicátis iniquitátem : \* et fácies peccatórum súmitis?

3. Iudicáte egéno et pupíllo : \* húmilem et páuperem iustificáte.

4. Erípíte páuperem : \* et egénium de manu peccatóris liberáte.

5. Nesciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant : \* movebúntur ómnia fundaménta terrae.

6. Ego dixi : Dii estis, \* et filii Excélsi omnes.

7. Vos autem sicut hómines moriémini : \* et sicut unus de princípibus cadétis.

8. Surge Deus, iúdica terram : \* quóniam tu haereditábis in ómnibus géntibus.

Anti-  
phona.

**E**

x-CITA Dómi-ne pot-énti- am tu- am, ut salvos fá-

ci- as nos.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 48.*

*In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 107.*

FERIA VI. AD VESPERAS.

1. Ant.

3. g<sup>2</sup>

**D**

ÓMI-NE \* probásti me et cogno-ví-sti me.

E u o u a e.



**A** LLELÚ-IA, \* alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 138. I.

**[D**ÓMINE probásti me et cognovísti me : ] \* tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam.

2. Intellexísti cogitatiónes meas de longe : \* sémitam meam et funiculum meum investigásti.

3. Et omnes vias meas praevidísti : \* quia non est sermo in lingua mea.

4. Ecce Dómine tu cognovísti ómnia, novíssima et antiqua : \* tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

5. Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : \* confortáta est, et non pótero ad eam.

6. Quo ibo a spírítu tuo? \* et quo a fácie tua fúgiam?

7. Si ascéndero in caelum, tu illic es : \* si descéndero in inférnum, ades.


8. Si sumpsero pennas meas dilúculo, \* et habitávero in extrémis maris :

9. Etenim illuc manus tua dedúcet me : \* et tenébit me dextera tua.

10. Et dixi : Fórsitan ténebrae conculcábunt me : \* et nox illuminátio mea in deléiciis meis.

11. Quia ténebrae non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : \* sicut ténebrae eius, ita et lumen eius.

12. Quia tu possedísti renes meos : \* suscepísti me de útero matris meae.



me-a cognóscit ni-mis. E u o u a e.

Psalmus 138. II.

**C**ONFITÉBOR tibi quia terríbiliter magnificátus es : \* mirabilia ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

2. Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in oc-

cúlto : \* et substántia mea in inférióribus terrae.

3. Imperféc-tum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : \* dies formabúntur, et nemo in eis.

4. Mihi autem nimis honori-

ficáti sunt amíci tui Deus : \* nimis confortátus est principátus eórum.

5. Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : \* exsurréxi, et adhuc sum tecum.

6. Si occideris Deus peccatóres : \* viri sánguinum declináte a me.

7. Quia dicitis in cogitátione : \* accipient in vanitáte civitátes tuas.

8. Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? \* et super inimícos tuos tabescébam?

9. Perfécto ódio óderam illos : \* et inimíci facti sunt mihi.

10. Proba me Deus, et scito cor meum : \* intérroga me, et cognósce sémitas meas.

11. Et vide si via iniquitátis in me est : \* et deduc me in via aetérna.

3. Ant.

4. E

**N**

E de-re-línquas me \* Dómi-ne, virtus sa-lú-tis

me-ae. E u o u a e.

### Psalmus 139.

**E**RIPe me Dómine ab hómine malo : \* a viro iníquo éripe me.

2. Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : \* tota die constituébant praélia.

3. Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : \* venénium áspidum sub lábiis eórum.

4. Custódi me Dómine de manu peccatóris : \* et ab homínibus iníquis éripe me.

5. Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : \* abscondérunt supérbi láqueum mihi :

6. Et funes extendérunt in láqueum : \* iuxta iter scándalum posuérunt mihi.

7. Dixi Dómino : Deus meus es tu : \* exáudi Dómine vocem deprecatiónis meae.

8. Dómine, Dómine virtus salútis meae : \* obumbrásti super caput meum in die belli :

9. Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : \* cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

10. Caput circúitus eórum : \* labor labiórum ipsórum opériet eos.


11. Cadent super eos carbónes, † in ignem deícies eos : \* in misériis non subsístent.

12. Vir linguósus non dirigétur in terra : \* virum iniústum mala cápient in intéritu.

13. Cognóvi quia fáciét Dóminus iudícium ínopis, \* et vindíctam páuperum.

14. Verúmtamen iusti confitebúntur nómini tuo : \* et habitábunt recti cum vultu tuo.



4. Ant.  
8. c**D**

ÓMI-NE \* clamá-vi ad te, exáudi me. E u o u a e.

## Psalmus 140.

[**D**ÓMINE clamávi ad te, exáudi me]: \* inténde voci meae cum clamávero ad te.

2. Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : \* elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

3. Pone Dómine custódiam ori meo : \* et óstium circumstántiae lábiis meis.

4. Non declínes cor meum in verba malítiae, \* ad excusándas excusatiónes in peccátis.

5. Cum homínibus operántibus iniquitátem : \* et non comunicábo cum eléctis eórum.

6. Corrípiet me iustus in misericórdia, et increpábit me : \*

óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.


7. Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : \* absórpti sunt iuncti petrae iúdicés eórum.

8. Audient verba mea quóniam potuérunt : \* sicut crassitúdo terrae erúpta est super terram.


9. Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : \* quia ad te Dómine, Dómine, óculi mei : in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

10. Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : \* et a scándalís operántium iniquitátem.

11. Cadent in retiáculo eius peccatóres : \* singuláriter sum ego donec tránseam.

5. Ant.  
3. a**E**

- DUC de custó-di- a \* á-nimam me- am Dómi-ne,



ad confi-téndum nómi-ni tu- o. E u o u a e.

## Psalmus 141.

**V**OCE mea ad Dóminum clamávi : \* voce mea ad Dóminum deprecátus sum.

2. Effúndo in conspéctu eius

oratióne meam, \* et tribulatióne meam ante ipsum pronúntio.

3. In deficiéndo ex me spíritum meum, \* et tu cognovísti sémitas meas.

4. In via hac qua ambulábam, \* abscondérunt láqueum mihi.

5. Considerábam ad dexteram et vidébam : \* et non erat qui cognósceret me.

6. Périit fuga a me, \* et non est qui requírat ánimam meam.

7. Clamávi ad te Dómine, \* dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

8. Inténde ad deprecationem meam : \* quia humiliátus sum nimis.

9. Líbera me a persecúntibus me : \* quia confortáti sunt super me.

10. Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : \* me expéctant iusti, donec retríbuas mihi.

## Capitulum.

2. Cor. I, 3-4.

**B**ENEDÍCTUS Deus, et Pater Dómini nostri Iesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, \* qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

*Tonus Hymni ut supra, 112.*

## Hymnus.

- H**ÓMINIS supérne Cónditor,  
Qui cuncta solus órđinans,  
Humum iubes producere  
Reptántis et ferae genus :
2. Et magna rerum córpora,  
Dictu iubéntis vívida,  
Per témporum certas vices  
Obtemperáre sérvulis :
3. Repélle, quod cupidinis  
Ciénte vi nos ímpetit,

Aut móribus se súggerit,  
Aut áctibus se intérsarit.

4. Da gaudiórum praémia,  
Da gratiárum múnera :  
Dissólve litis víncula :  
Astrínge pacis foédera.

5. Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saéculum.

Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea.

℞. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

**D** E-PÓ-SU-IT Dóminus \* pot-én-tes de se- de,

et exaltá-vit húmi-les. E u o u a e.

*Preces, si dicendae sint, ut supra, 113.*

## FERIA VI. AD COMPLETORIUM.

Ant.  
7. c

VOCE mea a. EUOUE a c.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 84.*

## Psalmus 76. I.

[VOCE mea] ad Dóminum clamávi : \* voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

2. In die tribulatiónis meae Deum exquisívi, † mánibus meis nocte contra eum : \* et non sum decéptus.

3. Rénuít consolári ánima mea, \* memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum : et defécit spíritus meus.

4. Anticipavérunt vigílias óculi mei : \* turbátus sum, et non sum locútus.

5. Cogitávi dies antiquos : \* et annos aetérnos in mente hábui.

6. Et meditátus sum nocte cum corde meo, \* et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

7. Numquid in aetérnum proíciat Deus : \* aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

8. Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, \* a generatióne in generatióne?

9. Aut obliviscétur miseréri Deus? \* aut continébit in ira sua misericórdias suas?

10. Et dixi : Nunc coepi : \* haec mutátio dexterae Excélsi.

11. Memor fui óperum Dómini : \* quia memor ero ab initío mirabílium tuórum.

12. Et meditábor in ómnibus opéribus tuis : \* et in adinventiúnibus tuis exercébor.

## Psalmus 76. II.

DEUS in sancto via tua : † quis Deus magnus sicut Deus noster? \* tu es Deus qui facis mirabília.

2. Notam fecísti in pópulis virtútem tuam : \* redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Iacob et Ioseph.

3. Vidérunt te aquae Deus, vidérunt te aquae : \* et timuérunr, et turbatae sunt abyssi.

4. Multitúdo sónitus aquárum : \* vocem dederunt nubes.

5. Etenim sagíttae tuae tráns-eunt : \* vox tonítroi tui in rota.

6. Illuxérunt coruscationes tuae orbi terrae : \* commóta est, et contrémuit terra.

7. In mari via tua, et sémitae tuae in aquis multis : \* et vestigia tua non cognoscéntur.

8. Deduxísti sicut oves pópulum tuum, \* in manu Móysi et Aaron.

## Psalmus 85.

**I**NCLINA Dómine aurem tuam et exáudi me : \* quóniam inops et pauper sum ego.

2. Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : \* sal-  
vum fac servum tuum, Deus  
meus, sperántem in te.

3. Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : \* laetífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

4. Quóniam tu Dómine suávis et mitis : \* et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

5. Auribus pèrcepe Dómine oratióne meam : \* et inténde voci deprecatiónis meae.

6. In die tribulatiónis meae clamávi ad te : \* quia exaudísti me.

7. Non est símilis tui in diis, Dómine : \* et non est secúndum ópera tua.

8. Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, et adorábunt coram te Dómine : \* et glorificábunt nomen tuum.

9. Quóniam magnus es tu et fáciens mirabília : \* tu es Deus solus.

10. Deduc me Dómine in via tua, † et ingrédia in veritáte tua : \* laetétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

11. Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, \* et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

12. Quia misericórdia tua magna est super me : \* et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

13. Deus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam meam : \* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

14. Et tu Dómine Deus, miserátor et miséricors, \* pátiens, et multae misericórdiae, et verax :

15. Réspice in me et miserére mei, \* da impérium tuum púero tuo : et salvum fac filium ancíllae tuae.

16. Fac mecum signum in bonum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : \* quóniam tu Dómine adiuvísti me et consolátus es me.

Anti-  
phona.

**V**


VOCE me- a ad Dómi-num clamá-vi, neque obli-

viscé-tur mi-se-ré-ri De- us.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 86.*

*Reliqua ut supra in Dominica, 86. seq.*

## SABBATO AD TERTIAM.

*Hymnus ut supra, 41. seq.*Ant.  
8. c

C

LAMOR me-us. E u o u a e.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia. 48.**Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 105.*

## Psalmus 101. I.

**D**ÓMINE exáudi oratióem  
meam : \* et clamor meus  
ad te véniat.

2. Non ávértas fáciem tuam  
a me : \* in quacúmque die trí-  
bulor, inclína ad me aurem tuam.

3. In quacúmque die invo-  
cávero te, \* velóciter exáudi me.

4. Quia defecérunt sicut fu-  
mus dies mei : \* et ossa mea  
sicut crémium aruérunt.

5. Percússus sum ut foenum,  
et áruit cor meum : \* quia oblí-  
tus sum comédere panem meum.

6. A voce gémitus mei \* ad-  
haésit os meum carni meae.

7. Símilis factus sum pelli-  
cáno solitúdinis : \* factus sum  
sicut nyctícorax in domicílio.

8. Vigilávi, \* et factus sum  
sicut passer solitárius in tecto.

9. Tota die exprobrábant  
mihi inimíci mei : \* et qui lau-  
dábant me, advérsus me iurá-  
bant.

10. Quia cínerem tamquam  
panem manducábam, \* et potum  
meum cum fletu miscébam.

11. A fácie irae et indigna-  
tiónis tuae : \* quia élevans alli-  
sísti me.

12. Dies mei sicut umbra de-  
clinavérunt : \* et ego sicut foe-  
num áruí.

13. Tu autem Dómine in aetér-  
num pérmanes : \* et memoriále  
tuum in generatióem et gene-  
ratióem.

## Psalmus 101. II.

**T**u exsúrgens miseréberis  
Sion : \* quia tempus mise-  
réndi eius, quia venit tempus.

2. Quóniam placuérunt ser-  
vis tuis lápides eius : \* et ter-  
rae eius miserebúntur.

3. Et timébunt gentes nomen  
tuum Dómine, \* et omnes reges  
terrae glóriam tuam.

4. Quia aedificávit Dóminus  
Sion : \* et vidébitur in glória  
sua.

5. Respéxit in oratióem hu-  
mílium : \* et non sprevit precem  
eórum.

6. Scribántur haec in gene-  
ratióem áltera : \* et pópulus qui  
creábitur laudábit Dóminum :

7. Quia prospexit de excélsio sancto suo : \* Dóminus de caelo in terram aspexit :

8. Ut audíret gémitus compeditórum : \* ut sólveret filios interemptórum :

9. Ut annúntient in Sion nomen Dómini : \* et laudem eius in Ierúsalem.

10. In conveniéndo pópulos in unum, \* et reges ut sérviant Dómino.

Psalmus 101. III.

**R**ESPÓNDIT ei in via virtútis suae : \* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

2. Ne revóces me in dimídio diérum meórum : \* in generatiónem et generatiónem anni tui.

3. Iníitio tu Dómine terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

4. Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : \* et omnes sicut vestiméntum veteráscent.


5. Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

6. Fílii servórum tuórum habitábunt : \* et semen eórum in saéculum dirigétur.

Anti-  
phona.

**C**

LAMOR me- us Dómi- ne ad te pervé- ni- at : non



avértas fá- ci- em tu- am a me.

*Tempore Paschali Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 48.*

*In Feriali Officio reliqua ut supra in Feria II., 107.*

SABBATO AD VESPERAS.

*Antiphonae cum sequentibus Psalmis per Annum ac Tempore Paschali assignatae, semper in Sabbato dicuntur pro I. Vesperis Dominicae, quando agendum est Officium de ipsa Dominica sicut in Psalterio.*


*In Sabbatis Adventus, quando dicendae sunt I. Vesperae Dominicae sequentis, dicuntur cum Psalmis Sabbati Antiphonae ex Laudibus huius Dominicae.*

I. Ant.

ó. F

**B**

ENE-DÍCTUS. E u o u a e.



T. Pasch.

Ant. 6. F

A

LLELÚ-IA. E u o u a e.

Psalmus 143. I.

[BENEDICTUS] Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad praélium, \* et dígitos meos ad bellum.

2. Misericórdia mea et refúgium meum : \* suscéptor meus et liberátor meus :

3. Protéctor meus et in ipso sperávi : \* qui subdit pópulum meum sub me.

4. Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? \* aut filius hóminis, quia réputas eum?

5. Homo vanitáti símilis fa-

ctus est : \* dies eius sicut umbra praetereunt.

6. Dómine inclína caelos tuos, et descénde : \* tange montes, et fumigábunt.


7. Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos : \* emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos.

8. Emítte manum tuam de alto, † éripe me et líbera me de aquis multis : \* de manu filiórum alienórum.

9. Quorum os locútum est vanitátem : \* et dextera eórum, dextera iniquitátis.



BENE-DICTUS Dómi-nus suscéptor me-us, et li-be-



rá-tor me- us.

2. Ant.

8. c

B

E- Á-TUS pópulus. E u o u a e.

Psalmus 143. II.

D EUS cánticum novum can- tábo tibi : \* in psaltério, decachórdó psallam tibi.

2. Qui das salútem régibus : \* qui redemísti David servum tuum de gládio malíño : éripe me.

3 Et erue me de manu filiórum alienórum, † quorum os locútum est vanitátem : \* et dextera eórum, dextera iniquitátis :

4. Quorum filii sicut novéllae plantatiónes \* in iuventúte sua.

5. Fíliae eórum compósitae : \* circumornatae ut similitúdo templi.

6. Promptuária eorum plena, \*  
eructantia ex hoc in illud.


7. Oves eorum foetosae, abun-  
dantes in egressibus suis : \*  
boves eorum crassae.

8. Non est ruina maceriae,

neque transitus : \* neque cla-  
mor in plateis eorum.

9. Beatum dixerunt popu-  
lum cui haec sunt : \* beatus  
populus cuius Dominus Deus  
eius.

Anti-  
phona.




BE- Á-TUS pópu-lus cu-ius Dómi-nus De-us e-ius.

3. Ant.

I. a 3

**M**



AGNUS Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 144. I.

**E**XALTÁBO te Deus meus  
rex : \* et benedicam nó-  
mini tuo in saeculum et in sae-  
culum saeculi.

2. Per singulos dies benedicam  
tibi : \* et laudábo nomen tuum  
in saeculum et in saeculum sae-  
culi.

3. Magnus Dóminus et laudá-  
bilis nimis : \* et magnitúdi-  
nis eius non est finis.


4. Generatio et generatio lau-  
dabit ópera tua : \* et poténtiam  
tuam pronuntiábunt.

5. Magnificéntiam glórie san-  
ctitátis tuae loquéntur : \* et  
mirábilia tua narrábunt.

6. Et virtútem terríbilium  
tuórum dicent : \* et magnitúdi-  
nem tuam narrábunt.

7. Memóriam abundántiae  
suavitátis tuae eructábunt : \* et  
iustítia tua exsultábunt.

Anti-  
phona.



MAGNUS Dómi-nus et laudá-bi-lis nimis : et ma-




gni-tú-di-nis e-ius non est fi-nis.

4. Ant.

8. G

**S**



U-Á-VIS Dóminus. E u o u a e.



## Psalmus 144. II.

**M**ISERATOR et misericors  
Dóminus : \* pátiens et  
multum misericors.


2. Suávis Dóminus univér-  
sis : \* et miseratiónes eius super  
omnia ópera eius.

3. Confiteántur tibi Dómine  
omnia ópera tua : \* et sancti  
tui benedicant tibi.


4. Glóriam regni tui dicent : \*  
et poténtiam tuam loquéntur :

5. Ut notam fáciant filiis hó-  
minum poténtiam tuam : \* et  
glóriam magnificéntiae regni  
tui.

6. Regnum tuum regnum  
ómnium saeculórum : \* et domi-  
nátio tua in omni generatióne  
et generatióne.



SU-Á-VIS Dóminus u-ni-vérsis : et mi-se-ra-ti-ó-nes



e-ius super ómni- a ó-pe-ra e- ius.

5. Ant.

4. g

**F**

I-DÉ-LIS Dóminus. E u o u a e.

## Psalmus 144. III.

**[F**IDÉLIS Dóminus] in ómni-  
bus verbis suis : \* et san-  
ctus in ómnibus opéribus suis.

2. Allevat Dóminus omnes  
qui córruunt : \* et érigit omnes  
elisos.

3. Oculi ómnium in te sperant  
Dómine : \* et tu das escam illó-  
rum in tépore opportúno.

4. Aperis tu manum tuam : \*  
et imples omne ánimam benedi-  
ctiÓne.


5. Iustus Dóminus in ómnibus  
viis suis : \* et sanctus in ómni-  
bus opéribus suis.

6. Prope est Dóminus ómni-  
bus invocántibus eum : \* ómni-  
bus invocántibus eum in veri-  
táte.


7. Voluntátem timéntium se  
fáciat : \* et deprecatiÓnem eó-  
rum exáudiet : et salvos fáciat  
eos.

8. Custódit Dóminus omnes  
diligétes se : \* et omnes pecca-  
tóres dispédet.

9. LaudatiÓnem Dómini lo-  
quétur os meum : \* et benedicat  
omnis caro nómini sancto eius  
in saeculum et in saeculum  
saeculi.



FI-DE-LIS Dóminus in ómni-bus verbis su- is, et



sanctus in ómni-bus o-pé-ri-bus su- is.



**A** LLELÚ-IA, alle-lú- ia, alle-lú-ia.


Capitulum.

*Rom. II, 33.*

**O** altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei : † quam incomprehensibília sunt iudícia eius, \* et investigábiles viae eius.

Hymnus.

8.



**I** AM sol re-cé-dit ígne- us : Tu lux per-énis U-ni-



tas, Nostris be-á-ta Tri-ni- tas Infún-de lumen córdi-bus.

2. Te mane laudum cármine,  
Te deprecámur vésperé;  
Dignéris ut te súplices  
Laudémus inter caélites.

3. Patri, simúlque Fílio,  
Tibique Sancte Spíritus,  
Sicut fuit, sit iúgiter  
Saeculum per omne glória.

Amen.


∇. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.

℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

## Ad Magnificat.


*Antiphona ut in Proprio de Tempore, praeterquam in Sabbatis ante Dominicam II. et reliquis Dominicis post Epiphaniam, in quibus dicitur sequens :*

Ant.  
7. a




**S**

USCÉ- PIT De- us \* Isra- el pú- e- rum su- um, sic- ut



lo- cú- tus est ad Abra- ham et semen e- ius, usque in




saécu- lum. E u o u a e.

*Et dicitur Oratio sequentis Dominicae.*

## SABBATO AD COMPLETORIUM.


Ant.  
5. a



**I**

NTRET o- rá- ti- o me- a. E u o u a e.

T. Pasch.  
8. G



**A**

LLE- LÚ- IA. E u o u a e.

## Psalmus 87.

**D**ÓMINE Deus salutis meae : \*  
in die clamávi, et nocte  
coram te.

2. Intret in conspéctu tuo  
orátio mea : \* inclína aurem  
tuam ad precem meam :

3. Quia repléta est malis  
ánima mea : \* et vita mea in-  
férno appropinquávit.

4. Aestimátus sum cum de-  
scendéntibus in lacum : \* factus  
sum sicut homo sine adiutório,  
inter mórtuos liber.

5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quorum non es memor ámplius : \* et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

6. Posuérunt me in lacu inferióri : \* in tenebrósis et in umbra mortis.

7. Super me confirmátus est furor tuus : \* et omnes fluctus tuos induxísti super me.

8. Longe fecísti notos meos a me : \* posuérunt me abominatióne sibi.

9. Tráditus sum, et non egrediébar : \* óculi mei languérunt prae inópia.

10. Clamávi ad te Dómine tota die : \* expándi ad te manus meas.

11. Numquid mórtuis fácies mirábilia : \* aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, \* et veritátem tuam in perditiónem?

13. Numquid cognoscéntur in ténébris mirábilia tua, \* et iustítia tua in terra obliuionis?

14. Et ego ad te Dómine clamávi : \* et mane orátio mea praeuéniet te.

15. Ut quid Dómine repéllis oratióne meam : \* auertis fácies tuam a me?

16. Pauper sum ego, et in laboribus a iuentute mea : \* exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

17. In me transiérunt irae tuae : \* et terróres tui conturbauerunt me.

18. Circumdedérunt me sicut aqua tota die : \* circumdedérunt me simul.

19. Elongásti a me amicum et próximum : \* et notos meos a miséria.

### Psalmus 102. I.

**B**ÉNEDEC ánima mea Dómino : \* et ómnia quae intra me sunt, nómini sancto eius.

2. Bénedic ánima mea Dómino : \* et noli obliuisci omnes retributiónes eius.

3. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis : \* qui sanat omnes infirmitátes tuas.

4. Qui redimit de intéritu vitam tuam : \* qui coronat te in misericórdia et miseratióne.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum : \* renovábitur ut áquilae iuuentus tua :

6. Fáciens misericórdias Dóminus : \* et iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.

7. Notas fecit vias suas Móysi, \* filiis Israel voluntátes suas.

8. Miserátor et miséricors Dóminus : \* longánimis et multum miséricors.

9. Non in perpétuum irascétur : \* neque in aetérnum comminábitur.

10. Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : \* neque secúndum iniquitátes nostras retribuit nobis.

11. Quóniam secúndum altitúdinem caeli a terra : \* corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

12. Quantum distat ortus ab occidénate : \* longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

## Psalmus 102. II.

**Q**UÓMODO miserétur pater filiórum, † misértus est Dóminus timéntibus se : \* quóniam ipse cognóvit signéméntum nostrum.

2. Recordátus est quóniam pulvis sumus : \* homo, sicut foenum dies eius, tamquam flos agri sic efflorébit.

3. Quóniam spíritus pertransibit in illo, et non subsistet : \* et non cognóscet ámplius locum suum.

4. Misericórdia autem Dómini ab aetérno, \* et usque in aetérnum super timéntes eum.

5. Et iustítia illíus in filios

filiórum, \* his qui servant testaméntum eius :

6. Et memóres sunt mandatórum ipsíus, \* ad faciéndum ea.


7. Dóminus in caelo parávit sedem suam : \* et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

8. Benedícite Dómino omnes Angeli eius : \* poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum eius.

9. Benedícite Dómino omnes Virtútes eius : \* ministri eius, qui fáctis voluntátem eius.

10. Benedícite Dómino ómnia ópera eius : \* in omni loco dominatiónis eius, bédedic ánima mea Dómino.


Anti-  
phona.



**I**

NTRET o-rá-ti-o me-a in conspéctu tu-o Dómi-ne.

T. Pasch.  
Ant.



**A**

LLELÚ-IA, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

*Reliqua ut supra in Dominica, 86, seq.*

*Per Annum, Hymnus cantatur in tono 2º loco posito, 87.*





## PROPRIUM DE TEMPORE.

### Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

#### Ad Vesperas.

*Psalmi de Sabbato, Antiphonae, Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis Dominicae, 158.*

∇. Roráte caeli désuper, et nubes pluant iustum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

*I. f*

**E**

C-CE nomen Dómi-ni \* ve- nit de longín-

quo, et clá-ri-tas e- ius replet orbem ter-rá-rum.

E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis Dominicae, 161.*

*Suffragium de Omnibus Sanctis non fit per totum Adventum.*




## Dominica I. Adventus.


### Ad Laudes et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesperis, 158. Psalmi de Dominica, 4.*

#### Hymnus.

I. 

**E** N cla-ra vox redárgu- it Obscú-ra quaeque, pérsó-



nans : Pro-cul fugéntur sómni-a, Ab alto Ie-sus prómi-cat.


- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Mens iam resúrgat tórpida,<br/>Non ámplius iacens humi :<br/>Sidus refúlget iam novum,<br/>Ut tollat omne nóxium.</p> <p>3. En Agnus ad nos míttitur<br/>Laxáre gratis débitum :<br/>Omnes simul cum lácrymis<br/>Precémur indulgéntiam.</p> | <p>4. Ut, cum secúndo fúlserit,<br/>Metúque mundum cínxerit,<br/>Non pro reátu púniat,<br/>Sed nos pius tunc prótegat.</p> <p>5. Virtus, honor, laus, glória<br/>Deo Patri cum Fílio,<br/>Sancto simul Paráclito,<br/>In saeculórum saécula.</p> |
|--|--|

Amen.


∇. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas eius.


#### Ad Benedictus, Antiphona.

8. G 

**S** PÍ- RITUS Sanctus \* in te descéndet, Ma-ri- a : ne



tí-me-as, ha-bé-bis in ú-te-ro Fí-li-um De-i, alle-



lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 158.*

*Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonae de II. Vesperis sumuntur per ordinem, quarta praetermissa. Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.*

*Per totum Adventum etiam in Festis Sanctorum, Hymni ad Horas cantantur in tono suprascripto ad Tertiam Dominicæ, 42. Sed in Festo Immaculatae Concept. B. M. V. et infra Octavam cantantur in tono solito de B. M. V., praeterquam in Dominica infra Octavam vel in die Octava occurrente.*

#### Ad Primam.

*Responsorium breve cantatur in tono proprio pro Tempore Adventus, ut notatur p. 33; et loco ¶. Qui sedes. dicitur ¶. Qui venturus es in mundum. Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, praeterquam in die Immaculatae Conceptionis B. Mariae V. et per Octavam: in qua dicitur ¶. Qui natus es de Maria Virgine. ut ibidem notatur, 33. Sed in Dominica infra Octavam vel in Octava occurrente, dicitur ¶. Qui venturus es.*

*Deinde Kyrie eléison, cum reliquis ut in Psalterio, 35.*

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis Dómine miserere nostri. 39; quae dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè.*

#### Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 42.*

*Capitulum ut in II. Vesperis, 160.*

*Resp. breve. Veni ad liberandum. 53. ¶. Timébunt gentes.*

#### Ad Sextam.

**Capitulum.**

*Rom. 13, 12.*

**N**ox praecessit, dies autem appropinquávit: † abiiciámus ergo ópera tenebrárum, \* et induámur arma lucis.

*Resp. breve. Osténde nobis Dómine. 60. ¶. Meménto nostri.*



## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Rom. 13, 13-14.*

**S**ICUT in die honéste ambulémus, non in comessatió nibus et ebrietátibus, † non in cubilibus et impudicítiis, non in contenti ó ne et aemulati ó ne : \* sed induímuni Dóminum Iesum Christum.

*Resp. breve.* Super te Ierúsalem. 68. ¶. Veni Dómine.

## AD VESPERAS.

1. Ant.  
8. G.

**I**N il-la di-e \* stil-lábunt montes dulcé-di-nem, et colles flu-ent lac et mel, alle-lú-ia. *Ps. 109.* DI-XIT Dómi-nus Dómi-no ME-o : \* Sede a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.  
8. G\*

**I**UCUNDÁ-RE \* fí-li-a Si-on, exsúlta sa-tis fí-li-a Ie-rú-sa-lem, alle-lú-ia. *Ps. 110.* CONFI-TÉ-BOR ti-bi Dómi-ne in to-to corde ME-o : \* in consí-li-o iustó-rum et congrega-ti-One. 483.

3. Ant.

5. a

**E**

CCE Dóminus vé-ni-et, \* et omnes sancti e-ius cum

e-o : et e-rit in di-e il-la lux magna, alle-lú-ia.

*Ps. III.* BE-ÁTUS vir qui timet DÓmi-num : \* in mandá-tis e-ius

VO-let NI-mis. 484.

4. Ant.

7. c

**O**

-MNES \* si-ti-én-tes, ve-ní-te ad aquas : quae-

ri-te Dómi-num, dum inve-ní-ri pot-est, alle-lú-ia.

*Ps. III2.* LAUDÁTE PU-e-ri DÓminum : \* laudáte NÓmen DÓmini. 485.


5. Ant.

4. A \*

**E**

CCE vé-ni-et \* Prophé-ta magnus, et ipse re-no-

vá-bit Ie-rú-sa-lem, alle-lú-ia. *Ps. III3.* IN éx-i-tu Isra-el




de AeGYpto, \* domus Iacob de pópu-lo BARba-ro. 486.

## Capitulum.

Rom. 13, 11.

**F**RATRES : Hora est iam nos de somno súrgere : † nunc enim  
própior est nostra salus, \* quam cum credidimus.


## Hymnus. 4.




RE-ATOR al-me sí-de-rum, Aetérna lux cre-  
2. Qui daemó- nis ne fráudi-bus per-í-ret or- bis,




1. dén-ti- um, Ie-su, Re-démptor ó-mni- um, In-ténde vo-tis sup-  
2. ímpe-tu Amó- ris a- ctus. lángui-di Mundi me-dé- la fa-




1. pli-cum. 3. Commú- ne qui mun- di ne-fas Ut ex- pi- á-  
2. ctus es. 4. Cu- ius pot- é- stas gló- ri- ae, No-ménque cum




3. res, ad cru-cem E Vírgi- nis sa-crá-ri- o Intácta prod- is  
4. pri-mum sonat, Et caé-li- tes et ínfe-ri Treménte curvân-



3. ví- ctima. 5. Te de-pre-cá- mur últimae Magnum di- é- i  
4. tur ge- nu. 6. Vir- tus, honor, laus, gló- ri- a De- o Patri cum



5. Iú-di-cem, Ar-mis su-pér-nae grá-ti-ae De- fén-de nos ab 'hó-  
6. Fí-li-o, Sancto simul Pa- rácli-to, In saécu- lo-rum saé-




5. sti-bus.

6. cu-la. A-men.

℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant Iustum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

### Ad Magnificat, Antiphona.



**N**E tíme- as \* Ma-rí- a, inve-nísti grá- ti- am apud



Dóminum : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es fí- li- um, alle-



lú- ia. E u o u a e.

### Oratio.

**E**XCITA, quaésumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, \* te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : \* per ómnia saécula saeculórum. ℞. Amen.

Ad Completorium. *Tonus Hymni ut supra, 88.*

*Hymni, ℣℣. et ℞℞. brevia huius Dominicae dicuntur in aliis Dominicis et Feriis Adventus.*

## Feria Secunda.

Ad Bened.  
Ant. I. f

**A** NGELUS DÓ-mi-ni \* nunti- á-vit Ma-rí-ae, et

concé- pit de Spí-ri-tu Sancto, alle- lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas eius.

*Oratio. Excita, quæsumus. 161. Oratio Dominicæ præteritæ semper dicitur per Hebdomadam in Feriâli Officio, quando propria non assignatur.*

*Ad Tertiam. Antiphona secunda ex Vesperis Dominicæ præcedentis, nisi adsit Antiphona propria; Psalmi de Feria.*

Capitulum.

*Jerem. 23, 5.*

**E**CCE dies véniunt, dicit Dóminus, † et suscitábo David germen iustum : et regnábit rex, et sápiens erit : \* et fáciet iudícium et iustítiam in terra.

℞. *breve.* Veni ad liberándum nos, *ut in Dominica. 53.* Ÿ. Timébunt gentes.

*Deinde dicitur Kýrie eléison. cum Precibus, ut in Psalterio. 108.*

*Oratio Dominicæ præcedentis, nisi propria assignetur.*

*Ad Vesperas. Antiphonæ et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum.

*Gen. 49, 10.*

**N**ON auferétur sceptrum de Iuda, et dux de fémore eius, † donec véniat qui mitténdus est : \* et ipse erit exspectátio géntium.


*Hymnus. Creátor alme siderum. 160.*

Ÿ. Roráte caeli désuper, et nubes pluant iustum.


℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnif.  
Ant. I. a 3

**L** E-VA \* Ie-rú-sa-lem ó- cu- los, et vi- de



pot-énti- am re-gis : ecce Salvá-tor ve-nit sólve-re te a



vín-cu-lo. E u o u a e.

*Deinde dicitur Kýrie eléison. cum Precibus, ut in Psalterio, 113.*

*Oratio. Excita, quaesumus. de Dominica praecedenti, 161.*

*Capitula praedicta dicuntur in feriali Officio ad Tertium et ad Vesperas usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.*

## Feria Tertia.


Ad Bened.

Ant. 1. f




**A**

NTEQUAM conve-ní-rent,\* invénta est Ma-rí-a




ha-bens in ú-te-ro de Spí-ri-tu Sancto, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. A



**Q**

UAÉRI-TE Dómi-num,\* dum inve-ní-ri pot-est : in-



vo-cá-te e-um, dum prope est, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Feria Quarta.

Ad Bened.

Ant. 2. D

**D**

E Si-on \* ex-í-bit lex, et verbum Dómi-ni

de Ie-rú-sa-lem. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 8. c

**V**

É-NI- ET \* fórti- or me post me, cu-ius non

sum dignus sólve- re cor-rí-gi- am calce-amentó-rum

e- ius. E u o u a e.

## Feria Quinta.

Ad Bened.

Ant. 4. A\*

**B**

ENE-DÍCTA tu \* in mu-li- é-ri-bus, et bene-


dí-ctus fructus ventris tu- i. E u o u a e.

Ad Magnif.


Ant. 4. A\*

**E**

XSPECTÁBO Dómi-num \* Salva-tó-rem me- um,



et praesto-lábor e- um, dum pro-pe est, alle-lú- ia.



E u o u a e.


### Feria Sexta.

Ad Bened.

Ant. 1. a 3

**E**

c-CE \* vé- ni- et De- us et homo de domo



David se-dé- re in thro-no, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. c

**E**

x Aegýpto \* vocá- vi Fí- li- um me- um : vé- ni- et



ut salvet pópu- lum su- um. E u o u a e.


### Sabbato.

Ad Bened.

Ant. 4. c

**S**

I- ON, \* no- li ti- mé- re : ecce De- us tu- us



vé- ni- et, alle- lú- ia. E u o u a e.



## Ad Vesperas.

*Psalmi de Sabbato, 148; Antiphonae et Capitulum e II. Vesp. Dominicae, 167.*

*Hymnus. Creátor alme siderum. 160.*

Ÿ. Roráte caeli désuper, et nubes pluant Iustum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**V** E-NI Dómi-ne \* vi-si-tá-re nos in pa-ce, ut lae-

témur co-ram te corde perfé-cto. E u o u a e.

*Oratio. Excita Dómine. ut in II. Vesperis, 170.*

*Dominica Adventus quae occurrit infra Octavam Immac. Concept. B. M. V., Hymni per totum Officium cantantur in tono Adventus, cum doxologia Dominicae, 42 et 88.*

## Dominica II. Adventus.

## Ad Laudes et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesperis, 167; Psalmi de Dominica, 4.*

*Hymnus. En clara vox. 156.*

Ÿ. Vox clamántis in déserto : Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas eius.

## Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

**J** O- ÁNNES autem \* cum audísset in víncu-lis ó-pe-ra

Christi, mittens du-os de dí-scí-pu-lis su- is, a- it il-li :

Tu es qui ventú-rus es, an á-li-um exspectá-mus?

E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 170.*

Ad Tertiam.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 170.*

*R. br. Veni ad liberándum. 53. V. Timébunt.*

Ad Sextam.

Capitulum.

*Rom. 15, 5-6.*

**D**EUS autem paciéntiae et solátii det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Iesum Christum : † ut unánimes uno ore honorificétis Deum, \* et Patrem Dómini nostri Iesu Christi.

*R. br. Osténde nobis Dómine. 60. V. Meménto nostri.*

Ad Nonam.

Capitulum.

*Rom. 15, 13.*

**D**EUS autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo : \* ut abundétis in spe, et in virtúte Spíritus Sancti.

*R. br. Super te Ierúsalem. 68. V. Veni Dómine.*

AD VESPERAS.

I. Ant.

I. g

**E**C-CE in nú-bi-bus cae-li \* Dómi-nus vé-ni-et, cum  
 pot-está-te magna, al-le-lú-ia. *Ps. 109. DI-XIT Dóminus DO-*

mi-no ME-o : \* Se-de a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.  
7. d

U

RBS \* forti-tú-di-nis nostrae Si-on, Salvá-tor po-né-

tur in e-a mu-rus et antemu-rá-le: ape-rí-te por-

tas, qui-a no-bíscum De-us, alle-lú-ia. *Ps. 110.* CONFITÈ-

BOR ti-bi Dómi-ne in to-to CORde ME-o; \* in consí-li-o iustó-

rum et congreGA-ti-One. 483.

3. Ant.  
7. a

E

C-CE appa-ré-bit \* Dómi-nus, et non menti-é-

tur: si mo-ram féce-rit, exspécta e-um, qui-a vé-ni-et,

et non tardábit, alle-lú-ia. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui TI-

met DO-mi-num: \* in mandá-tis e-ius VO-let NImis. 484.

4. Ant.  
i. f**M**

ONTES et colles \* cantábunt co-ram De-o laudem,

et ómni-a ligna silvá-rum plaudent má-ni-bus : quó-ni-am

vé-ni-et Dómi-nus Domi-ná-tor in regnum actérnum, alle-

lú-ia, alle- lú- ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DOmi-num; \* lau-dá-te *nomen* DOmi-ni. 485.5. Ant.  
3. a**E**

CCE Dómi-nus noster \* cum virtú-te vé-ni-et, ut

illúmi-net ócu-los servó-rum su-ó-rum, alle-lú-ia.

*Ps. 113.* IN éx-i-tu Isra-el DE AeGYpto: \* dómus Ia-cob de pó-

pu-lo BARbaro. 486.

## Capitulum.

*Rom. 15, 4.*

**F**RATRES : Quaecúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : † ut per patiéntiam, et consolatióem Scripturárum, \* spem habeámus.

*Hymnus. Creátor alme siderum. 160.*

∇. Roráte caeli désuper, et nubes pluant lustum

℣. Aperiátur terra et gérminet Salvatórem.

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G \*

**T**u es \* qui ventú-rus es, an á-li- um exspectá-  
mus? Dí-ci-te Io- ánni quae vi- dístis : ad lumen ré-de- unt  
caeci, mórtu- i re-súrgunt, páupe-res ev-ange- li-zántur,  
alle- lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.

**E**XCITA, Dómine, corda nostra ad praeparándas Unigéniti tui vias : † ut per eius advéntum, \* purificátis tibi méntibus servíre mereámur : Qui tecum vivit.


## Feria Secunda.

Ad Bened.

Ant. 7. a

**D**

e caelo vé-ni- et \* Domi-ná-tor Dómi-nus, et in




manu e-ius honor. et impé-ri-um. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. A\*

**E**

CCE Rex vé-ni, et \* Dómi-nus terrae, et ipse



áu-fe-ret iu-gum capti-vi-tá-tis nostrae. E u o u a e.


### Feria Tertia.

Ad Bened.

Ant. 4. A\*

**S**

UPER te Ie-rú-sa-lem \* o-ri-é-tur Dómi-nus, et




gló-ri-a e-ius in te vi-dé-bi-tur. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 5. a

**V**

OX clamán-tis \* in de-sér-to : Pa-rá-te vi-am DÓ-



mi-ni, rectas fá-ci-te sé-mi-tas De-i nostri. E u o u a e.

### Feria Quarta.

Ad Bened.

Ant. 8. G

**E**

CCE mitto \* An-ge-lum me-um, qui praepa-rá-



bit vi- am me- am ante fá-ci- em tu- am. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. c

**S**

I- ON \* re- no- vábe- ris, et vi- dé- bis iustum tu- um



qui ventú- rus est in te. . E u o u a e.


### Feria Quinta.

Ad Bened.

Ant. 7. c

**T**

U es \* qui ventú- rus es, Dómi- ne, quem exspe-




ctámus, ut salvum fá- ci- as pópu- lum tu- um. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. A \*

**Q**

UI post me ve- nit, \* ante me factus est : cu- ius



non sum dignus calce- aménta sólve- re. E u o u a e.

### Feria Sexta.

Ad Bened.

Ant. 1. g 2

**D**


í- CI- TE, \* Pu- sil- lá- nimes confortá- mi- ni : ec- ce



Dómi-nus De-us noster vé-ni- et. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 7. a



**C**

ANTÁTE DÓmi-no \* cánti-cum no-vum : laus



e- ius ab extrémis terrae. E u o u a e.

## Sabbato.


Ad Bened.

Ant. 1. g



**L**

E- VÁ-BIT \* DÓmi-nus signum in na-ti- ó-ni-bus,



et congre-gá-bit dispérsos Isra- el. E u o u a e.

## Ad Vesperas.

*Psalmi de Sabbato, 148; Antiphonae et Capit. e II. Vesp. Dominicae, 175.*


*Hymnus. Creátor alme siderum. 160.*

V. Roráte caeli désuper, et nubes pluant Iustum.

R̄. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

## Ad Magnificat, Antiphona

I. f



**A**

NTE me \* non est formá-tus De-us, et post me





non e- rit : qui a mi-hi curvá-bi-tur omne ge-nu, et



confi-té-bi-tur omnis lingua. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 177.*



## Dominica III. Adventus.

### Ad Laudes et per Horas.


*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesperis; Psalmi de Dominica, 4.*

*Hymnus. En clara vox. 156.*


Ÿ. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

Ŕ. Rectas fácite sémitas eius.

### Ad Benedictus, Antiphona.



UPER só-li- um \* Da-vid, et super regnum e-ius



se-dé-bit in aetérnum, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 177.*

### Ad Tertiam.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 177.*

Ŕ. *br.* Veni ad liberándum, 53. Ÿ. Timébunt.

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Philipp. 4, 6.*

**N**ihil solliciti sitis : † sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, \* petitiones vestrae innotescant apud Deum.

R̄. br. Ostende nobis Domine. 60. V̄. Memento nostri.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Philipp. 4, 7.*




**E**t pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, † custodiat corda vestra et intelligentias vestras \* in Christo Iesu Domino nostro.

R̄. br. Super te Ierusalem. 68. V̄. Veni Domine.

## AD VESPERAS.


## I. Ant.

I. a




## 2. Ant.

7. b






ti-bi Salvá-tor, alle-lú-ia. *Ps. 110.* CONFÍ-TÉBOR ti-bi DÓ-



mi-ne in to-to CORde ME-o : \* in consí-li-o iustó-rum et




congreGA-ti-One. 483.




**D**ABO in Sion \* sa-lú-tem, et in Ie-rú-sa-lem




gló-ri-am me-am, alle-lú-ia. *Ps. 133.* BE-ÁTUS vir qui tí-




met DOninum : \* in mandá-tis e-ius *volet* NImis. 484.




**M**ONTES et omnes colles \* humi-li-a-búntur : et e-runt



prava in di-récta, et ás-pe-ra in vi-as pla-nas : ve-ni DÓ-



mi-ne, et no-li tardá-re, alle-lú-ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE




pú-e-ri Dóminum : \* laudá-te NÓmen DÓmi-ni. 485.

5. Ant.

2. D


I



U-STE et pi-e vi-vámus, \* exspectán-tes be-á-tam



spem, et advéntum Dó-mi-ni. *Ps. 113.* IN éx-i-tu Isra-el



de AeGYpto : \* domus Ia-cob de pó-pu-lo BARba-ro. 486.

Capitulum.

*Philipp. 4, 4-5.*

**F**RATRES : Gaudéte in Dómino semper : íterum dico, gaudéte. †  
Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : \* Dóminus  
enim prope est.

*Hymnus.* Creátor alme síderum. 160.


V. Rorát e caeli désuper, et nubes pluant Iustum.

Rz. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.


Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

B



E-Á-TA es \* Ma-rí-a, quae cre-di-dí-sti : perfi-ci-én-



tur in te quae dicta sunt ti-bi a Dó-mi-no, alle-lú-ia.

Oratio.

**A**UREM tuam, quaesumus Dómine, précibus nostris accóm-  
moda : † et mentis nostrae ténebras \* grátia tuae visitatiónis  
illústra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Antiphona Beata es praetermittitur, si hodie eius loco ponenda sit una ex Antiphonis Maioribus, ut infra: quibus semper cedunt Antiphonae propriae aliis diebus ad Magnificat assignatae.*

*Sequentes Antiphonae Miores ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, et singulae ante et post Magnificat integrae sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigil. Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orationem Festi, pro commemoratione Adventus*

## Die 17. Decembris.

## Ant. 2. D



SA-PI-ENTI- A, \* quae ex o-re Altissimi  
 prod-isti, attingens a fi-ne usque ad fi-nem, forti-ter  
 su-avi-ter dispo-nensque omni- a: ve-ni ad do-cendum  
 nos vi-am pru-denti-ae. E u o u a e.

*Cant. Magnificat, in tono solemn.*

*Pro Commemoratione.*

℣. Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum.

℞. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

## Die 18.

Ant.  
2. D

A-DO-NÁ- I, \* et Dux domus Isra-el, qui



Mó-y-si in igne flammae ru-bi appa-ru-í-sti, et  
e-i in Si-na le-gem de-dí-sti : ve-ni ad red-iméndum  
nos in bráchi-o extén-to. E u o u a e.

## Die 19.

Ant.

2. D

O




RA-DIX lesse,\* qui stas in signum popu-ló-rum,  
super quem conti-nébunt reges os su-um, quem gentes  
depre-ca-búntur : ve-ni ad li-be-rándum nos, iam  
no-li tardá-re. E u o u a e.

## Die 20.


Ant.

2. D

O



CLA-VIS David,\* et sceptrum domus Isra-el :



qui ápe-ris, et nemo claudit; claudis, et nemo ápe-  
rit : ve-ni, et e-duc vinctum de domo cárce-ris,  
se-déntem in té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

## Die 21.

Ant.  
2. D




**O** Ó- RI-ENS, \* splendor lu-cis aetérnae, et sol  
iustí-ti-ae : ve-ni, et il-lúmi-na sedéntes in  
té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

## Die 22.

Ant.  
2. D



**O** REX génti-um, \* et de-si-de-rá-tus e-á-rum, la-  
písque angu-lá-ris, qui fa-cis útraque unum : ve-ni,




et salva hómi-nem, quem de limo formá-sti. E u o u a e.

Die 23.


Ant.

2. D


O



EMMÁ-NU-EL, \* Rex et lé-gi-fer noster, exspe-



ctá-ti-o génti-um, et Salvá-tor e-á-rum: ve-ni ad



salvá-ndum nos DÓ-mi-ne De- us no-ster. E u o u a e.


*Sequentes Antiphonae ad Tertiam dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, et incipiuntur die 17. Decembris ab Antiphona quae Feriae illius diei assignatur. Similiter et aliae dicuntur in propriis Feriis. Quod si dies 17. fuerit Dominica, Antiphonae inchoantur seq. Feria II. quae erit dies 18. Quae autem dicendae essent diebus in quibus occurrat Festum novem Lectionum, eo anno omittuntur.*

Feria II. Ad Tertiam.

Ant.

8. c

C



UM vé-ne- rit \* Fí- li- us hó-mi-nis, pu-tas invé-



ni- et fi-dem super ter-ram? E u o u a e.


*Psalmi eiusdem Feriae, 106.*

Feria III. Ad Tertiam.

Ant.


4. A

E



-MÍTTE Agnum, DÓ-mi-ne, \* domi-na-tó-rem terrae,






de Petra de-sér-ti, ad montem sí-li-ae Si-on. E u o u a e.  
*Psalmi eiusdem Feriae, 116.*

### Feria IV. Ad Tertiam.


Ant.

2. D

**S**



pí-ri-TUS \* Dó-mi-ni super me, ev-ange-li-zá-re



paupé-ri-bus mi-sit me. E u o u a e.


*Psalmi eiusdem Feriae, 123.*

### Feria V. Ad Tertiam.


Ant.

8. G

**C**



ONVÉRTERE Dó-mi-ne \* a-li-quántu-lum, et ne tar-



des ve-ní-re ad ser-vos tu-os. E u o u a e.


*Psalmi eiusdem Feriae, 131.*

### Feria VI. Ad Tertiam.


Ant.

4. c

**A**



D te Dómi-ne \* levá-vi á-nimam me-am : ve-ní,



et é-ri-pe me Dómi-ne, ad te confú-gi. E u o u a e.

*Psalmi eiusdem Feriae, 138.*

Sabbato. Ad Tertiam.

Ant.

I. g

**M**

ULTIPLI-CÁ- BITUR \* e-ius impé-ri- um, et pa- cis non

e-rit fi- nis. E u o u a e.

*Psalmi eiusdem Ferie, 146.*

Die 21. Decembris si fiat Officium de Festo occurrenti, pro Commem. Adventus, ad Laudes ponitur :

Ant.

8. G

**N**

O-LÍ-TE ti-mé-re : \* quinta e-nim di- e vé-ni-et

ad vos Dó-mi-nus no-ster. E u o u a e.

Y. Vox clamántis.

*Si vero ea die fiat Officium de Dominica, Ant. praedicta dicitur ad Benedictus loco Ant. Ave, Maria.*

Die 23. Decembris ad Benedictus, Ant. Ecce compléta sunt. ut infra, 193.

*Quibus Antiphonis cedunt aliae Antiphonae in propriis locis ad Benedictus assignatae.*

Feria II. (post Dom. III. Adventus).

Ad Bened.

Ant. I f

**E**

-GRE-DI- ÉTUR \* virga de ra-dí-ce Iesse,

et replé- bi- tur omnis terra gló-ri- a Dó-mi-ni : et



vi-dé-bit omnis ca-ro sa-lu-tá-re De- i. E u o u a e.

℣. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas eius.

Oratio.

**A**UREM tuam, quaésumus Dómine, précibus nostris accómmoda : † et mentis nostrae ténebras \* grátia tuae visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


Ad Magnif.

Ant. 8. G



**B**

E-ÁTAM me di-cent \* omnes ge-ne-ra-ti-ó-nes,



qui-a ancíl-lam húmi-lem respéxit De- us. E u o u a e.

℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant Iustum.


℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

*Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aurem tuam.*

Feria Tertia.


Ad Bened.

Ant. 3. a




**T**

u Bétlehem, \* terra Iu-da, non e-ris mí-ni-



ma : ex te e-nim éxi- et Dux, qui regat pópu-lum me- um



Isra-el. E u o u a e.

Ad Magnif. Ant. 8. G

**E** -LE-VÁRE, \* e-levá-re, consúrge Ie-rú-sa-lem :  
 solve vincla col-li tu- i, captí-va fí- li- a Si- on.

E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona O.*

### Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened. Ant. 8. G\*

**M** ISSUS est \* Gábri- el Ange- lus ad Ma-rí- am

Vír-gi-nem desponsá-tam Io-seph. E u o u a e.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut redemptionis nostrae ventúra solémnitas, et praeséntis nobis vitae subsí-dia cónferat, \* et aetérnae beatitúdinis praémia largiátur. Per Dóminum.

*Et dicitur ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.*

Ad Magnif. Ant. 8. c

**E** C-CE ancíl-la Dómi-ni : \* fí- at mi- hi se-cún-

dum verbum tu- um. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aurem tuam.*

## Feria Quinta.

Ad Bened.  
Ant. 4. E

**V** I-GILÁ-TE \* á-nimo, in pró-ximo est Dó-

mi-nus De-us noster. E u o u a e.

*Nisi occurrat Festum S. Thomae : quia tunc, ea praetermissa, dicitur Ant. Nolite timere. 183. Quod etiam servatur in sequentibus diebus, quando illud Festum occurrit.*

Ad Magnif.  
Ant. 5. a

**L** AETÁMI-NI \* cum Ie-rú-sa-lem, et exsultá-te

in e-a omnes qui di-lí-gi-tis e-am, in aetérnum.

E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona O.*

## Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened.  
Ant. I. f

**E** x quo facta est \* vox sa-lu-ta-ti- ó-nis tu-ae

in áuri-bus me- is, exsultávit in gáudi-o infans in



ú-te-ro me- o, alle- lú- ia. E u o u a e.


*Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. 183.*

**Oratio.**

**E**XCITA, quaesumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut hi qui in tua pietáte confidunt, \* ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Et dicitur ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.*

Ad Magnif.  
Ant. 1. f



**H**

OC est testimó- ni- um, \* quod perhí- bu- it Io- án-




nes: Qui post me ve- nit, ante me factus est. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aures tuas.*


**Sabbato Quatuor Temporum.**

Ad Bened.  
Ant 7. a



**Q**


UÓMODO fi- et istud, \* Ange- le De- i, quó-



ni- am vi- rum non cognóscó? Audi Ma- rí- a Virgo :



Spí- ri- tus Sanctus supervé- ni- et in te, et virtus Altís-



simi obumbrá- bit ti- bi. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. 183, et nisi haec fuerit dies 23 Decembris : quia tunc, ea praetermissa, dicitur Ant. Ecce compléta sunt. 193. Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.*

## Oratio.

**D**EUS, qui cónspicis quia ex nostra pravitáte affligimur : †  
concede propítius; \* ut ex tua visitatióne consolémur. Qui  
vivis et regnas cum Deo Patre.

*Et dicitur per omnes Horas.*

## Ad Vesperas.

*Psalmi de Sabbato, 148; Antiphonae et Capitulum e II. Vesp. Dominicae, 189.*

*Hymnus. Creátor alme siderum. 160.*

Ÿ. Roráte caeli désuper, et nubes pluant iustum.

Ŕ. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

*Ad Magnificat, Antiphona O. Oratio ut in II. Vesperis, 191.*

## Dominica IV. Adventus.

## Ad Laudes et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesperis, 189; Psalmi de Dominica, 4.*

*Hymnus. Ex clara vox. 156.*

Ÿ. Vox clamántis in desérto : Paráte viam Dómini.

Ŕ. Rectas fácite sémitas eius.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

**A**-VE Ma-rí-a, \* grá-ti-a ple-na : Dómi-nus te-cum :

bene-dícta tu in mu-li-é-ri-bus, alle-lú-ia. E u o u a - e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timere. 183, vel Antiphona Ecce compléta sunt. 193.*

## Ad Tertiam.

*Capitulum ut in II. Vesperis. R̄. br. Veni ad liberandum. 53.*  
 V̄. Timébunt.

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*I. Cor. 4, 3.*

**M**IHI autem pro mínimo est, ut a vobis iúdicer, † aut ab humano die : \* sed neque meípsum iú dico.

R̄. br. Osténde nobis Dómine. 60. V̄. Meménto.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*I. Cor. 4, 5.*

**I**TAQUE nolíte ante tempus iudicáre, quoadúsque véniat Dóminus : † qui et illuminábit abscondita tenebrárum, et manifestábit consília córdium : \* et tunc laus erit unicuíque a Deo.

R̄. br. Super te Ierúsalem. 68. V̄. Veni Dómine.

## AD VESPERAS.

## 1. Ant.

*i. g*

**C**

ANI-TE tu-ba \* in Si- on, qui- a pro-pe est

di- es Dó- mi- ni : ecce vé-ni-ét ad salvándum

nos, alle- lú- ia, al-le-lú- ia. *Ps. 109. DI-XIT Dómi-nus DO-*

*mino ME-o : \* Se-de a dextris ME- is. 482.*


## 2. Ant.

*i. f*


**E**

C-CE vé-ni- et \* de- si- de- rá- tus cunctis génti- bus :







et replé-bi-tur gló-ri- a domus Dómi-ni, al-le-lú-ia.




*Ps. 110.* CONFÍ-TÉBOR tí-bi Dómi-ne in to-to CORde ME-o : \*




in consí-li-o iustó-rum et congrega-ti-O-ne. 483.




**E**-RUNT prava \* in dí-récta, et ás-pe-ra in vi-as




pla-nas : ve-ni Dómi-ne, et no-li tardá-re, al-le-lú-ia.




*Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui TImet DOMi-num : \* in mandá-tis




e-ius vo-let NImis. 484.




**D**Ó-MI-NUS vé-ni-et, \* occúr-ri-te il-li, di-cén-tes :




Magnum princí-pi-um, et regni e-ius non e-rit fi-nis :



De- us, fortis, domi-ná-tor, princeps pa-cis, alle-lú-ia, al-




le-lú-ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DÓmi-num : \* laudá-te



*nomen* DÓmi-ni. 485.


5. Ant.

2. D




O

MNÍ-POTENS \* Sermo tu- us Dómi-ne a re-gá-li-



bus sé-di-bus vé-ni-et, al-le-lú-ia. *Ps. 113.* IN éx-i-tu



Isra-el de AeGYpto : \* domus Ia-cob de pópu-lo BARba-ro. 486.

Capitulum.

*1. Cor. 4, 1-2.*

**F**RATRES : Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, † et dispensatóres mysteriórum Dei. \* Hic iam quaéritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur.

*Hymnus.* Creátor alme siderum. 160. *V.* Roráte caeli. *Ad Magnificat,* *Antiphona O.*

Oratio.

**E**XCITA, quaésumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre : † ut per auxiliúm grátiae tuae, quod nostra peccáta praepédiunt, \* indulgéntia tuae propitiatiónis accéleret. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

## Feria Secunda.

Ad Bened.  
Ant. 8. G**D**

I-CIT DÓmi-nus : \* Poe-ni-ténti-am á-gi-

te : appro-pinquá-vit e-nim regnum cae-ló-rum, alle-

lú-ia. E u o u a e.

Y. Vox clamántis.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timere. 183. vel Antiphona Ecce  
compléta sunt. 193.**Ad Magnificat, Antiphona O.*

## Feria Tertia.

Ad Bened.  
Ant. 2. D**C**

ONSÚRGE, consúrge : \* indú-e-re forti-tú-di-nem,


bráchi-um Dómi-ni. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timere. 183, vel Antiphona Ecce  
compléta sunt. 193.**Ad Magnificat, Antiphona O.*

## Feria Quarta.

Ad Bened.  
Ant. 8. G**P**

ONAM in Si-on \* sa-lú-tem, et in Ie-rú-sa-lem




gló-ri- am me- am, alle-lú- ia. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére. 183, vel Antiphona Ecce compléta sunt. ut infra.*

*Ad Magnificat, Antiphona O.*


## Feria Quinta.

Ad Bened.  
Ant. 2. D



**C**

ONSOLÁ-MI-NI, \* conso-lámi-ni, pópu-le me- us,



di- cit De- us ve-ster. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Ecce compléta sunt. ut infra.*

*Ad Magnificat, Antiphona O.*


## Feria Sexta.

Ad Bened.  
Ant. 8. c



**E**

CCE complé- ta sunt \* ómni- a quae dicta sunt



per Ange- lum de Vírgi- ne Ma- rí- a. E u o u a e.

*Ad Magnificat, Ant. O Emmánuel. 181.*

*Si Vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, Laudes dicuntur de Vigilia cum Commemoratione Dominicae. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.*

## In Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Laudes et per Horas.

*Officium fit Duplex.*

1. Ant.


8. G

**I**

UDAÉ-A et Ie-rú-sa-lem, \* no-lí-te timé-re :



cras egre-di-émi-ni, et Dómi-nus e-rit vo-bíscum, alle-



lú-ia. E u o u a e.


*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

8. c

**H**

Ó-DI-E sci-é-tis \* qui-a vé-ni-et Dómi-nus : et




ma-ne vi-dé-bi-tis gló-ri-am e-ius. E u o u a e.

3. Ant.

4. A

**C**

RÁSTINA dí-e \* de-lé-bi-tur in-íqui-tas terrae : et



regná-bit super nos Salvá-tor mundi. E u o u a e.

4. Ant.  
i. f.**D**

Ó-MINUS vé-ni-et, \* occúrri-te il-li, di-cén-tes :

Magnum princí-pi-um, et regni e-ius non e-rit fi-nis :

De-us, fortis, domi-ná-tor, prínceps pa-cis, alle-lú-ia,

alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.  
8. c.**C**

RÁSTI-NA \* e-rit vo-bis sa-lus, di-cit Dómi-nus De-us

ex-ercí-tu-um. E u o u a e.

Capitulum.

*Rom. I, 1-3.*

**P**AULUS servus Iesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in  
Evangélum Dei, † quod ante promiserat per prophétas suos  
in Scriptúris sanctis de Fílio suo, \* qui factus est ei ex sémine  
David secúndum carnem.

*Hymnus.* En clara vox. 156.

Ÿ. Crástina die delébitur iníquitas terrae.


Ÿ. Et regnabit super nos Salvátor mundi.

Ad Benedictus, Antiphona.


8. G

**O**

-RI-ÉTUR \* sic-ut sol Salvá-tor mundi : et de-



scéndet in ú-te-rum Vírgi-nis, sic-ut imber super gramen,



alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.


**D**EUS, qui nos redemptionis nostrae ánnua expectatióne laetíficas : † praesta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem laeti suscipimus, \* veniéntem quoque iudicem secúri videámus, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

*Et dicitur per Horas diei.*


## Ad Primam.

## Hymnus.

I.



**I** AM lu-cis orto sí-de-re, De-um pre-cémur súppli-ces,



Ut in di-úrnis áctibus Nos sérvet a no-cénti-bus.

- |  |   |
|--|---|
| <p>2. Linguam refraénans témpe-ret,<br/>Ne litis horror ínsonet :<br/>Visum fovéndo cóntegat,<br/>Ne vanitátes háuríat.</p> <p>3. Sint pura cordis íntima,<br/>Absístat et vecórdia :<br/>Carnis terat supérbiam<br/>Potus cibique párcitas.</p> | <p>4. Ut, cum dies abscesserit,<br/>Noctémque sors redúxerit,<br/>Mundi per abstinentiam<br/>Ipsi canámus glóriam.</p> <p>5. Deo Patri sit glória,<br/>Eiúsque soli Fílio,<br/>Cum Spíritu Paráclito,<br/>Nunc, et per omne saéculum.<br/>Amen.</p> |
|--|---|

*Capitulum. Regi saeculorum. R. br. V. Qui venturus es. 33. ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonae.*


## Ad Tertiam.

*Capitulum de Laudibus, 195.*


Ry. br.

**H**

Ó-DI- E sci- é- tis \* Qui- a vé- ni- et Dómi- nus. Hó-



di- e. V. Et mane vi- dé- bi- tis gló- ri- am e- ius. \* Qui- a.



Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Hó- di- e.

V. Constántes estóte.

Ry. Vidébitis auxílium Dómini super vos.

## Ad Sextam.

Capitulum.


*Rom. I, 4.*

**Q**UI praedestinátus est Fílius Dei in virtúte, † secúndum  
spíritum sanctificatiónis, \* ex resurrectiõe mortuórum  
Iesu Christi Dómini nostri.

Ry. br.

**C**

RÁSTINA di- e \* de- lé- bi- tur in- íqui- tas terrae. V. Et



regná- bit super nos Salvá- tor mundi. Gló- ri- a Patri.

V. Crástina erit vobis salus.

Ry. Dicit Dóminus Deus exercítuum.

## Ad Nonam.

Capitulum.

*Rom. I, 5-6.*

**P**ER quem accépmus grátiam et apostolátum, † ad obedi-  
dum fidei in ómnibus géntibus pro nómine eius, \* in quibus  
estis et vos vocáti Iesu Christi Dómini nostri.



Ry. br.

**C** RÁSTINA \* E-rit vo- bis sa-lus. V̄. Di-cit Dómi-nus

De-us ex-ercí-tu-um. Gló-ri- a Patri.

V̄. Crástina die delébitur iníquitas terrae.

Ry. Et regnábít super nos Salvátor mundi.







# IN NATIVITATE DOMINI


*Duplex I. cl. cum Octava privilegiata III. ordinis.*

## IN I. VESPERIS.


1. Ant. 8. G




EX pa-cí-fi-cus \* magni-fi-cá-tus



est, cu-ius vultum de-sí-de-rat




u-ni-vér-sa ter-ra. *Ps. 109.* DI-XIT Dómi-nus Dómi-no ME-o : \*



Sede a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.  
7. a


**M**




AGNI-FI-CÁ-TUS est \* Rex pa-cí-fi-cus super omnes



re-ges u-ni-vér-sae terrae. *Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi DÓ-



mi-ne in to-to CORde ME-o : \* in consí-li-o iústórum et con-




greGA-ti-One. 483.

3. Ant.

8. G

**C**

OMPLÉ-TI sunt \* di-es Ma-rí-ae, ut pá-re-ret fí-



li-um su-um primogé-ni-tum. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui timet




DOMinum : \* in mandá-tis e-ius *vo-let* NImis. 484.

4. Ant.


8. G

**S**

CITÓTE \* qui-a prope est regnum De-i : amen di-



co-vo-bis, qui-a non tardá-bit. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú-e-ri



DOMinum : \* laudá-te *nomen* DOMi-ni. 485.

5. Ant.


1. g

**L**

E-VÁTE cá-pi-ta vestra : \* ecce appropinquá-bit



redempti- o vestra. *Ps. 116.* LAUDÁTE DÓminum Omnes GEN-



tes : \* laudáte e- um omnes POPu-li. 489.


Capitulum.

*Tit. 3, 4-5.*


**A**PPÁRUIT benignitas et humánitas Salvatóris nostri Dei : † non ex opéribus iustítiae, quae fécimur nos, \* sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

Hymnus.


I.




E-SU Red-ém- ptor ó-mni- um, Quem lu- cis ante o-  
2. Tu lu- men et splen- dor Patris, Tu spes per-én- nis




1. rí- gi- nem, Pa-rem pa- ténae gló- ri- ae, Pa-ter supr-  
2. ómni- um : Intén- de quas fun- dunt pre- ces Tu- i per or-



1. mus é- di- dit. 3. Meméto, re- rum Cón- di- tor, Nostri  
2. bem sérvu- li. 4. Testá- tur hoc prae- sens di- es, Cur-rens



3. quod o- lim córpo- ris, Sa- cráta ab alvo Vír- gi- nis  
4. per anni círcu- lum, Quod so- lus e si- nu Patris



3. Nascéndo, for- mam sumpse- ris. 5. Hunc astra, tel- ius, aé-  
4. Mundi sa- lus ad- vé- ne- ris. 6. Et nos, be- á- ta quos  
7. Ie- su ti- bi sit gló-




5. quo-ra, Hunc omne quod cae-lo sub- est, Sa- lú- tis  
 6. sacri Ri- gá- vit un-da Sángui- nis, Na- tá- lis  
 7. ri- a, Qui na- tus es de Vír- gi- ne, Cum Patre et




5. auctó- rem novae No- vo sa-lú- tat cánti- co.  
 6. ob di- em tu- i, Hymni tri- bú- tum sólvimus.  
 7. al- mo Spí- ri- tu, In sempi- tér- na saécu- la. A- men.

*Sic terminantur omnes Hymni eiusdem metri usque ad Epiphaniam.*



V. Crásti- na di- e de- lé- bi- tur in- íqui- tas terrae.




R̄. Et regnábít super nos Salvá- tor mundi.

### Ad Magnificat, Antiphona.


8. G

**C**

UM or- tus fú- e- rit \* sol de caelo, vi- dé- bi- tis Regem



re- gum pro- cedéntem a Pa- tre, tamquam sponsum de



thá- lamo su- o. E u o u a e.

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus omnipotens Deus : \* ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas liberet ; quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eúndem Dóminum.

**Ad Completorium.** *Tonus Hymni ut supra, 88.*

*Finita prima Missa post mediam noctem, dicuntur Laudes, incipiendo immediate a Ψ. Deus in adiutórium.*

## AD LAUDES et per Horas.

## 1. Ant. 2. D



UEM vi-dístis? \* pastó-res, dí-ci-te : annun-

ti-á-te no-bis, in terris quis appá-ru-it? Na-tum ví-di-

mus, et cho-ros Ange-ló-rum collaudántes Dómi-num, alle-

lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e. *Psalmi de Dominica, 4.*

## 2. Ant.

## 2. D

**G**ÉNU-IT pu-érpe-ra Re-gem, \* cu-i no-men aetér-

num, et gáudi-a matris ha-bens cum virgi-ni-tá-tis ho-

nó-re : nec primam sí-mi-lem vi-sa est, nec habé-re



sequentem, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.

7. d




**A**

NGE-LUS \* ad pastó-res a- it : Annúnti- o vo-bis




gáudi- um magnum : qui- a na-tus est vo-bis hó- di- e



Salvá-tor mundi, alle-lú-ia. E u o u a e.


4. Ant.

7. d




**F**


ACTA est \* cum Ange- lo multi-túdo caeléstis exér-



ci- tus laudánti- um et di-cénti- um : Gló-ri- a in excélsis




De- o, et in terra pax homí-ni- bus bonae vo-luntá- tis,



alle-lú-ia. E u o u a e.


5. Ant.

8. G\*




**P**

ÁRVULUS fí-li- us \* hó-di- e na-tus est no-bis : et



vo-cá-bi-tur De-us, For-tis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Capitulum.


*Hebr. 1, 1-2.*

**M**ULTIFÁRIAM multisque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novissime diébus istis locútus est nobis in Fílio, quem constituit haerédem universórum, \* per quem fecit et saécula.


Hymnus.

3.

**A**



so-lis ortus cár-di-ne Ad usque terrae lími-tem,



Christum ca-námus Prínci-pem, Na-tum Ma-rí-a Vírgi-ne.

- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Beátus auctor saéculi<br/>Servile corpus induit :<br/>Ut carne carnem líberans,<br/>Ne pérderet quos cóndidit.</p> <p>3. Castae Paréntis víscera<br/>Caeléstis intrat grátia :<br/>Venter puéllae báiu-lat<br/>Secréta, quae non nóverat.</p> <p>4. Domus pudíci péctoris<br/>Templum repén-te fit Dei :<br/>Intácta nésciens virum,<br/>Concépit alvo Fílium.</p> | <p>5. Enítitur puérpera,<br/>Quem Gábriel praedíxerat,<br/>Quem ventre Matris géstiens,<br/>Baptísta clausum sénéserat.</p> <p>6. Foeni iacére pértulit :<br/>Praesépe non abhórruit :<br/>Et lacte módico pastus est,<br/>Per quem nec ales ésurit.</p> <p>7. Gaudet chorus caeléstium,<br/>Et Angeli canunt Deo ;<br/>Palámque fit pastóribus<br/>Pastor, Créator ómnium.</p> <p>8. Iesu, tibi sit glória,<br/>Qui natus es de Vírgine,<br/>Cum Patre, et almo Spíritu,<br/>In sempitérna saécula. Amen.</p> |
|--|--|


∇. Notum fecit Dóminus, allelúia.

⚡. Salutáre suum, allelúia.



## Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



**G** LÓ-RI-A \* in excélsis De-o, et in ter-ra pax ho-  
 mí-ni-bus bonae vo-luntá-tis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

E u o u a e.

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaésumus omnipotens Deus : † ut nos Unigéniti tui  
 nova per carnem Natívitatis líberet; \* quos sub peccáti iugó  
 vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

## Ad Primam.


*In Rq. br. V. Qui natus. et sic dicitur quotidie usque ad Epiphaniam.*

## Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 43.*

*Capitulum. Multifáriam. ut supra ad Laudes.*

Rq. br.



**V**ERBUM ca-ro factum est : \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.  
 Verbum. V. Et ha-bi-tá-vit in no-bis. \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.  
 V. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.  
 Verbum.

℣. Ipse invocábit me, allelúia.


℞. Pater meus es tu, allelúia.

## Ad Sextam.


## Capitulum.

*Hebr. I, 10.*

**E**T : Tu in principio Dómine terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt caeli.



**N**O-TUM fe-cit Dómi-nus : \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



℣. Sa-lu-tá-re su-um. Gló-ri- a Patri.

℣. Vidérunt omnes fines terrae, allelúia.


℞. Salutáre Dei nostri, allelúia.

## Ad Nonam.


## Capitulum.

*Hebr. I, 11-12.*

**I**PSI períbunt, tu autem permanébis : † et omnes sicut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.



**V**I-DÉRUNT omnes fines terrae : \* Alle- lú-ia, alle-lú-ia.



℣. Sa-lu-tá-re De- i nostri. Gló-ri- a Patri.

℣. Verbum caro factum est, allelúia.

℞. Et habitávit in nobis, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

I. Ant. I. g



ECUM prin-cí- pi- um \* in di- e virtú- tis tu-ae  
 in splendó-ribus sanctó-rum, ex ú-tero ante lu-cí-fe-rum gé-  
 nu- i te. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus DÓmi-no ME- o: \* Se-de a

dextris ME- is.

2. Donec ponam iniMIcos TUos, \* scabéllum pedum tuORum.

3. Virgam virtútis tuae emíttet DómiNUS ex SION : \* domináre in médio inimicórum tuORum.

4. Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóriBUS sanCTORum : \* ex útero ante luciferum genuÍ te.

5. Iurávit Dóminus, et non poeniTEbit Eum : \* Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órđinem MelCHIsedech.

6. Dóminus a DEXtris TUIS, \* confrégit in die irae suae REges.

7. Iudicábit in natió nibus, imPLEbit ruÍnas : \* con- quassábit cápita in terra mulTORum.


8. De torrén te in VIa Bibet : \* proptérea exaltábit CÁPit.

2. Ant.


7. a

R

EDEMP TI- ÓNEM \* mi- sit Dómi- nus pópu- lo su- o :



mandávit in ae-tér- num testamén- tum su- um.



*Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi, Dómi-ne, in to-to CORde ME-o : \*



in consí-li- o iustó-rum et congREGA-ti- One.

2. Magna Opera DOMini : \* exquisita in omnes volun- TATES Eius.

3. Conféssio et magnificéntia Opus Eius : \* et iustítia eius manet in SAECulum SAECuli.

4. Memóriam fecit mirábílum suórum † miséricors et miseRATOR DOMinus : \* escam dedit tIMENTI-BUS se.

5. Memor erit in saeculum testaMENTi SUI : \* virtútem óperum suórum annuntiábit POPulo SUo.

6. Ut det illis haerediTATEm GENTIum : \* ópera mánũum eius véritas, ET iudICIum.

7. Fidélia ómnia mandáta eius : † confirmáta in SAECulum SAECuli, \* facta in veritáte et AEQUITATE.

8. Redemptiónem misit POPulo SUo : \* mandávit in aetérnum testaMENTum SUum.

9. Sanctum, et terríbile NOMen Eius : \* inítium sapiéntiae TIMor DOMini.


10. Intelléctus bonus ómnibus faciENTibus Eum : \* laudátio eius manet in SAECulum SAECuli.

3. Ant.

7. b

**E**


X- ÓR-TUM est \* in té-ne- bris lumen re-ctis cor-



de : mi- sé- ri- cors et mi- se- rá- tor, et iustus Dómi- nus.



*Ps. III.* BE-ÁTUS vir qui TImet DOminum : \* in mandá-tis e-ius



VO-let NI-mis.

2. Potens in terra erit SEmen Eius : \* generátio rectórum beNEdiCEtur.

3. Glória, et divítiae in DOmo Eius : \* et iustítia eius manet in SAECulum SAECuli.

4. Exórtum est in ténebris LUmen REctis : \* miséricors, et miseRator, et IUstus.

5. Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos IN iuDicio : \* quia in aetérnum non COMmoVEbitur.

6. In memória aetérna Erit IUstus : \* ab auditióne mala NON tiMEbit.

7. Parátum cor eius speráre in DOmino, † confirmátum EST cor Eius : \* non commovébitur donec despiciat iniMICos SUos.

8. Dispérsit, dedit paupéribus : † iustítia eius manet in SAECulum SAECuli, \* cornu eius exaltábitUR in GLORIA.


9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet ET taBEscet : \* desidérium peccaTORum perIbit.



**A** - PUD DOmini-num \* mi-se-ri-cór-di-a, et co-pi-ó-



sa apud e-um re-démpti-o. *Ps. 129.* DE pro-fúndis clamá-



vi ad te, D<sup>O</sup>mi-ne : \* Dómi-ne, exáudi vo-cem ME-am.

2. Fiant aures tuae *intenDENTes*, \* in vocem depreca-tiónis MEae.

3. Si iniquitátes observáveris, D<sup>O</sup>mine : \* Dómine, quis sustiNEbit?


4. Quia apud te propitiátiO est : \* et propter legem tuam sustinui te, D<sup>O</sup>mine.

5. Sustínuit ánima mea in *verbo* Eius : \* sperávit ánima mea in D<sup>O</sup>mino.


6. A custódia matutína usque ad NOctem : \* speret Israel in D<sup>O</sup>mino.

7. Quia apud Dóminum miseriC<sup>O</sup>rdia : \* et copiósá apud eum redEMptio.


8. Et ipse rédimet ISrael, \* ex ómnibus iniquitátibus Eius.



**D**E fructu \* ventris tu- i ponam super sedem tu- am.



Ps. 131. MEMÉNTO, Dómi-ne, DAvid : \* et omnis mansu- e-tú-di-



nis E-ius.

2. Sicut iurávit D<sup>O</sup>mino, \* votum vovit Deo IAcob :

3. Si introiero in tabernáculum domus MEae, \* si ascéndero in lectum *strati* MEi :

4. Si dédero somnum óculis MEis, \* et pálpebris meis dormitatiOnem :

5. Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum D<sup>O</sup>mino, \* tabernáculum Deo IAcob.

6. Ecce audívimus eam in Ephrata : \* invénimus eam in *campis* SILvae.

7. Introíbimus in tabernáculum Eius : \* adorábimus in loco, ubi steterunt *pedes* Eius.

8. Surge, Dómine, in réquiem TUam, \* tu et arca sanctificatiónis TUae.

9. Sacerdótes tui induántur iuSTItiam : \* et sancti tui *exSUL*tent.

10. Propter David servum TUum, \* non avértas fáciem *Christi* TUI.

11. Iurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur Eam : \* de fructu ventris tui ponam super *sedem* TUam.

12. Si custodierint filii tui testaméntum MEum, \* et testimónia mea haec, quae *docébo* Eos :

13. Et filii eórum usque in SAÉculum, \* sedébunt super *sedem* TUam.

14. Quóniam elégit Dóminus Sion : \* elégit eam in habitatiónem Sibi.

15. Haec réquies mea in saéculum SAÉculi : \* hic habitábo quóniam *elégi* Eam.

16. Víduam eius benedícens beneDICam : \* páuperes eius saturábo pánibus.

17. Sacerdótes eius induam saluTARI : \* et sancti eius exsultatióne *exsul*TAbunt.

18. Illuc prodúcam cornu DAvid, \* parávi lucérnam *Christo* MEo.


19. Inimícos eius induam confusiOne : \* super ipsum autem efflorebit sanctificátio MEa.

#### Capitulum.

*Hebr. 1, 1-2.*

**M**ULTIFÁRIAM multísque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis : † novíssime diébus istis locúsus est nobis in Fílio, quem constitúit haerédem universórum, \* per quem fecit et saécula.

*Hymnus. Iesu Redémptor ómnium. ut in I. Vesperis, 201.*




V. No-tum fe-cit Dó-minus, al-le-lu-ia.




Rꝫ. Sa-lu-tá-re su-um, al-le-lú-ia.

(Sic cantatur tantum in die festi : alias servatur tonus communis).


Ad Magnificat, Antiphona.




**H** Ó-DI-E \* Chri-stus na-tus est : hó-di-e Salvá-tor ap-



pá-ru-it : hó-di-e in terra canunt An-ge-li, laetán-tur



Archán-ge-li : hó-di-e exsúl-tant iu-sti, di-céntes :




Gló-ri-a in excélsis De-o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

**C**ONCÉDE, quæsumus omnipotens Deus : \* ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas líberet ; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

*Commem. S. Stephani.*



**S**TÉPHANUS autem, \* plenus grá-ti-a et forti-tú-di-ne,





fa-ci- é- bat signa magna in pópu-lo. E u o u a e.

∇. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.

R̄. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**D**A nobis, quaésumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discá-  
mus et inimícos dilígere : † quia eius natalítia celebrámus, \*  
qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum  
Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.


Die 26. Decembris.

## S. Stephani Protomartyris.

*Duplex 2. cl. cum Octava simplici.*

AD LAUDES et per Horas.


I. Ant. 8. G



APIDAVÉRUNT Stéphanum, \* et ipse invo-



cábat Dómi-num, di-cens : Ne stá-tu-as il-lis hoc peccá-tum.




E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*


2. Ant.

7. a




**L**


Á-PI-DES torréntes il-li \* dulces fu- é-runt : ipsum




sequuntur omnes animae iustae. E u o u a e.



**A**DHAESIT \* anima me-a post te, qui-a ca-ro me-a




la-pi-da-ta est pro te, De-us me-us. E u o u a e.




**S**TÉPHANUS \* vi-dit cae-los apértos, vi-dit, et intro-í-



vit: be-átus homo, cu-i cae-li pa-té-bant. E u o u a e.



**E**CCE ví-de-o \* caelos a-pértos, et Ie-sum stantem




a dextris De-i. E u o u a e.


Capitulum.

*Act. 6, 8.*

**S**TÉPHANUS autem plenus grátia et fortitú-dine, \* faciébat prodí-gia et signa magna in pópulo.

Hymnus.





li- um, Victis tri- úmphas hósti-bus, Victor fru- ens

cae- lésti-bus.

- |   |   |
|---|---|
| <p>2. Tui precátus múnere<br/>Nostrum reátum dílué,<br/>Arcens mali contágium,<br/>Vitae repéllens taédium.</p>               | <p>3. Solúta sunt iam víncula<br/>Tui sacráti córporis :<br/>Nos solve vinclis saéculi,<br/>Dono supérni Núminis.</p> |
| <p>4. Jesu, tibi sit glória,<br/>Qui natus es de Vírgine,<br/>Cum Patre et almo Spírítu,<br/>In sempitérna saécula. Amen.</p> |   |

∇. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti.

℞. Et fecérunt planctum magnum super eum.

*Ad Benedictus, Ant. Stéphanus autem. et Oratio de I. Vesp., 213.*

*Com. Octavae Nativitatis : Ant. Glória. ∇. Notum fecit. 206.*

#### Ad Tertiam.

*Capitulum. Stéphanus autem. de Laudibus.*

℞. br. Glória et honóre. ∇. Posuísti Dómine. *de Communi unius Martyris, [15].*

#### Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Act. 6, 9-10.*

**S**URREXÉRUNT autem quidam de synagóga, quae appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, † et eórum qui erant a Cilícia, et Ásia, disputántes cum Stéphano : \* et non póterant resistere sapiéntiae et Spírítui qui loquebátur.

℞. br. Posuísti Dómine. ∇. Magna est. *de Communi, [16].*

#### Ad Nonam.

*Capitulum.*

*Act., 7, 60.*

**P**ÓSTITIS autem génibus, clamávit voce magna, dicens : † Dómine ne státuas illis hoc peccátum. \* Et cum hoc dixisset, obdormívit in Dómino.

℞. br. Magna est. ∇. Iustus ut palma. *de Communi, [16].*

## AD VESPERAS.

*Antiphona. Tecum principium. cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, ut supra, 208 : quae dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octavam occurrentibus.*

Capitulum.

Act. 6, 8.

**S**TÉPHANUS autem plenus grátia et fortitúdine, \* faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

Hymnus.

I.  
**D**E US, tu- ó- rum mí- li- tum Sors et co- ró- na,  
2. Hic nempe mundi gáudi- a, Et blanda fraudum

1. praémi- um : Laudes ca- néntes Márty- ris Absólve ne-  
2. pá- bu- la Imbú- ta fel- le dé- pu- tans, Pervé- nit ad

1. xu crími- nis. 3. Poe- nas cu- cú- rit fór- ti- ter, Et  
2. cae- lésti- a. 4. Ob hoc pre- cá- tu súppli- ci Te  
5. Ie- su, ti- bi sit gló- ri- a, Qui

3. sústu- lit vi- rí- li- ter : Fun- dénsque pro te sánqui-  
4. pósci- mus pi- ís- si- me, In hoc tri- úmpho Már- ty-  
5. na- tus es de Ví- rgi- ne, Cum Patre et al- mo Spí- ri-


3. nem, Ae- tér- na do- na pós- si- det.  
4. ris, Di- mít- te no- xam sérvu- lis.  
5. tu, In sempi- térna saé- cu- la. A- men.

℣. Stéphanus vidit caelos apértos.

℞. Vidit et introívit : beátus homo cui caeli patébant !

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



**S** EPE-LI-ÉRUNT Stéphanum \* vi-ri timo-rá-ti, et

fe-cé-runt planctum magnum su-per e-um. E u o u a e.

## Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : \* quia eius natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate.

*Commem. S. Ioannis.*

I. g



**I**-STE est Io-annes, \* qui supra pectus Domi-

ni in coena re-cú-bu-it : be-á-tus Apósto-lus,

cu-i reve-lá-ta sunt secré-ta cae-lésti-a. E u o u a e.

∇. Valde honorandus est beatus Ioannes.

R̄. Qui supra pectus Domini in coena recubuit.

## Oratio.

**E**CCLESIAM tuam Domine benignus illústra : † ut beati Ioannis Apóstoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis, \* ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

*Deinde fit Commem. Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. 213. ∇. Notum fecit. Oratio. Concède, quaesumus.*

*De Octava S. Stephani, sicut et de Octavis S. Ioannis et SS. Innocentium nil fit, nisi in ipsa die Octava, ut suis locis notatur.*

Die 27. Decembris.

# S. Ioannis Apostoli et Evangelistae.

*Duplex 2. cl. cum Octava simplici.*

AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.

8. G

**V**

ALDE hono-rándus est \* be- á-tus Io- ánnes, qui su-

pra pectus Dómi-ni in coena re-cúbu-it. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

3. a

**H**

IC est discí-pu-lus ille, \* qui testimó-ni-um perhí-

bu- it : et scimus qui- a ve-rum est testimó-ni-um e-ius.

E u o u a e.


3. Ant.

3. a

**H**

IC est discí-pu-lus me-us : \* sic e-um vo-lo ma-


né-re, do-nec vé-ni-am. E u o u a e.

4. Ant.  I. f


**S**UNT de hic stánti-bus, \* qui non gustábunt mortem,



donec ví-de-ant Fí-li- um hómi-nis in regno su- o.



E u o u a e.

5. Ant.  I. f

**E**CCE pu-er me-us \* e- léctus, quem e-lé-gi : pó-



su- i super e- um spí- ri-tum me- um. E u o u a e.

Capitulum.

*Ecli. 15, 1-2.*

**Q**UI timet Deum, fáci-et bona : † et qui cóntinens est iustítiae, apprehéndet illam, \* et obviábit illi quasi mater honorificáta.

*Hymnus. Exsúltet. ut infra ad Vesperas.*

∇. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his.

R̄. Et scimus quia verum est testimónium eius.

*Ad Benedictus, Ant. Iste est. cum Oratione de I. Vesp., 218; Commem. Octavae Natiuitatis. Ant. Glória. ∇. Notum fecit. 206.*

Ad Tertiam.

*Capitulum. Qui timet Deum. ut supra.*

R̄. br. In omnem terram. ∇. Constitues. *de Communi Apostolorum.* [7].

Ad Sextam.

Capitulum.

*Eccli. 15, 3*

**C**IBAVIT illum pane vitae et intelléctus, † et aqua sapiéntiae salutáris \* potávit illum Dóminus Deus noster.

Ry. br. Constitues. √. Nimis honoráti. *de Communi*, [7].

Ad Nonam.

Capitulum.

*Eccli. 15, 5.*

**I**N médio Ecclesiæ apéruit os eius, † et implévit illum Dóminus spíritu sapiéntiae et intelléctus, \* et stolam glóriæ índuit eum.

Ry. br. Nimis honoráti. √. Annuntiavérunt. *de Communi* [8].

AD VESPERAS.

*Antiphona. Tecum principium. cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, 208.*

Capitulum.

*Eccli. 15, 1-2.*

**Q**UI timet Deum, fáciat bona : † et qui cóntinens est iustítiae, apprehéndet illam, \* et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymnus.

I.



**E**x-súl-tet or-bis gáudi-is, Cae-lum re-súl-tet  
 2. Vos sae-cu-ló-rum iú-di-ces, Et ve-ra mundi



láu-di-bus : Apo-sto-ló-rum gló-ri-am Tel-lus et astra  
 lú-mi-na : Vo-tis pre-cámur córdi-um, Audí-te vo-ces




cón-ci-nunt. 3. Qui templa cae-li cláudi-tis, Se-rásque  
 súpli-cum. 4. Prae-cé-pta quo-rum pró-ti-nus Languor sa-










ver- bo sól-vi- tis, Nos a re- á-tu nó- xi- os Sol-vi iu-  
lúsque sén-ti- unt, sa-ná- te mentes lángui- das, Augé- te



bé- te, quaésumus. 5. Ut cum red-í- bit árbi- ter In fi- ne  
nos vir- tú- ti- bus. 6. Ie- su ti- bi sit gló- ri- a, Qui na- tus



Chri- stus saé- cu- li, Nos sem- pi- tér- ni gáu- di- i Con- cé- dat  
es de Vír- gi- ne, Cum Patre et almo Spí- ri- tu In sempi-



es- se cómpo- tes.  
tér- na saé- cu- la. A- men.

∇. Valde honorándus est beátus Ioánnes.

℞. Qui supra pectus Dómini in coena recúbuit.

Ad Magnificat, Antiphona.


6. F

**E**


X- I- IT \* sermo inter fra- tres, quod discí- pu- lus



il- le non mó- ri- tur : et non di- xit Ie- sus, Non mó- ri- tur :



séd, Sic e- um vo- lo ma- né- re, do- nec vé- ni- am.



E u o u a e.

## Oratio.

**E**CCLĒSIAM tuam, Dómine, benignus illústra : \* ut beáti Ioánnis Apóstoli tui et Evangelístae illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

*Comm. Ss. Innocentium.*

I. a 3

**H** I sunt\*qui cum mu-li- é-ri- bus non sunt co-  
inqui-ná- ti : vír-gi-nes e-nim sunt, et sequúntur Agnum,  
quocúmque í- e-rit. E u o u a e.

℣. Heródes irátus occídít multos púeros.

℞. In Bétlehem Iudae civitáte David.

## Oratio.

**D**EUS, cuius hodiérna die praecónium Innocétes Mártyres non loquéndó, sed moriéndó conféssi sunt : † ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, \* étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

*Deinde Comm. Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. ℣. Notum fecit. 213.*

Die 28. Decembris.

## In Festo Sanctorum Innocentium.

*Duplex 2. cl. cum Octava simplici.*

AD LAUDES et per Horas.

I. Ant.  
I. f

**H** ERÓ-DES i-rá-tus \* oc-cí-dit multos pú- e-ros in Bét-



lehem Iu-dae ci-vi-tá-te David. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

2. D



**A** bimá-tu \* et infra occí-dit multos pú-e-ros He-




ró-des propter Dóminum. E u o u a e.

3. Ant.

8. G




**A** NGE-LI e-ó-rum \* semper vi-dent fá-ci-em Pa-tris.



E u o u a e.

4. Ant.

2. D




**V** OX in Rama audí-ta est, \* plo-rátus et u-lu-lá-




tus, Rachel plo-rans fí-li-os su-os. E u o u a e.

5. Ant.

8. G



**S** UB thro-no De-i \* omnes Sancti cla-mant : Vín-



di-ca sán-guinem nostrum, De-us no-ster. E u o u a e.

*Capitulum et Hymnus ut infra ad Vesperas.*

℣. Heródes irátus occídít multos púeros.

℞. In Béthlehem Iudae, civitáte David.

*Ad Benedictus, Ant. Hi sunt. cum Oratione de I. Vesp. 223; Comm. Octavae Nativitatis. Ant. Glória. ℣. Notum fecit. 206.*

### Ad Tertiam.

*Capitulum. Vidi. ut infra ad Vesperas.*

℞. br. Laetámini. ℣. Exsúltent. *de Communi plurium Mart. [34].*

### Ad Sextam.

Capitulum.

*Apoc. 14, 4.*

**H**I sunt qui cum muliéribus non sunt coinquináti : † vírgines enim sunt. \* Hi sequúntur Agnum quocúmque ferit.

℞. br. Exsúltent iusti. ℣. Iusti autem. *de Communi, [35].*

### Ad Nonam.

Capitulum.

*Apoc. 14, 4-5.*

**H**I empti sunt ex homínibus primitiae Deo et Agno, † et in ore ipsórum non est. inventum mendácium : \* sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

℞. br. Iusti autem. ℣. Exsultábunt. *de Communi, [35].*

## AD VESPERAS.

*Antiphona. Tecum princípium. cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, 208.*


Capitulum.

*Apoc. 14, 1.*


**V**IDI supra montem Sion Agnum stantem, † et cum eo centum quadragínta quátuor millia, \* habéntes nomen eius, et nomen Patris eius scriptum in fróntibus suis.

### Hymnus.

I.



**S** AL-VÉ-TE flo- res Márty-rum, Quos lu- cis ipso in  
 2. Vos prima Chris- ti ví-ctima Grex immo- la- tó-  
 3. le- su ti- bi sit gló-ri- a, Qui na- tus es de



1. lí- mi- ne Christi in- se- cú- tor sú- tu- lit, Ceu tur- bo  
 2. rum te- ner : A- ram sub i- psam sím- pli- ces, Palma et co-  
 3. Ví- ri- gi- ne, Cum Patre et al- mo Spí- ri- tu, In sem- pi-



1. nas- cén- tes ro- sas.  
 2. ró- nis lú- di- tis.  
 3. tér- na saé- cu- la. A- mén.

∇. Sub throno Dei omnes Sancti clamant.

℞. Víndica sánguinem nostrum, Deus noster.


### Ad Magnificat, Antiphona.

2. D




I

NNOCÉNTES pro Christo \* infántes occí- si sunt,



ab in- íquo re- ge lactétes inter- fécti sunt : ipsum se-



quántur Agnum si- ne má- cu- la, et di- cunt semper :



Gló- ri- a ti- bi Dómi- ne. E u o u a e.

### Oratio.

**D**EUS, cuius hodiérna die praeconium Innocétes Mártýres non loquéndó, sed moriéndó conféssi sunt : \* ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

*Comm. S. Thomae Cantuariensis.*

*Ant. Iste sanctus. ∇. Glória et honóre. [13].*

Oratio.

**D**EUS, pro cuius Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : \* praesta quaésumus ; ut omnes, qui eius implórant auxiliúm, petitiónis suae salutárem consequántur efféctum.

*Comm. Oct. Nativitatis. Ant. Hódie. V̄. Notum fecit. 213.*

## Dominica infra Octavam Nativitatis.

### In I. Vesperis.

*Antiphona. Tecum principium. cum reliquis Antiphonis et Psalmis de Nativitate, 208.*

Capitulum.

*Galat. 4, 1-2.*

**F**RATRES : Quanto tēpore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium : † sed sub tutóribus et actóribus est, \* usque ad praefinítum tempus a patre.

*Hymnus. Iesu Redémptor ómnium. 201.*

V̄. Verbum caro factum est, allelúia.

R̄. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**D**UM mé-di-um si-lénti-um \* tené-rent ómni- a,  
 et nox in su-o cursu mé-di-um i-ter per-á-ge-ret : omní-  
 pot-ens Sermo tu-us Dó-mi-ne a re-gá- li-bus sédibus ve-  
 nit, alle-lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : † ut in nómine dilécti Fílii tui, \* mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.

*Comm. Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. V̄. Notum fecit. Oratio. Concéde. 213.*

## Ad Laudes et per Horas.

*Antiphona. Quem vidístis. cum reliquis de Nativitate. 203; Psalmi de Dóminica, 4.*

*Capitulum ut supra in I. Vesperis.*

*Hymnus. A solis ortus cárdine. 205.*

V̄. Verbum caro factum est, allelúia.

R̄. Et habitávit in nobis, allelúia.

*Ad Benedictus, Ant. Dum médium. cum Oratione ut in I. Vesperis.*

*Et fit Comm. Octavae Nativitatis. Ant. Glória in excélsis. V̄. Notum fecit. Oratio. Concéde. 206.*

**Ad Primam.** *Lectio brevis. Itaque. ut infra ad Nonam.*

## Ad Tertiam.

*Capitulum. Fratres : Quanto tēpore. ut supra, 227.*

R̄. *br.* Verbum caro. V̄. Ipse invocábit me. *ut in die Nativitatis, 206.*

## Ad Sextam.

**Capitulum.**

*Galat. 4, 4-5.*

**A**T ubi venit plenitúdo tēporis, † misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret, \* ut adoptiónem filiórūm reciperémus.

R̄. *br.* Notum fecit. V̄. Vidérunt omnes. 207.

## Ad Nonam.

**Capitulum.**

*Galat. 4, 7.*

**I**TAQUE iam non est servus, sed filius : \* quod si filius, et haeres per Deum.

R̄. *br.* Vidérunt omnes. V̄. Verbum caro. 207.

## In II. Vesperis.

*Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 208.*

## Capitulum.

*Galat. 4, 1-2.*

**F**RATRES : Quanto tēpore haeres p̄rvulus est, nihil differt a servo, cum sit d̄ominus ōnium : † sed sub tutōribus et actōribus est, \* usque ad praefinītum tempus a patre.


*Hymnus.* Iesu Redēptor ōnium. 201.

∇. Verbum caro factum est, allelūia.

℞. Et habitāvit in nobis, allelūia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

6. F



U-ER Ie-sus \* pro-fi-ci-é-bat aetá-te et sa-pi-én-ti-a co-ram De-o et homí-ni-bus. E u o u a e.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo : \* ut in nómine dilécti Fílii tui, mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.

*Et fit Comm. Octavae Nativitatis. Ant. Hódie.* ∇. Notum fecit. *Oratio. Concéde.* 213.

Die 29. Decembris.

## S. Thomae Episcopi et Martyris.

*Duplex.*

*In II. Vesperis. Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 208. Reliqua de Communi. Hymnus. Deus tuórum militum. ut supra, 217.*

## Oratio.

**D**EUS, pro cuius Ecclēsia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : † praesta, quaesumus, ut omnes qui eius implórant auxílium, \* petitiónis suae salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

*Comm. sequentis et Octavae Nativitatis.*

*Completorium de Féria.*



Die 30. Decembris.

## BB. Margaritae Columnae et Matthiae de Nazareis, Vv. 2. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Ego Dóminus. V̄. Deus meus. [89].

**Oratio.**

**F**IDÉLES tuos, quaesumus, Dómine, intercedéntibus beátiis Virgínibus Margaríta et Matthía, ita corpore et mente purífica : † ut a nóxiis delectatió nibus elongéntur, \* ac tua iúgiter suavitate pascántur. Per Dóminum.

*Deinde Comm. Oct. Natiuitatis. Ant.* Hódie V̄. Notum fecit. 213.

*Vesperae de sequenti ; Comm. praecedentis et Oct. Natiuitatis.*

*Completorium de Feria.*

Die 31. Decembris.

## S. Silvestri I. Papae et Confessoris.

*Duplex.*

*In I. Vesperis. Antiphonae et Psalmi de Natiuitate 208 ; Capitulum et reliqua de Communi unius Conf. Pontificis, [+1].*

*Ant.* Sacérdos. V̄. Amávit. [+3].

**Oratio.**

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : † ut beáti Silvéstri Confessoris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, \* et devotió nem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

*Comm. praecedentis. Ant.* Casta generátio. V̄. Virgines. [93] ; *deinde Comm. Oct. Natiuitatis : Ant.* Hódie. V̄. Notum fecit. 213.

*Completorium de Feria.*

*Vesperae de sequenti sine ulla Commemoratione.*



Die 1. Ianuarii.

# IN CIRCUMCISIONE DOMINI ET OCTAVA NATIVITATIS.

*Duplex 2. classis.*

## IN I. VESPERIS.

I. Ant. 6. F



ADMI-RÁ-BI-LE commérci- um! \* Cre-á-tor  
gé-ne-ris hu-má-ni, a-ni-má- tum corpus sumens, de Vírgi-ne  
nasci digná- tus est : et pro-cé-dens homo si- ne sé-mi-  
ne, largí-tus est no-bis su- am de- i-tá- tem. *Ps. 109.* DI-XIT

Dó-mi-nus Dó-mi-no ME-o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.


3. a 2

**Q**

UANDO na-tus es \* in-effá-bí-li-ter ex Vírgi-ne, tunc




implétæ sunt Scriptú-rae : sic-ut plú-vi- a in vellus de-



scendísti, ut salvum fá-ce-res ge- nus humá-num : te laudá-



mus De- us no-ster. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DOMI-num : \*




laudá-te *no-men* DOMi-ni. 485.

3. Ant.


3. E

**R**


U-BUM quem ví-de-rat \* Mó- y-ses incombústum,



conservá-tam agnó-vimus tu- am laudá-bi-lem virgi-ni- tá-tem :



De- i Gé-ni-trix, intercède pro nobis. *Ps. 121.* LAETÁTUS sum in



his quæ dicta sunt MI-hi : \* in domum Dómi-ni I-BI-mus. 489.

4. Ant.

I. f


**G**

ERMI-NÁVIT \* ra-dix lesse, orta est stella ex






Ia-cob : Virgo pé-pe-rit Salva-tó-rem : te laudámus, De- us



no-ster. *Ps. 126.* NI-SI Dóminus aedi-fi-CAve-rit DOMum : \* in




vanum labo-ravé-runt qui aedí-fi-cant E- am. 490.

5. Ant.


2. D




**E**CCE Ma-rí-a \* génu-it no-bis Salva-tó-rem, quem




Io-ánnes vi-dens exclamá-vit, di-cens : Ecce Agnus



De-i, ecce qui tol-lit peccá-ta † mundi, alle-lú-ia.



*Post Septuag.* † mundi. *Ps. 147.* LAUDA Ie-ru-sa-lem DÓmi-num : \*



lauda De-um tu-um SI-on. 491.

Capitulum.

*Tit. 2, 11-12.*

**A**PPÁRUIT grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, †  
erúdiens nos, ut abnegántes impietátem et saeculária desi-  
déria, \* sóbrie, et iuste, et pie vivámus in hoc saéculo.

*Hymnus.* Iesu Redemptor ómnium. 201.

V. Verbum caro factum est, allelúia.

R. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



**P**RO-PTER ními- am \* ca-ri-tá-tem su- am, qua di-lé-  
xit nos De- us, Fí- li- um su- um mi- sit in simi- li-  
tú-di-nem carnis peccá- ti, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui salutis aeternae, beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti : + tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, \* per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate.

AD LAUDES et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum de I. Vesp., 231; Psalmi de Dominica, 4.*


*Hymnus.* A solis ortus. 205.

V. Verbum caro factum est, allelúia.


R. Et habitávit in nobis, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.


8. G




**M**I-RÁ-BI-LE mysté-ri- um \* decla-rá-tur hó-di- e : in-



novántur na-túrae : De- us homo factus est : id quod fu- it



permánsit, et quod non e-rat assúmpsit : non commixti- ó-



nem passus, neque di-vi-si- ó-nem. E u o u a e.

*Oratio ut in I. Vesperis, 234.*

### Ad Tertiam.

*Capitulum ut in I. Vesperis, 233.*

*R̄. br.* Verbum caro. *Ÿ.* Ipse invocábit me. 206.

### Ad Sextam.

#### Capitulum.

*Hebr. 1, 10.*

**E**T : Tu in princípío Dómine terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

*R̄. br.* Notum fecit. *Ÿ.* Vidérunt omnes. 207.

### Ad Nonam.

#### Capitulum.

*Hebr. 1, 11-12.*

**I**PSI períbunt, tu autem permanébis : † et omnes sicut vestiméntum veteráscent : et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

*R̄. br.* Vidérunt omnes. *Ÿ.* Verbum caro. 207.

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, 231, praeter sequentia.*

*Ÿ.* Notum fecit Dóminus, allelúia.

*R̄.* Salutáre suum, allelúia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

2. a

**M** A- GNUM \* haere-di-tá-tis mysté- ri- um :

templum De- i factus est ú-te-rus nésci- ens vi- rum : non

est pollú-tus ex e- a car-nem assú-mens : om-nes gen-tes

vé-ni- ent, di-céntes : Gló-ri- a ti- bi Dó- mi-ne.

E u o u a e.

*Commem. sequentis (Bb. Bentivolti et Gerardi, Cc. 1. Ord.), 244.**Quando Festum Sanctissimi Nominis die 2. Ianuarii celebratur, in II. Vesperis Circumcisionis nil fit de Sanctissimo Nomine.*

Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam.

## Sanctissimi Nominis Iesu.

*Duplex 2. classis.*

IN I. VESPERIS.


I. Ant. 8. G



MNIS \* qui invo-cá-ve-rit nomen Dó-mi-ni,



sal- vus e- rit. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómi-no ME-o: \* Se-de




a dextris ME- is. 482.

2. Ant.


5. a

**S**


ANCTUM et terrí- bi-le \* no- men e- ius, in-í-



ti- um sapi- énti- ae tí-mor Dómi-ní. *Ps. 110.* CONFÍ-TÉBOR



ti-bi Dómine in to-to corde ME-o: \* in consí- li- o iustórum




et congreGA-ti- One. 483.

3. Ant.


3. a 2

**E**

- GO autem \* in Dómi-no gau- dé-bo, et exsul-



tábo in De-o Ie-su me- o. *Ps. 111.* BE- ÁTUS vir qui



Tímet DOMI-num: \* in mandá-tis e-ius vo- let NIMIS. 484.



4. Ant.

4. E

A

so-lis ortu \* usque ad occá-sum laudábi-le

nomen Dó-mi-ni. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú- e-ri DÓ-mi-num : \* lau-dá-te *nomen* DOMI-ni. 485.

5. Ant.

8. c

S

ACRI-FI-CÁ-BO \* hósti-am laudis, et nomen Dómi-

ni invo-cá-bo. *Ps. 115.* CRÉ-DI DI propter quod loCÚtus sum : \*

Ego autem humi-li- á-tus sum NImis. 488.

Capitulum.

*Philipp. 2, 8-10.*


**F**RATRES : Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : \* ut in nómine Iesu omne genu flectátur.

Hymnus.

I.

I


E-SU, dulcis memó-ri-a, Dans ve-ra cor-dis gáu-  
2. Nil cá-ni-tur su- ávi-us, Nil au-dí-tur iu-cún-



1. di-a : Sed super mel et ómni-a E- ius dul- cis prae-  
2. di- us, Nil cogi- tá- tur dúl- ci- us, Quam Ie- sus De- i



1. sénti- a. 3. Ie- su spes poe- ni- tén- tibus, Quam pi- us es  
2. Fí- li- us. 4. Nec lingua va- let dí- ce- re, Nec lít- te- ra  
5. Sis Ie- su nostrum gáudi- um, Qui es fu- tú-



3. pe- tén- ti- bus! Quam bo- nus te quae- réntibus! Sed quid  
4. ex- prí- me- re : Ex- pér- tus pot- est cré- dere, Quid sit  
5. rus praémi- um : Sit nostra in te gló- ri- a, Per cun-



3. inve- ni- én- tibus!  
4. Ie- sum di- lí- ge- re.  
5. cta sem- per saécu- la. A- men.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.


℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum, allelúia.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**F**

E- CIT \* mi- hi magna qui pot- ens est, et sanctum



nomen e- ius, alle- lú- ia. E u o u a e.

#### Oratio.

**D**EUS, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Iesum vocári iussísti : † concéde propítius; ut cuius sanctum nomen venerámur in terris, \* eius quoque aspéctu perfruámur in caelis. Per eúmdem Dóminum.

*Non fit Commemoratio Dominicae.**Completorium de Dominica.*

## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.

8. G

**O**

-LE- UM ef-fúsum \* nomen tu- um : íd-e-o ad-o-



lescéntu-lae di-lexé-runt te. E u o u a e.


*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

3. a

**S**

CITÓ-TE \* qui- a Dómi-nus ipse est De- us, cu-ius




nomen in ae-térnum. E u o u a e.

3. Ant.

4. E

**S**

I-TÍ-VIT \* anima me- a ad nomen sanctum tu- um




Dó-mi-ne. E u o u a e.

4. Ant.

T. pereg.




**B**

ENE-DÍCTUM \* nomen gló-ri- ae tu-ae, sanctum, et lau-



5. Ant.

I. a 3




Capitulum.

*Philipp. 2, 8-10.*

**F**RATRES : Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen quod est super omne nomen : \* ut in nómine Iesu omne genu flectátur.

Hymnus.

I.



In o-re mel mi-rí-fi-cum,

In corde nectar caé-li-cum.

2. Qui te gustant, esúriunt;  
Qui bibunt, adhuc sítiunt;  
Desideráre nésciunt  
Nisi Iesum, quem díligunt.
3. O Iesu mi dulcíssime,  
Spes suspirántis ánimae!  
Te quaerunt piae lácrimae,  
Te clamor mentis íntimae.

4. Mane nobíscum, Dómine,  
Et nos illústra lúmine :  
Pulsa mentis calígine,  
Mundum reple dulcédine.
5. Iesu, flos Matris Vírginis,  
Amor nostrae dulcédinis,  
Tibi laus, honor nóminis,  
Regnum beatitúdinis. Amen.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.  
 R̄. Qui fecit caelum et terram.

## Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

**D** E-DIT se, \* ut li-be-rá-ret pópu-lum, et acqui-re-ret

si-bi nomen ae-térnum, al-le-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in I. Vesperis, 239.*

*Ad Horas Psalmi de Dominica; ad Primam tamen ut in Festis.*

## Ad Primam.

*In R̄. br.* V. Qui natus es de Maria Virgine.

## Ad Tertiam.

*Capitulum ut in I. Vesperis, 238.*

R̄. br.

**S** IT nomen Dómi-ni be-ne-díctum : \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. V. Ex hoc nunc, et usque in saécu-lum. Gló-ri-a Pa-

tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

V. Afférte Dómino glóriam et honórem, allelúia.

R̄. Afférte Dómino glóriam nómini eius, allelúia.

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Philipp. 2, 10-11.*

**I**N nómine Iesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur \* quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

R̄. br.

**A**

FFÉRTE Dómi-no gló-ri- am et honó-rem: \* Alle- lú-ia,

alle-lú-ia. ∇. Afférte Dómi-no gló-ri- am nómi-ni e-ius.

Gló-ri- a Patri.

∇. Magnificáte Dóminum mecum, allelúia.

R̄. Et exaltémus nomen eius in idípsum, allelúia.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Col. 3, 17.*

**O**MNE quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, † ómnia in nómine Dómini Iesu Christi fácite, \* grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.

R̄. br.

**M**

AGNI-FI-CÁTE Dómi-num me-cum: \* Alle- lú-ia, alle-

lú-ia. ∇. Et exaltémus nomen e-ius in id-ípsum. Gló-ri- a

Patri.

∇. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allelúia.

R̄. Qui fecit caelum et terram, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Quando hoc Festum celebratur die 5. Ianuarii, Vesperae dicuntur de sequenti Festo Epiphaniae, cum Commemoratione praecedentis.*

*Omnia ut in I. Vesperis, 236, praeter sequentia.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**V**

O-CÁ-BIS \* no-men e-ius Ie-sum : ipse e-nim sal-  
vum fá-ci- et pópu-lum su- um a peccá-tis e- ó-rum, alle-  
lú-ia. E u o u a e.

Die 2. Ianuarii.

Bb. Bentivolii de Bonis  
et Gerardi Cagnoli, Cc. I. Ord.

*Semiduplex.**Ant.* Qui sperant. *Ÿ.* Firmaméntum. [73].

Oratio.

**C**ONCÉDE, quaésumus, omnípotens Deus : ut ad meliorem vitam beatórum Bentivólii et Gerárdi Confessórum tuórum exémpła nos próvocent; † quátenus quórum memóriam ágimus, \* étiam actus imitémur. Per Dóminum.

*Ad Laudes, Com. diei Oct. S. Stephani : Ant.* Stéphanus autem. *Ÿ.* Sepeliérunt. 213.

Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítae Stéphaní sángine dedicásti : † tríbue, quaésumus; ut pro nobis intercésor exsístat, \* qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

*In II. Vesperis, Ant.* A saéculo. *Ÿ.* Iusti. [78]; *Com. sequentis.*

Die 3. Ianuarii.

## In Octava S. Ioannis Ap. et Ev.

*Simplex.**Antiphona ad Magnificat et ad Benedictus cum Oratione ut in die Festi, 218.**Vesperae de sequenti; Com. diei Octavae S. Innocentium.*

Die 4. Ianuarii.

## B. Angelae a Fulgineo, Vid. 3. Ord.

*Semiduplex.**In I. Vesp. Ant. Simile est. V. Spécie. [97].*

Oratio.

**D**EUS, dulcédo córdium et lumen Beatórum, qui beátam Angelam fámulam tuam mira rerum caeléstium contemplatióne recreásti : † concéde, ut ipsíus méritis et intercessióne ita te cognoscámus in terris, \* ut in revelatióne glóriæ tuæ gaudére mereámur in caelis. Per Dóminum.

*Com. diei Octavae Ss. Innoc. Ant. Hi sunt. V. Heródes. cum Oratione, 223.**Vesperae de sequenti; Com. praeced. et S. Telesphori Papae et Mart.*

Die 5. Ianuarii.

## In Vigilia Epiphaniae.

*2. classis. Semiduplex.**In I. Vesperis. Antiphonae et Psalmi de Circumcisione, 231.**Capitulum. Fratres : Quanto tẽpore. 227.**Hymnus. Iesu Redẽmptor ómnium. 201.**V. Notum fecit Dóminus, allelúia.**R̃. Salutáre suum, allelúia.**Ad Magnificat, Ant. Puer Iesus. 229.*



## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo : † ut in nómine dilécti Filii tui, \* mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

*Deinde Com. B. Angelae. Ant. Manum suam. V. Diffusa. [99]; postea Com. S. Telesphori. Ant. Iste sanctus. V. Glória. [13].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Telésphori Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetificas : \* concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eíusdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Completorium de Dominica. Non dicuntur Preces.*

**Ad Laudes.** *Ant. O admirábile. cum reliquis, 231. Psalmi de Dominica. Capitulum, Hymnus, V., Ant. ad Benedictus et Oratio ut in Laudibus Dominicae infra Octavam Nativitatis, 228.*


*Com. S. Telesphori. Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

**Ad Horas.** *Antiphonae de Laudibus, Psalmi ut in Festis. Ad Primam in R. br. dicitur V. Qui natus es de Maria Virgine. Et non dicuntur Preces.*

*Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonae.*

*Capitula, R. R. br., et V. V. ut in Dominica infra Octavam Nativitatis, 228. Vesperae de Epiphania, sine ulla Commemoratione.*





# IN EPIPHANIA DOMINI


*Duplex I. classis.*

## IN I. VESPERIS.


I. Ant. 2. D




NTE lu-cí-fe-rum gē-ni-tus, \* et



ante saé-cu-la, Dó-mi-nus Salvá-



tor noster hó-di-e mundo appá-ru-it. *Ps. 109. DI-XIT*




Dó-mi-nus Dó-mi-no ME-o : \* Sede a dextris ME-is. 482.

2. Ant.  
I. g 2

V




E-NIT lumen tu-um, \* Ie-rú-sa-lem, et gló-




ri- a Dó- mi-ni super te or- ta est, et ambu-



lábunt gentes in lúmi- né tu- o, al- le- lú- ia.



*Ps. 110.* CONFITÉBOR ti- bi Dómi- ne in to- to CORde ME- o : \* in




consí- li- o iustórum et congre- ga- ti- One. 483.

3. Ant.


I. g<sup>2</sup>

**A**

- PÉRTIS thesáuris su- is \* ob- tu- lé- runt Ma- gi Dómi-



no aurum, thus et myrrham, alle- lú- ia. *Ps. 111.* BE- ÁTUS




vir qui TImet DÓmi- num : \* in mandá- tis e- ius *volet* NImis. 484.

4. Ant.


4. E

**M**

Á- RI- A et flúmi- na, \* bene- dí- ci- te Dómi- no : hy-




num dí- ci- te, fontes, Dómi- no, alle- lú- ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE




pú- e-ri D<sup>o</sup>minum : \* laudá-te *no-men* DOMI- ni. 485.


5. Ant.  
7. c 2




**S** TELLA ista \* sic-ut flamma cor-úscat, et Re-gem re-




gum De- um demónstrat : Ma- gi e- am vi-dé-runt, et ma-



gno Re-gi múne-ra obtu-lé-runt. *In I. Vesp. Ps. 116. LAUDÁ-TE*  
*In II. Vesp. Ps. 113. IN éx-i-*



Dó-mi-num Omnes GENTes : \* laudá-te e- um O-mnes PO-  
tu Israel DE Ae-GYpto : \* domus Ia-cob de POpu-lo BAR-



pu-li. 489.  
ba-ro. 486.


### Capitulum.

*Isaiae 60, 1.*


**S**URGE, illumináre Jerúsalem, quia venit lumen tuum, \* et glória  
Dómini super te orta est.

### Hymnus.


3.



**C** RUDÉ- LIS He- ró- des, De- um Regem ve-  
2. I-bant Ma- gi, quam ví- de-rant, Stellam se-




1. ní-re quid times? Non é-ri-pit mor-tá-li-a Qui re-  
2. quén-tes praé-vi-am: Lu-men requí-runt lúmi-ne: De-um



1. gna dat cae-lésti-a. 3. Lavá-cra pu-ri gúr-gi-tis Cae-lé-  
2. fa-tén-tur múne-re. 4. Novum ge-nus pot-én-ti-ae: Aquae  
5. Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui appa-



3. stis Agnus át-ti-git: Pec-cá-ta, quae non dé-tu-  
4. ru-bé-scunt hýdri-ae, Vi-númque ius-sa fúnde-  
5. ru-í-sti génti-bus, Cum Patre et al-mo Spí-ri-



3. lit, Nos a-blu-én-do sústu-lit.  
4. re, Mu-tá-vit unda o-rí-gi-nem.  
5. tu, In semp-tér-na saécu-la. A-men.


## Alter Tonus ad libitum.

8. **C** RUDÉ-LIS He-ródes, De-um Regem ve-ní-re quid ti-




mes? Non é-ri-pit mortá-li-a Qui regna dát cae-lésti-a.

*· In hoc altero tono cantantur Hymni ad Horas per Octavam.*



V. Re-ges Tharsis et ínsulae múne-ra óffe-rent.



R̄. Re-ges A-rabum et Saba dona addú-cent.

(Sic cantatur tantum in die Festi; alias adhibetur tonus solitus).


Ad Magnificat, Antiphona.

8. G


M




A-GI \* vi-dén-tes stellam, di-xé-runt ad ínvi-cem :



Hoc signum magni Re-gis est : e-á-mus, et inqui-rá-mus



e-um, et offe-rá-mus e-i mú-ne-ra, aurum, thus et myr-



rham. E u o u a e.

Oratio.


**D**EUS, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : † concéde propítius ; ut qui iam te ex fide cognóvimus, \* usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum.

Ad Completorium. Tonus Hymni ut supra, 89.

AD LAUDES et per Horas.

Antiphonae et Capítulum ut in I. Vesperis, 247; Psalmi de Dominica, 4.


Hymnus. 3.



SOLA magná-rum úrbi-um Ma-ior Bethlem,



cui cónti-git Du-cem sa-lú-tis caé-li-tus Incorpo-rá-



tum gígne-re :

- |   |  |
|---|--|
| <p>2. Quem stella, quae solis rotam<br/>Vincit decóre ac lúmine,<br/>Venísse terris nún-tiat<br/>Cum carne terréstri Deum.</p>      | <p>4. Regem Deúmque annúntiant<br/>Thesáurus, et fragrans odor<br/>Thuris Sabaei, ac myrrheus<br/>Pulvis sepúlchrum praédocet.</p> |
| <p>3. Vidére postquam illum Magi,<br/>Eóa promunt múnera :<br/>Stratíque votis ófferunt<br/>Thus, myrrham, et aurum<br/>régium.</p> | <p>5. Iesu, tibi sit glória,<br/>Qui apparuísti Géntibus,<br/>Cum Patre, et almo Spírítu,<br/>In sempitérna saécula.<br/>Amen.</p> |


∇. Adoráte Deum, allelúia.

℞. Omnes Angeli eius, allelúia.


### Ad Benedictus, Antiphona.



**H** Ó-DI-E \* cae-lésti Sponso iuncta est Ecclé-si-a,



quó-ni-am in Iordáne la-vit Christus e-ius crími-na : cur-



runt cum muné-ribus Ma-gi ad regá-les núpti-as, et ex



aqua facto vi-no laetántur conví-vae, alle-lú-ia.

E u o u a e.

*Oratio ut in I. Vesperis, 251.*

### Ad Primam.

*In R̄. br. dicitur ∇. Qui apparuísti hódie. 33. Et sic dicitur per totam Octavam, praeter quam in Festo S. Familiae, pro quo habetur ∇. proprius.*

### Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 43. Capitulum ut in I. Vesperis, 249.*

R̄. br.

**R**

EGES Tharsis et insulae múnere-ra ófferent : \* Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. ∇. Reges Arabum et Saba dona addú-

cent. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Omnes de Saba vénient, allelúia.

R̄. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

### Ad Sextam.

#### Capitulum.

*Isaiae 60, 4.*

**L**EVA in circuítu óculos tuos, et vide : † omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi : \* filii tui de longe vénient, et filiae tuae de látere surgent.

R̄. br.

**O**

-MNES de Saba vé-ni-ent : \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.





∇. Aurum et thus de-fe-réntes. Gló-ri- a Patri.

∇. Adoráte Dóminum, allelúia.


℞. In aula sancta eius, allelúia.

### Ad Nonam.


#### Capitulum.

*Isaiae 60, 6.*

**O**MNES de Saba vénient, † aurum et thus deferéntes, \* et laudem Dómino annuntiántes.



**A**D-O-RÁTE Dómi-num : \* Alle- lú-ia, alle- lú-ia. ∇. In



aula sancta e-ius. Gló-ri- a Patri.


∇. Adoráte Deum, allelúia.

℞. Omnes Angeli eius, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, 247, praeter ea quae sequuntur : Ultimus Ps. 113. In éxitu: 486.*




### Ad Magnificat, Antiphona.



**T**RIBUS mi- rá- cu- lis \* orná-tum di- em sanctum



có- limus : hó- di- e stella Ma- gos du- xit ad prae- sé-



*Oratio ut in I. Vesperis, 251.*

*Si Epiphania venerit in Sabbato, in II. Vesperis fit Commemoratio Dominicae infra Octavam. Ant. Remansit. 258.*

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.

℞. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

*Oratio. Vota, quaesumus. 259.*

*Infra Octavam Epiphaniae ad Laudes, per Horas, et ad Vesperas, omnia dicuntur ut in die Festi, praeter Antiphonas ad Benedictus et ad Magnificat, quae singulis diebus habentur propriae, ut sequitur post Festum S. Familiae, 266.*



Dominica infra Octavam Epiphaniae.

## S. Familiae Iesu, Mariae, Ioseph.


*Duplex maius.*


IN I. VESPERIS.

I. Ant.

I. g

I






de qua na-tus est Ie-sus, qui vo-cá-tur Chri-stus. *Ps. 109.* DI-XIT




Dóminus DÓmi-no ME-o : \* Se-de a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.

7. c




**A**NGE-LUS Dómi-ni \* appá-ru-it in somnis Io-seph,




di-cens : Io-seph, fi-li David, no-li timé-re accí-pe-re



Ma-rí-am cóniugem tu-am : quod e-nim in e-a na-tum est,




de Spí-ri-tu Sancto est. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DÓminum : \*




laudá-te NÓmen DÓmi-ni. 485.

3. Ant.


7. d




**P**ASTÓRES \* vené-runt festi-nántes, et invené-runt



Ma-rí-am et Io-seph, et Infántem pó-si-tum in praesé-pi-o.



*Ps. 121.* LAETÁTUS sum in his quae Dicta sunt MI-hi : \* In do-



mum DOmi-ni I-bimus. 489.

4. Ant.


2. D

**M**


A-GI \* intrántes domum, inve-né-runt Pú-e-rum



cum Ma-rí-a Matre e-ius. *Ps. 126.* NI-SI Dóminus aedi-fi-



cáve-rit DOmum : \* in vanum labo-ravé-runt qui aedí-fi-cant



E-am. 490.

5. Ant.


i. f

**E**

-RAT Pa-ter e-ius \* et Ma-ter mi-rántes super



his quae di-ce-bántur de il-lo. *Ps. 147.* LAUDA Ie-RU-sa-lem



DOminum : \* lauda De-um tu-um, SI-on. 491.

*Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 264.*

∮. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine.

℞. In saécula saeculórum laudábunt te.

Ad Magnificat, Antiphona.


8. G

V


ERBUM ca-ro factum est, \* et ha-bi-tá-vit in no-



bis, plenum grá-ti-ae et ve-ri-tá-tis; de cu-ius ple-ni-tú-



di-ne omnes nos accé-pi-mus, et grá-ti-am pro grá-ti-a,



alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 265.*

*Et fit Commemoratio praecedentis diei infra Octavam: Antiphona diei currentis propria. ∮. Reges Tharsis. Oratio. Deus, qui hodiérna. 251.*

*Deinde Commemoratio Dominicae.*

Ant.


2.

R

EMÁNSIT \* pu-er Ie-sus in Ie-rú-sa-lem, et non co-



gnové-runt pa-réntes e-ius, ex-istimántes il-lum es-se in co-



mi-tá-tu : et requi- ré-bant e-um inter cogná- tos et no- tos.

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.

℞. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

Oratio.

**V**OTA, quaesumus Dómine, supplicántis pópuli caelésti pietáte  
 proséquere : † ut et quae agénda sunt vídeant, \* et ad  
 implénda quae víderint, convaléscant. Per Dóminum.

*Completorium de Dominica.*

¶ *Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Octavae, 89 et 43, cum doxologia Iesu, tuis obédiens. ut infra.*

AD LAUDES et per Horas.


Hymnus.

*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesp., 262; Psalmi de Dominica, 4.*


2.

**O**

GENTE fe-lix hóspi- ta, Augústa se-des Ná-za-



rae : Quae fo- vit alma Ecclé- si- ae, Et pró- tu- lit pri-



mórdi- a.

- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Sol, qui perérrat áureo<br/>                 Terras iacéntes lúmíne,<br/>                 Nil grátius per saécula<br/>                 Hac vidit aede, aut sánctius.</p> <p>3. Ad hanc frequéntes cónvolant<br/>                 Caeléstis aulae núnctii,<br/>                 Virtútis hoc sacrárium<br/>                 Visunt, revísunt, éxcolunt.</p> | <p>4. Qua mente Iesus, qua manu,<br/>                 Optáta patris pérficit!<br/>                 Quo Virgo gestit gáudio<br/>                 Matérna obíre múnera!</p> <p>5. Adest amóris párticeps<br/>                 Curaéque Ioseph cóniugi,<br/>                 Quos mille iungit nélixibus<br/>                 Virtútis auctor grátia.</p> |
|--|--|

6. Hi diligentes invicem  
In Iesu amorem confluunt,  
Utrique Iesus mutuae  
Dat caritatis praemia.

7. Sic fiat, ut nos caritas  
Lungat perenni foedere,

Pacemque alens domesticam  
Amara vitae temperet!

8. Iesu, tuis obediens  
Qui factus es Parentibus,  
Cum Patre summo ac Spiritu  
Semper tibi sit gloria.

Amen.

Ÿ. Ponam universos filios tuos doctos a Domino.

Ŕ. Et multitudinem pacis filiis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G




I

LLŪ-MINA nos, Dómi-ne, \* ex-émplis Famí-li-ae



tu-ae, et dí-ri-ge pedes nostros in vi-am pa-cis.




E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 265.*

*Commemoratio Dominicae : Ant. Remansit. Ÿ. Omnes. ex I. Vesperis ;  
deinde Com. Octavae : Ant. diei currentis propria. Ÿ. Adorate Deum.  
Oratio. Deus, qui hodierna, 251.*

Ad Primam.




In Ŕ. br. Ÿ. Qui Ma-rí-ae et Io-seph súbdi-tus fu-ísti.

Ad Tertiam.


*Capitulum. Descendit Iesus. e II. Vesp., 264.*

Ŕ. br.



P

ROPTER nos egénus factus est, \* Cum es- set di-ves.



∇. Ut il-lí-us in-ó-pi-a nos dí-vi-tes essémus. Gló-ri-a Patri.

∇. Dóminus vias suas docébit nos.

℞. Et ambulábitus in sémitis eius.


## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Rom. 5, 19.*

**S**ICUT per inobediéntiam uníus hóminis peccatóres constitúti sunt multi : † ita et per uníus obediótem, \* iusti constituéntur multi.

℞. br.



**D**ÓMINUS vi- as su- as \* Do- cé-bit nos. ∇. Et ambu-lá-

bimus in sé-mi-tis e-ius. Gló-ri-a Patri.

∇. Pauper sum ego, et in labóribus a iuventúte mea.

℞. Exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.


## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Philipp. 2, 7.*

**S**EMETÍPSUM exinanívit formam servi accípiens, † in similitúdi-nem hóminum factus, \* et hábitu invéntus ut homo.

℞. br.



**P**AUPER sum ego et in labó-ri-bus \* A iuventú- te

me- a. ∇. Exaltá-tus autem, humi- li- á-tus sum et conturbá-

tus. Gló-ri-a Patri.

∇. Ponam univérsos filios tuos doctos a Dómino.

℞. Et multitudínem pacis filiis tuis.



## IN II. VESPERIS.

1. Ant.

8. G

**P**

OST trí-du-um, \* inve-né-runt Ie-sum in templo,  
se-déntem in mé-di-o doctó-rum, audi-éntem il-los et in-  
ter-ro-gántem e-os. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómino ME-o : \*

Se-de a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.

4. E

**D**

I-XIT Ma-ter Ie-su ad il-lum : \* Fi-li, quid fe-  
císti no-bis sic? Ecce pa-ter tu-us et e-go do-lén-tes  
quaere-bámus te. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú-e-ri DÓmi-num : \* lau-

dá-te *nomen* DOMI-ni. 485.

3. Ant.  
8. G

**D** ESCÉNDIT \* Ie-sus cum e- is, et ve-nit Ná-za-reth,

et e-rat súbdi-tus il- lis. *Ps. 121.* LAETÁTUS sum in his quae

dicta sunt MI-hi : \* In domum Dómi-ni I-bimus. 489.

4. Ant.  
2. D

**E** T Ie- sus \* pro-fi-ci- é- bat sa-pi- énti- a,

et aetá-te, et grá-ti- a a-pud De- um et hómi-nes.


*Ps. 126.* NI-SI Dóminus aedi- fi-cáve-rit DOmum : \* in vanum la-

bo-ravé-runt qui aedí- fi-cant E- am. 490.

5. Ant.  
8. G

**E** T dí- cé-bant : \* Unde hu- ic sa-pi- énti- a haec, et

virtú-tes? Nonne hic est fabri fí- li- us? *Ps. 147.* LAUDA Ie-



rú-sa-lem DOminum : \* lauda De-um *tu-um*, SI-on. 491.

## Capitulum.

*Luc. 2, 51.*


**D**ESCENDIT Iesus cum María et Ioseph, et venit Názareth, \* et erat súbditus illis.

## Hymnus.


2. **O** lux be- á-ta Caé-li-tum, Et summa spes mortá-  
2. Ma-rí- a, dives grá-ti- a, O so- la quae casto




1. li- um : Ie-su, o cui do- mésti- ca Ar- rí-sit orto  
2. pot-es Fové- re Iè-sum pécto-re, Cum lacte do-nans




1. cá-ri-tas : 3. Tuque ex ve- tú-stis pátri-bus, De-lé-cte cu-  
2. óscu-la : 4. De stir- pe lesse nó-bi- li Natí in sa- lú-



3. stos Vírgi-nis, Dul-ci pa-tris quem nó-mi-ne Di- ví- na  
4. tem génti- um, Audí- te nos qui súppli- ces Vestras ad



3. Pro-les ínvo-cat : 5. Dum sol re- dux ad véspe-rum Re-bus  
4. a-ras sí-stimus. 6. Qua vestra se-des fló-ru- it Vir-tú-  
7. Ie- su, tu- is ob- é-di- ens Qui fa-



5. ni- tó- rem détrahit, Nos hic ma- nén- tes ínti- mo  
6. tis omnis grá- ti- a, Hanc de- tur in do- mésti- cis  
7. ctus es pa- réntibus, Cum Pa- tre summo ac Spí- ri- tu




5. Ex corde vo- ta fúndimus,  
6. Re- fér- re posse mó- ri- bus.  
7. Semper ti- bi sit gló- ri- a. A- men.


℣. Ponam univérsos filios tuos doctos a Dómino.

℞. Et multitudínem pacis filiis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.



**M** A- RÍ- A autem \* conservábat ómni- a verba haec




cónfe-rens in corde su- o. E u o u a e.

Oratio.


**D**ÓMINE Iesu Christe, qui Maríae et Ioseph súbditus, domésti- cam vitam ineffábilibus virtútibus consecrásti : † fac nos, utriúsque auxílio, Famíliae sanctae tuae exémp- lis ínstrui ; \* et consórtium cónsequi sempitérnum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Commemoratio sequentis diei infra Octavam : Antiphoná diei currentis propria. ℣. Reges Tharsis. Oratio. Deus, qui hodiérna. 251.*

*Deinde Commemoratio Dominicae.*



**F** I- LI, \* quid fe- císti no- bis sic? Ego et pa- ter



tu-us do-lén- tes quaere-bámus te. Quid est quod me quae-  
re-bá-tis? nesci- e-bá-tis qui- a in his quae Patris me- i sunt,

opórtet me es-se?

℣. Omnes de Saba vénient, allelúia.

℞. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

*Oratio. Vota quaesumus. ut supra, 259.*

¶ *Si dies Octava Epiphaniae incidit in Dominicam, nihil fit de Dominica in ipsa die Octava; sed tantum in I. Vesperis diei Octavae fit Commemoratio pro II. Vesperis Dominicae, si die 12 Ianuarii, ut supra, celebratum fuerit Officium de Sancta Familia.*


## 7. Ian. Secunda die infra Octavam.

Ad Bened.


Ant. 8. G

**A**


B O-ri- énte \* vené-runt Ma- gi in Béthlehem




ado-rá-re Dómi-num : et apértis thesáuris su- is, pre-ti- ó-



sa múne-ra obtu-lé-runt : aurum, sic-ut Re- gi magno :



thus, sic-ut De-o ve-ro : myrrham sepultúrae e-ius, alle-




lú-ia. E u o u a e.


Ad Magnif.

Ant. 7. a

**V**



I-DENTES stellam Ma-gi \* ga-ví-si sunt gáudi-o



magno : et intrántes do-mum, obtu-lé-runt Dómi-no aurum,



thus et myrrham. E u o u a e.

8. Ian.

Tertia Die.


Ad Bened.

Ant. 4. E


**T**



RI-A sunt múne-ra, \* quae obtu-lé-runt Ma-gi



Dómi-no : aurum, thus et myrrham, Fí-li-o De-i, Re-gi



magno, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 8. c

**L**

UX de lu-ce \* appa-ru-í-sti Christe, cu- i

Ma-gi múne-ra óffe-runt, alle-lú-ia, alle- lú- ia, alle-lú- ia.

E u o u a e.

9. Jan.

## Quarta Die.

Ad Bened.

Ant. 4. E

**V**

i-DIMUS \* stellam e-ius in O-ri- énte, et vé-ni-

mus cum mu-né-ri-bus ad-o-rá-re Dómi-num. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**I**

N- TERROGÁ-BAT \* Ma- gos He- ródés : Quod si-

gnum vi-dístis su-per na-tum Re-gem? Stel-lam ví-dimus ful-

gén-tem, cu- ius splendor il-lú- mi- nat mundum.

E u o u a e.


10. Ian.

## Quinta Die.


Ad Bened.

Ant. 7. a

O



-MNES na-ti-ó- nes \* vé- ni- ent a longe,



portántes mú-ne-ra su-a, alle-lú- ia. E u o u a e.


Ad Magnif.

Ant. 8. c

O




-MNES \* de Sa-ba vé-ni- ent, aurum et thus de-



fe-réntes, alle-lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

*Commemoratio S. Hygini, Papae et Martyris.*Ant.  
8.

I



-STE Sanctus \* pro le-ge De- i su- i certá- vit



usque ad mortem, et a verbis impi- ó- rum non tímu- it :



fundá- tus e- nim e- rat supra firmam pe- tram.

V. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : \* et quia pon-  
 dus própriae actiÓnis gravat, beáti Hygíni Mártiris tui atque  
 Pontíficis intercésio gloriÓsa nos prótegat. Per Dóminum.



11. Ian.

## Sexta Die.

Ad Bened.  
Ant. 8. G

**V**

É-NI- ENT ad te \* qui detrahé-bant ti-bi, et ad-

o-rábunt vestí-gi- a pe-dum tu- ó-rum. E u o u a e.

*Com. S. Hygini : Ant. Qui odit. ∇. Iustus. [15].*Ad Magnif.  
Ant. 1. f

**A**

DMÓ-NI-TI Ma-gi \* in somnis ab Ange-lo,

per á-li- am vi- am revérsi sunt in re-gi- ó-nem su- am.

E u o u a e.

12. Ian.

## Septima die.


Ad Bened.  
Ant. 8. G

**M**

A-NI-FESTE magnum est \* pi- e-tá-tis sacra-

méntum, quod ma-ni-festá-tum est in carne, iusti- fi-cá-tum est

in spí- ri-tu, appá-ru- it Ange- lis, praedi-cá-tum est Gén-



ti- bus, cré-di-tum est in mundo, assúptum est in gló-



ri- a, alle-lú- ia. E u o u a e.

*Vesperae de sequenti die Octava.*

### 13. Ian. In Octava Epiphaniae.

*Duplex maius.*

In I. Vesperis, omnia dicuntur sicut in I. Vesp. Epiphaniae, 247, excepta Oratione.

Oratio.

**D**EUS, cuius Unigénitus in substántia nostrae carnis appáruit : † praesta, quaésumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, \* intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

Ad Laudes, per Horas et ad Vesperas, omnia dicuntur sicut in die Epiphaniae, excepta Oratione, ut supra.

Quando Octava Epiphaniae venerit in Sabbato, in II. Vesperis Octavae fit Commemoratio Dominicae II. post Epiphaniam, ut infra.

Dominica I. post Epiphaniam, quae est infra Octavam, Officium fit de Sancta Familia, ut supra, 255; sed si Dominica in diem 13 Ianuarii inciderit, agitur de die Octava Epiphaniae, iuxta Rubricas.

### Sabbato I. post Oct. Epiphaniae.

Ad Vesperas, omnia, praeter Orationem, ut in Psalterio, 147; quod etiam servatur in aliis Sabbatis usque ad Septuagesimam.

Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui caeléstia simul et terréna moderáris : † supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; \* et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

*Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 79.*

## Dominica II. post Epiphaniam.

Ad Laudes, omnia ut in Psalterio, †, praeter sequentia.

Ad Bened.

Ant. 8. G\*

N

ÚPTI-AE \* factae sunt in Cana Ga-li-lae-



ae, et e-rat i-bi Ie-sus cum Ma-rí-a matre su- a.

V. Dóminus regnávít, decórem índuit.

R. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus. ut supra, 271.

Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 79.


Ad Horas et Vesperas, omnia ut in Psalterio de Dominica.

Ad Magnif.

Ant. I. f

D

E-FI-CI- ÉNTE vi-no, iussit Ie-sus implé-ri hý-



dri- as aqua, quae in vi-num convérsa est, alle- lú- ia.

V. Dirigátur Dómine orátio mea.

R. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus. ut supra, 271. Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 79.

¶ Post Octavam Epiphaniae usque ad Quadragesimam, quando occurrit fieri de Feria, fit Officium ut in Psalterio, exceptis iis quae sunt propria; Oratio vero dicitur de Dominica praecedenti. (In Vesperis Sabbati, dicitur Oratio Dominicae sequentis).

## Dominica III. post Epiphaniam.

Ad Bened.  
Ant. 8. G**C**

UM autem \* descendisset Ie- sus de monte, ec-

ce lepro- sus vé- ni- ens ad-o- rá- bat e- um, di- cens : Dó-

mi- ne, si vis, po- tes me mun- dá- re. Et exténdens manum,

té- ti- git e- um, di- cens : Vo- lo, mundá- re. E u o u a e.

Oratio.


**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius  
réspecte : † atque ad protegéndum nos \* délixteram tuae  
maiestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. I. g 2**D**

ÓMINE, \* si tu vis, po- tes me mundá- re : et

a- it Ie- sus : Vo- lo, mundá- re. E u o u a e.

## Dominica IV. post Epiphaniam.

Ad Bened.  
Ant. 6. F


**A** -SCENDÉN-TE \* Ie- su in na- ví-cu-lam, ecce  
 mo-tus ma- gnis factus est in ma- ri : et susci- tavé-  
 runt e- um discí- pu- li e- ius, di- cén- tes : Dómi- ne,  
 salva nos, per- í- mus. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsistere : † da nobis salútem mentis et córporis; \* ut ea quae pro peccátiis nostris pátimur, te adiuvánte vincámus. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 1. g 2


**D**ÓMINE, \* salva nos, per- í- mus; ímpe- ra, et  
 fac De- us tran- quil- li- tá- tem. E u o u a e.

## Dominica V. post Epiphaniam.

Ad Bened.  
Ant. I. a 3**D**

Ó-MI-NE, \* nonne bonum semen semi-násti in

agro tu- o? unde er- go ha-bet zi-zá-ni-a? Et

a- it il-lis : Hoc fe- cit in-imí- cus homo. E u o u a e.

Oratio.

**F**AMILIAM tuam, quaesumus Dómine, continúa pietáte custódi : †  
ut quae in sola spe grátiae caeléstis innítitur, \* tua semper  
protectióne muniátur. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. I. g**C**

OLLÍ- GI-TE \* primum zi-zá-ni- a, et al-li-

gá-te e- a in fascí-cu-los ad combu-réndum : trí- ti- cum au-

tem congregá- te in hór- re- um me- um, di- cit Dóminus.

E u o u a e.

## Dominica VI. post Epiphaniam.

Ad Bened.

Ant. 7. d

**S**

i-MI-LE est \* regnum caeló-rum gra-no si-ná-

pis, quod mí-nimum est ómni-bus semí-ni-bus : cum autem

cré-ve-rit, ma-ius est ómni-bus o- lé-ri-bus. E u o u a e.

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut semper rationalia meditantes, \* quae tibi sunt placita, et dictis exsequamur et factis. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 1. a 3

**S**

i-MI-LE est \* regnum cae-ló-rum ferméto, quod

accéptum mú-li-er abscondit in fa-rí-nae sa-tis tri-bus,

donec fermentá-tum est to-tum. E u o u a e.

## Sabbato ante Septuagesimam.

## Ad Vesperas.

*Psalmi et Antiphonae de Sabbato, ut in Psalterio, 147.*

*Capitulum ut in II. Vesperis Dominicae, 281.*

*Hymnus. Iam sol recedit. 151.*

∿. Vespertina oratio ascendat ad te Dómine.

℞. Et descendat super nos misericórdia tua.

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

D

I-XIT Dómi-nus \* ad A- dam : De ligno quod est in

mé-di- o pa-ra-dí-si, ne cómedas : in qua ho-ra comé-

de-ris, mor- te mo-ri- é- ris. E u o u a e.

*Oratio. Preces pópuli tui. ut in II. Vesperis Dominicae, 282.*

∿. Be-ne-di-cámus Dómi-no, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

℞. De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.


*Et deinceps non dicitur Allelúia usque ad Sabbatum Sanctum. Sed post Deus in adiutórium, ubi dicebatur Allelúia, dicitur Laus tibi Dómine, Rex aetérnae glóriæ.*

*Si in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ occurrat Festum Duplex I. classis, fit de eo cum Commem. Dominicae. Duplex vero II. classis transfertur iuxta Rubricas.*




## Dominica in Septuagesima.

## AD LAUDES.




**M** I-SE-RÈRE \* me- i De- us, et a de- lícto me- o mun-




da me : qui- a ti- bi so- li peccá- vi. E u o u a e.

*Ps. Miserére] mei Deus. 14.*



**C** ONFI- TÈBOR \* ti- bi Dómi- ne, quó- ni- am exaudísti me.




E u o u a e.

*Ps. Confitémini. 23.*



**D** E- US De- us me- us, \* ad te de lu- ce ví- gi-



lo, qui- a factus es adíu- tor me- us. E u o u a e.

*Ps. Deus Deus meus.] 6.*

4. Ant.

I. a 2

**B**

ENE-DICTUS es \* in firmaménto cae-li, et laudá-bi-

lis in saécu-la, De-us no-ster. E u o u a e.

*Cant.* Benedíctus es] Dómine. 16.

5. Ant.

I. a

**L**

AUDÁTE \* Dómi-num de cae-lis. E u o u a e.

*Ps.* Laudáte] Dóminum de caelis. 9.*Psalmi supradicti semper dicuntur in Laudibus Dominicae usque ad Pascha.**Capitulum ut in II. Vesperis, 281.**Hymnus.* Aetérne rerum Cónditor. 11. *¶* Dómine refúgium. 12.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

**S**

ÍMI-LE est \* regnum caeló-rum hómi-ni patri-

fa-mí-li-as, qui éx-i-it primo ma-ne condú-ce-re o-pe-

rá-ri-os in ví-ne-am su-am, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 282.*

## Ad Primam.

Ant.  
I. f

**C** ONVENTI- ÓNE autem \* fa- cta cum ope-rá-ri- is  
ex dená-ri- o di- úr- no, mi-sit e- os in ví-ne- am su- am.

E u o u a e.

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Dóminus autem dirigat. 39.*

## Ad Tertiam.

Ant.  
8. c

**I** -TE et vos \* in ví-ne- am me- am, et quod iustum

fú-e-rit, dabo vo-bis. E u o u a e.

*Capitulum. Fratres : Nescitis, ut infra, 281.**R̄. br. Inclina cor meum. 52. V̄. Ego dixi. 53.*

## Ad Sextam.

Ant.  
I. g

**Q** UID hic sta-tis \* to-ta di-e o-ti- ó-si? Respondé-

runt et di-xé- runt : Nemo nos condú-xit. E u o u a e.

## Capitulum.

1. Cor. 9, 25.

**O**MNIS autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet : †  
et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, \* nos  
autem incorruptam.


R̄. br. In aeternum Domine. V̄. Dominus regit me. 60.

## Ad Nonam.

Ant.  
8. G

V

O-CA o-pe-rá-ri-os, \* et redde il-lis mercé-dem



su-am, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

## Capitulum.

1. Cor. 10, 4-5.

**B**IBEBANT autem de spiritali, consequente eos, petra : † petra  
autem erat Christus. \* Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.

R̄. br. Clamavi in toto corde. V̄. Ab occultis. 68.

## AD VESPERAS.

*Antiphonae et Psalmi de Dominica, 70.*

## Capitulum.


1. Cor. 9, 24.

**F**RATRES : Nescitis quod ii qui in stadio currunt, \* omnes  
quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut  
comprehendatis.

*Hymnus. Lucis Creator. 76. V̄. Dirigatur. 78.*


## Ad Magnificat, Antiphona.

7. a




D


I-XIT pa-terfamí-li-as \* o-pe-rá-ri-is su-is : Quid




hic sta- tis to-ta di- e o-ti- ó- si? At il-li respon-dentes



dixé- runt: Qui- a nemo nos con-dú-xit. I- te in ví-



ne- am me- am : et quod iustum fú- e-rit, da-bo vo- bis.



E u o u a e.

Oratio.

**P**RECES pópuli tui, quaesumus Dómine, cleméner exáudi : † ut qui iuste pro peccátiis nostris affligimur, \* pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

## Sabbato ante Sexagesimam.

### Ad Vesperas.

*Psalmi et Antiphonae de Sabbato, ut in Psalterio, 147.*

*Capitulum ut in II. Vesperis Dominicae, 286.*

*Hymnus. Iam sol recedit. 151.*


Ÿ. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G.

**D**



I-XIT Dó-mi-nus \* ad No- e : Fi- nis u-nivérsae car-

nis ve-nit co-ram me : fac ti-bi arcam de lignis lae-  
vi-gá-tis, ut salvé-tur u-ni-vér-sum semen in e- a.

E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis Dominicae, 287.*

## Dominica in Sexagesima.

## AD LAUDES.

1. Ant.

I. g<sup>2</sup>**S**

ECÚNDUM magnam \* mi-se-ri-córdi- am tu- am, mi-se-

ré-re me- i De- us. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 2º loco, 14.*

2. Ant.

I. a<sup>2</sup>**S**

I mi-hi Dómi-nus \* salvá-tor fú- e- rit, non timé-bo


quid fá-ci- at mi-hi ho-mo. E u o u a e.

3. Ant.

2. D

**I**


N ve-laménto \* clamá- vi valde di-lú-cu-lo : De- us,




De- us me-us, ad te de luce ví-gi-lo. E u o u a e.



**H** YMNUM di-cámus \* Dó-mi-no De-o nostro.



E u o u a e.



**I** N excélsis \* laudá-te De-um. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 286.*

*Hymnus. Aetérne rerum Cónditor. 11. V. Dómine refúgium. 12.*


Ad Benedictus, Antiphona.




**C** UM turba plú-rima \* conve-ní-rent ad Ie-sum, et de



ci-vi-tá-ti-bus pro-pe-rá-rent ad e-um, di-xit per simi-li-




tú-di-nem : Ex-i-it qui sé-mi-nat, semi-ná-re semen su-um.




E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 287.*

## Ad Primam.

Ant.  
8. c**S**

EMEN cé-ci-dit \* in terram bonam, et áttu-lit fru-




ctum in pa-ti- énti- a. E u o u a e.

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Dóminus autem dirigat. 39.*

## Ad Tertiam.

Ant.  
I. f**Q**


UI verbum De- i ré- tinent \* corde perfécto et ópti-




mo, fructum áffe- runt in pa-ti- énti- a. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 286.**R. br. Inclina cor meum. 52. V. Ego dixi. 53.*


## Ad Sextam.

Ant.  
8. c**S**

EMEN cé-ci-dit \* in terram bonam, et áttu- lit fru-



ctum, á- li- ud centé- simum, et á- li- ud sexa- gé- simum.



E u o u a e.




Capitulum.

2. Cor. 11, 25.


**T**ER virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, \* nocte et die in profundo maris fui.

R̄. br. In aeternum Dómine. V̄. Dóminus regit me. 60.

Ad Nonam.

Ant.  
7. c**S**

I ve-re, fratres, \* dí-vi-tes esse cú-pi-tis, ve-ras



di-ví-ti-as amá-te. E u o u a e.

Capitulum.

2. Cor. 12, 9.

**L**IBÉNTER ígitur gloriabor in infirmitatibus meis, \* ut inhábitet in me virtus Christi.

R̄. br. Clamávi in toto corde. V̄. Ab occúltis. 68.

## AD VESPERAS.

*Antiphonae et Psalmi de Dominica, 70.*

Capitulum.


2. Cor. 11, 19-20.

**F**RATRES : Libénter suffértis insipiéntes, cum sitis ipsi sapiéntes : † sustinéti enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, \* si quis in fáciem vos caedit.


*Hymnus. Lucis Créator. 76. V̄. Dirigátur. 78.*

Ad Magnificat, Antiphona.


6. F

**V**

O-BIS da-tum est \* nosse mysté-ri- um regni De-



i, cé-te-ris autem in pa-rábo-lis, di-xit Ie-sus discí-pu-lis



su- is. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confidimus : †  
 concéde propítius, ut contra advérsa ómnia, \* Doctóris gén-  
 tium protectióne muniámur. Per Dóminum.

## Sabbato ante Quinquagesimam.

## Ad Vesperas.

*Psalmi et Antiphonae de Sabbato, ut in Psalterio, 147.*

*Capitulum ut in II. Vesperis Dominicae, 291.*


*Hymnus. Iam sol recédit. 151.*

∇. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine


℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

## Ad Magnificat, Antiphona.


6. F



**P** A- TER \* fí-de- i nostrae, Abra- ham sum-



mus, ób- tu- lit ho-lo- cáustum super al- tá-re pro



fí- li- o. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 292.*

# Dominica in Quinquagesima.

## AD LAUDES.

1. Ant.

I. f

**S**

ECUNDUM multi-tú-di-nem \* mi-se-ra-ti-ónum tu-á-

rum Dómi-ne, de-le in-qui-tá-tem me-am. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 2. loco, 14.*

2. Ant.

8. c

**D**

E-US me-us es tu, \* et confi-tébor ti-bi : De-us

me-us es tu, et exaltábo te. E u o u a e.

3. Ant.

7. a

**A**

d te de lu-ce \* ví-gi-lo De-us, ut ví-de-am

virtú-tem tu-am. E u o u a e.

4. Ant.

4. E

**H**

YMNUM dí-ci-te, \* et super-exaltá-te e-um in saé-

cu-la. E u o u a e.

5. Ant.

5. a

O

-MNES Ange-li e-ius, \* laudá-te Dómi-num de cae-

lis. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 291.**Hymnus. Aetérne rerum. 11. V. Dómine refúgium. 12.*

## Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

E

C-CE ascéndimus \* Ie-ro-só-lymam, et consumma-

búntur ómni- a quae scripta sunt de Fí- li- o hó-mi- nis :

tra- dé- tur e- nim génti- bus, et il- ludé- tur, et flagellá- bi-

tur, et conspu- é- tur ; et postquam fla- gelláve- rint, occí- dent

e- um ; et di- e térti- a re- súrget. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 292.*


## Ad Primam.

Ant.

I. D

I

-TER fa- ci- énte Ie- su, \* dum ambu- lá- ret Ie- ri-



cho, cae-cus clamábat ad e-um, ut lumen re-cí-pe-re me-re-  
ré-tur. E u o u a e.

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Dóminus autem dírigat. 39.*

Ad Tertiam.

Ant.  
i. f




**T**RANSE-ÚNTE Dómi-no, \* cla-mábat caecus ad e-um :  
Mi-se-ré-re me- i, Fi- li David. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 291.*

*R̄. br. Inclína cor meum. 52. V̄. Ego dixi. 53.*

Ad Sextam.

Ant.  
7. a



**E**T qui prae-í- bant, \* increpá-bant e-um ut ta-cé-  
ret : ipse ve- ro multo ma-gis clamá-bat : Mi-se-ré-re  
me- i, Fi- li David. E u o u a e.

## Capitulum.

*1. Cor. 13, 8-9.*

**C**ÁRITAS numquam éxcidit : † sive prophetíae evacuabúntur, sive linguae cessábunt, sive sciéntia destruétur. \* Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus.

*Ry. br.* In aetérnum Dómine. *Ÿ.* Dóminus regit me. 60.


## Ad Nonam.

Ant.

I. f

**C**

AECUS ma-gis \* ac ma-gis clamá-bat, ut e-um



Dómi-nus il-lumi-ná-ret. E u o u a e.

## Capitulum.

*1. Cor. 13, 13.*

**N**UNC autem manent fides, spes, caritas, tria haec : \* maior autem horum est caritas.

*Ry. br.* Clamávi in toto corde. *Ÿ.* Ab occúltis. 68.

## AD VESPERAS.

*Antiphonae et Psalmi de Dominica, 170.*

## Capitulum.

*1. Cor. 13, 1.*

**F**RATRES : Si linguis hóminum loquar et Angelórum, † caritátem autem non hábeam, \* factus sum velut aes sonans, aut cýmbalum tínniens.

*Hymnus.* Lucis Creátor. 76. *Ÿ.* Dirigátur. 78.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**S**

TANS autem Ie-sus \* iussit caecum addú-ci ad se,



292 FERIA TERTIA post Quinquagesimam.



et a- it il- li : Quid vis fá- ci- am ti- bi? Dómi- ne, ut  
 ví- de- am. Et Ie- sus a- it il- li : Réspi- ce, fides tu- a te  
 sal- vum fe- cit. Et confé- stim vi- dit, et seque- bá- tur illum,  
 magní- fi- cans De- um. E u o u a e.


Oratio.

**P**RECES nostras, quaesumus Dómine, cleméner exáudi : † atque  
 a peccatórum vínculis absolútos, \* ab omni nos adversitaté  
 custódi. Per Dóminum.

Feria Secunda. *Ad Magnificat, Ant.* Et qui praeibant. 290.

Feria Tertia.

Ad Magnif.  
 Ant. 8. G



**M** I- SE- RÈ- RE me- i, \* Fi- li Da- vid. Quid vis ut  
 fá- ci- am ti- bi? Dómi- ne, ut ví- de- am. E u o u a e.

## Feria Quarta Cinerum.

## Ad Laudes et per Horas.


*Omnia ut in Psalterio, praeter sequentia.*

Ad Bened.  
Ant. 7. a

**C**



UM ie-iuná-tis, \* no-lí-te fí-e-ri, sic-ut hy-



pó-cri-tae, tri-stes. E u o u a e.

*Deinde dicuntur Preces flexis genibus, 113. Et similiter ad omnes Horas ut in Psalterio.*

Oratio.

**P**RAESTA Dómine fidélibus tuis : † ut ieiuniórum veneránda solénnia, et cóngrua pietáte suscípant, \* et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.


*Hodie et duobus sequentibus diebus, dicuntur Vesperae hora consueta. Sabbato vero, et deinceps usque ad Pascha, dicuntur ante comestionem, tam in Festis quam in Feriis, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora consueta.*

Ÿ. Dirigátur Dómine orátio mea.

R̄. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

Ad Magnif.  
Ant. 4. A

**T**



HESAURI-ZÁTE vo-bis \* thesáuros in caelo, u-bi



nec aerú-go, nec tí-ne- a demo-lí-tur. E u o u a e.

Oratio.

**I**NCLINANTES se, Dómine, maiestáti tuae, propitiátus inténde : \* ut qui divíno múnere sunt refécti, caeléstibus semper nutriántur auxiliis. Per Dóminum.



## Feria Quinta.

℣. Replēti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Bened.

Ant. i. g<sup>2</sup>

**D** ÓMINE, \* pu-er me- us ia-cet pa-ra-lý-ti-cus in

do-mo, et ma-le torqué-tur. Ámen di-co ti-bi, ego vé-

ni- am, et cu-rábo e- um. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui culpa offēderis, poenitētia placáris : † preces pópuli tui supplicántis propítius réspice : \* et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátiis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℞. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnif.

Ant. i. g<sup>2</sup>

**D** ÓMINE, \* non sum dignus ut intres sub te-

ctum me-um : sed tan- tum dic ver-bo, et saná-bi-tur pu- er

me- us. E u o u a e.

## Oratio.

**P**ARCE Dómine, parce pópulo tuo : \* ut dignis flagellatióibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum.

## Feria Sexta.

∩. Repléti sumus.

Ad Bened.

Ant. i. f

**C** UM fa-cis eleemó-synam, \* nésci- at si-nístra  
tu- a quid fá-ci- at déxte-ra tu- a. E u o u a e.

## Oratio.

**I**NCHOÁTA ieiúnia, quaesumus Dómine, bénigno favóre prosé-  
quere : † ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, \*  
méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

∩. Dirigátur.

Ad Magnif.

Ant. i. f

**T** U autem cum o-ráve-ris, \* intra in cu-bí-cu-  
lum, et clauso ósti-o, o-ra Patrem tu-um. E u o u a e.

## Oratio.

**T**UERE Dómine pópulum tuum, et ab ómnibus peccátis cleménter  
emúnda : \* quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei  
dominétur iníquitas. Per Dóminum.

## Sabbato.


∩. Repléti sumus.

Ad Bened.

Ant. 2. D

**M**

E ét-e-nim \* de di- e in di- em quaerunt,



## Oratio.

**A**DĒSTO Dómine supplicatióibus nostris, et concéde : † ut, hoc solémne ieiúnum, quod animábus corporibúsque curándis salúbriter institútum est, \* devóto servítio celebrémus. Per Dóminum nostrum.

## Sabbato I. in Quadragesima.

## Ad Vesperas.

*Psalmi. et Antiphonae de Sabbato, ut in Psalterio, 147.*


*Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis Dominicae, 301.*

Ÿ. Angelis suis Deus mandávit de te.

℞. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**T**

má- bis, et di- cet : Ecce adsum. E u o u a e.


*Oratio ut in II. Vesperis, 302.*


*Ad Completorium. Tonus Hymni ut supra, 90.*

## Dominica I. in Quadragesima.

## AD LAUDES.

I. Ant. I. g





rectum ínnova in viscé-ribus me- is. E u o u a e.


*Psalmi de Dominica 2. loco, 14.*

2. Ant.

2. D



**O** Dómi- ne, \* salvum me fac : o Dómi-ne,




be-ne prospe-rá-re. E u o u a e.


3. Ant.

7. a

**S**



IC be- ne-dí-cam te \* in vi-ta me-a Dómi- ne :




et in nó-mi-ne tu-o levábo manus me- as. E u o u a e.

4. Ant.

2. D


**I**



N spí-ri-tu \* humi-li-tá-tis et in á-nimo con-




trí- to sus-ci-pi-ámur Dómi-ne a te : et sic fi-




at sacri-fí-ci-um nostrum, ut a te susci-pi-á-tur hó-



di-e, et plá-ce-at ti- bi, Dómi-ne De- us. E u o u a e.

5. Ant.  
2. D

**L** AUDATE De-um \* cae-li caeló-rum, et aquae omnes.



E u o u a e:

*Capitulum ut in II. Vesperis, 301.*

## Hymnus.

8.



**O** sol sa-lú-tis, ín-timis Ie-su re-fúlge ménti-bus,




Dum nocte pulsa grá-ti-or Orbi di-es renásci-tui

## Alter Tonus.

2.



**O** sol sa-lú-tis, ín-timis Ie-su re-fúlge ménti-bus,



Dum nocte pul-sa grá-ti-or Orbi di-es renásci-tur.

2. Dans tempus acceptábile,  
Da lacrimárum rívilis  
Laváre cordis víctimam,  
Quam laeta adúrat cáritas.
3. Quo fonte manávit nefas,  
Fluent perénnes lácrimae,  
Si virga poenítentiae  
Cordis rigórem cónterat.
4. Dies venit, dies tua,  
In qua reflórent ómnia :

Laetémur et nos, in viam  
Tua redúcti délixera.

¶ *Sequens Conclusio nunquam  
mutatur.*

5. Te prona mundi máchina,  
Clemens, adóret, Trínitas,  
Et nos novi per grátiam  
Novum canámus cánticum.

Amen.

Ÿ. Angelis suis Deus mandávit de te.  
 R̄. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. D

**D**UCTUS est Ie-sus \* in de-sértum a Spí-ri-tu,

ut tenta-ré-tur a di-á-bo-lo : et cum ie-iunásset quadra-

gínta di-é-bus et quadra-gínta nócti-bus, póste-a e-sú-

ri-it. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 302.*

## Ad Primam.

Ant.  
I. f

**I**ESUS autem \* cum ie-iunásset quadra-gínta di-é-

bus et quadra-gínta nócti-bus, póste-a e-sú-ri-it.

E u o u a e.

*Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Quaérite Dóminum. 40.*

*Et dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Dominicam Passionis exclusive.*

## Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra. 44.*Ant.  
2. D**T**

UNC assumpsit e- um \* di- ábo- lus in sanctam

ci- vi- tá- tem, et stá- tu- it e- um supra pinná- cu- lum tem-

pli, et di- xit e- i: Si Fí- li- us De- i es, mitte te

de- órsum. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 301.**R̄. br. Ipse liberávit me. Ψ. Scápulis suis. 53.*

## Ad Sextam.

Ant.  
5. a**N**

ON in so- lo pa- ne \* vi- vit homo, sed in omni

verbo, quod pro- cé- dit de o- re De- i. E u o u a e.

Capitulum.

*2. Cor. 6, 2-3.***E**CCE nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis! † Némini dantes ullam offensióem, \* ut non vituperétur ministérium nostrum.*R̄. br. Scápulis suis. Ψ. Scuto. 61.*

## Ad Nonam.

Ant.  
8. G\*

so-li sérv- es. E u o u a e.

## Capitulum.

2. Cor. 6, 9-10.

**U**T castigáti, et non mortificáti : † quasi tristes, semper autem gaudétes : sicut egétes, multos autem locupletátes : \* tamquam nihil habétes, et ómnia possidétes.

Ry. br. Scuto. 68. ¶. Angelis suis. 69.

## AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonae de Dominica, 70.

## Capitulum.

2. Cor. 6, 1-2.

**F**RATRES : Hortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. † Ait enim : Témpore accépto exaudívi te, \* et in die salútis adiúvi te.

## Hymnus.


2.




1. tibus, In hoc sacro ie-iú-ni- o Fu- sas quadra- ge- ná-  
2. ri- um : Ad te re- vér- sis éxhibe Remis- si- ó- nis grá-

1. ri- o. 3. Mul- tum qui- dem pec- cá- vimus, Sed par- ce con-  
2. ti- am. 4. Concé- de no- strum cónte- ri Cor- pus per abs-  
5. Praesta be- á- ta Trí- ni- tas, Con- cé- de sim-





3. fi-téntibus : Ad nó-mi-nis lau-dem tu-i, Confer me-  
 4. ti-nénti-am, Culpæ ut re-línquant pá-bu-lum Ie-iú-na  
 5. plex U-ni-tas : Ut fru-ctu-ó-sa sint tu-is Ie-iu-ni-



3. dé-lam lángui-dis.  
 4. corda crí-mi-num.  
 5. ó-rum mú-ne-ra. A-men.


∇. Angelis suis Deus mandávit de te.

℞. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G \*

**E**



CCĒ nunc \* tempus acceptá-bi-le, ecce nunc di-es



sa-lú-tis! In his ergo di-é-bus exhi-be-ámus nos sic-ut



De-i mi-nístros, in multa pa-ti-énti-a, in Ie-iú-ni-is, in



vi-gí-li-is, et in ca-ri-tá-te non ficta. E u o u a e.

#### Oratio.


**D**EUS, qui Ecclésiám tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas : † praesta familiae tuae; ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, \* hoc bonis opéribus exsequá-tur. Per Dómi-num nostrum.

Ad Completorium. *Tonus Hymni ut supra, 90.*


Feria Secunda.

Ad Bened.  
Ant. 7. a


V



E-NÍTE \* be-ne-dícti Patris me- i : percí-pi-te



regnum, quod vo-bis pa-rá-tum est ab o-rí-gi-ne mundi.



E u o u a e.

Oratio.

CONVÉRTE nos Deus salutáris noster : † et ut nobis ieiúnum Quadragesimále proficiat, \* mentes nostras caeléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Antiphona, Capitulum, Rq. breve, Preces ut in Psalterio pro Quadragesima.*

Ad Vesperas. *Antiphonae et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum.

Ioel. 2, 17.

INTER vestibulum et altáre plorábunt sacerdótes, mínísti Dómini, et dicent : † Parce Dómine, parce pópulo tuo : \* et ne des haereditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

*Hymnus.* Audi benígne Córditor. 301.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℞. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnif.  
Ant. I. f

Q

UOD u-ni \* ex mí-ni-mis me- is fe-cí-stis, mi-hi



fe-cístis, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

## Oratio.

**A**BSOLVE, quaesumus Dómine, nostrórum víncula peccatórum : \*  
et quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dómi-  
num nostrum.

*Capitulum supradictum in Vesperis dicitur in feriali Officio usque ad  
Dominicam Passionis.*

## Feria Tertia.

Ad Bened.

Ant. I. g

**I**

NTRÁ-VIT \* Ie-sus in templum De- i, et

e-ii-ci-ébat omnes vendétes et e-méntes : et men- sas

nummu- la- ri- ó- rum, et cáthedras vendéti- um co-lúm-bas

e- vér- tit. E u o u a e.

## Oratio.

**R**ÉSPICE Dómine famíliam tuam, et praesta : \* ut apud te mens  
nostra tuo desidério fúlgeat, \* quae se carnis maceratióne  
castígat. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 8. g


**S**

CRIPTUM est e- nim \* qui- a domus me- a

domus o- ra- ti- ó- nis est cunctis génti- bus : vos autem fe-



cí-stis il-lam spe-lúncam latró-num. Et e-rat quo-tí-



di-e do-cens in templo. E u o u a e.

Oratio.

**A**SCÉNDANT ad te Dómine preces nostrae : \* et ab Ecclésia tua cunctam repelle nequítiam. Per Dóminum.


### Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened.


Ant. 8. G

**G**

ENERÁTI- O haec \* prava et perversa signum



quae- rit : et si- gnum non dá-bi-tur e- i, ni-si si- gnum



Ionae prophé-tae. E u o u a e.

Oratio.

**P**REces nostras, quaesumus Dómine, cleménter exáudi : † et contra cuncta nobis adversántia, \* dexteram tuae maiestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 4. A\*

**S**

IC-UT fu- it Io-nas \* in ventre ce-ti tri-bus di- é-



bus et tri-bus nóctibus, i-ta e-rit Fí-li-us hó-mi-nis in



cor-de terrae. E u o u a e.

Oratio.

**M**ENTES nostras, quaesumus Dómine, lúmine tuae claritátis illústra : \* ut vidére possimus quae agénda sunt; et quae recta sunt, ágere valeámus. Per Dóminum.


### Feria Quinta.

Ad Bened.

Ant. I. D

**E**

-GRÉSSUS Ie-sus \* se-céssit in par-tes Ty-ri et



Si-dó-nis : et ecce mú-li-er Chana-naé-a, a fí-ni-bus il-



lis egréssa, clamábat di-cens : Mi-se-ré-re me- i, Dómi-




ne, Fí-li Da-vid. E u o u a e.

Oratio.

**D**EVOTIÓNEM pópuli tui, quaesumus Dómine, benígnus inténde : † ut qui per abstinentiam macerántur in córpore, \* per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 4. A \*



**O** mú-li-er, \* magna est fides tu-a : fi-at




ti-bi sic-ut pe-tí-sti. E u o u a e.

Oratio.


**D**A, quaesumus Dómine, pópulis christiánis, et quae profiténtur agnóscere : \* et caeléste munus diligere, quod frequentant. Per Dóminum.

### Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened.  
Ant. 4. A



**A**NGE-LUS Dómi-ni \* descendébat de caelo : .mo-




vebá-tur aqua, et sana-bá-tur u-nus. E u o u a e.


Oratio.

**E**STO Dómine propítius plebi tuae : † et quam tibi facis esse devótam, \* benigno réfove miserátus auxilió. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 1. f



**Q**UI me sanum fe-cit, \* il-le mi-hi praecé-pit : Tolle



grabá-tum tu-um, et ámbu-la in pa-ce. E u o u a e.

Oratio.

**E**XÁUDI nos miséricors Deus : \* et méntibus nostris grátiae tuae lumen osténde. Per Dóminum.

## Sabbato Quatuor Temporum.


*Ad Bened. Ant. Assumpsit Iesus. ut infra, 309.*

Oratio.

**P**ÓPULUM tuum, quaesumus Dómine, propítius respice : \* atque ab eo flagélla tuae iracúndiae cleménter avérte. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas.

*Capitulum, Hymnus et V., Ant. ad Magnificat. Visiónem. et Oratio ut in II. Vesperis Dominicae, 311.*



## Dominica II. in Quadragesima.

AD LAUDES.

1. Ant.

7. c

**D**



ÓMI-NE \* lá-bi- a me- a a-pé-ri- es, et os me-um




annunti- á-bit laudem tu- am. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica 2. loco, 14.*


2. Ant.

8. c

**D**



ÉXTE-RA Dómi-ni \* fe-cit virtú-tem : déxte- ra Dó-



mi-ni exaltá-vit me. E u o u a e.

3. Ant.  
1. g<sup>2</sup>**F**

ACTUS est \* adiú-tor me- us De- us me- us.

E u o u a e.

4. Ant.  
8. G**T**

RI-UM pu-e-ró-rum \* cantémus hymnum, quem can-

tábant in camí-no ignis, bene-di-céntes Dómi-num.

E u o u a e.

5. Ant.  
7. a**S**

TÁTU-IT e- a \* in aetérnum, et in saécu- lum saécu-

li : praecéptum pó-su- it, et non praeter-í-bit. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 311.**Hymnus. O sol salútis. √. Angelis suis. 298.*


## Ad Benedictus, Antiphona.

2. A

**A**

SSÚMPSIT Ie-sus \* discí-pu-los su- os, et ascéndit in






montem, et transfigu-rá-tus est ante e- os. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 311.*

Ad Primam.



Ant.  
I. g 2

**D**ÓMINE, \* bonum est nos hic esse : si vis fa-



ci- ámus hic tri- a taberná-cu- la : tí- bi unum, Mó- y- si




unum, et E- lí- ae u- num. E u o u a e.

Ad Tertiam.

*Antiphona. Dómine. ut supra ad Primam. Capitulum de II. Vesperis, 311.*


*R. br. Ipse liberávit me. ̄. Scápolis suis. 53.*

Ad Sextam.



Ant.  
4. A \*

**F**A- CI- ÁMUS hic \* tri- a taberná-cu- la : ti- bi unum,



Mó- y- si u- num, et E- lí- ae u- num. E u o u a e.

Capitulum.

*I. Thess. 4, 1.*

**H**AEC est enim volúntas Dei, sanctificátió vestra : † ut absti-  
neátis vos a fornicatióne, \* ut sciat unusquisque vestrum  
vas suum possidére in sanctificatióne et honóre.

*R. br. Scápolis suis. ̄. Scuto. 61.*

## Ad Nonam.

*Antiphona. Visionem. ut infra.*

Capitulum.

*1. Thess. 4, 7.*

**N**ON enim vocávit nos Deus in immundítiam, † sed in sanctificatiónem, \* in Christo Iesu Dómino nostro.

*Ry. br. Scuto. 68. Ψ. Angelis suis. 69.*

## AD VESPERAS.

*Antiphonae et Psalmi de Dominica, 70.*

Capitulum.

*1. Thess. 4, 1.*

**F**RATRES : Rogámus vos et obsecrámus in Dómino Iesu : † ut quemádmódu accepístis a nobis quómodo vos opórteat ambuláre, et placére Deo : \* sic et ambulétis, ut abundétis magis.

*Hymnus. Audi benigne Cónditor. 301. Ψ. Angelis suis. 302.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

V

I-SI-ÓNEM \* quam vi-dístis, némi-ni di-xé-ri-

tis, do-nec a mórtu-is re-súrgat Fí-li-us hómi-nis.

E u o u a e.


## Oratio.

**D**EUS, qui cónspicis omni nos virtúte destítui : intérius exteriúsque custódi; † ut ab ómnibus adversitatibus muniámur in corpore, \* et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum.

## Feria Secunda.

Ad Bened.  
Ant. 8. c**E**


-GO \* princí-pi-um, qui et loquor vo-bis.




E u o u a e.

Oratio.


**P**RÆSTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut familia tua, quae se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet; \* sectando iustitiam, a culpa ieiunet. Per Dominum.

Ad Magnif.  
Ant. 1. f**Q**

UI me mi-sit, \* me-cum est, et non re-liquit me



so-lum : qui- a quae plá-ci-ta sunt e- i, fá-ci- o semper.




E u o u a e.


Oratio.

**A**DËSTO supplicatióibus nostris omnipotens Deus : \* et quibus fiduciam sperandae pietatis indulges, consuetae misericordiae tribue benignus effectum. Per Dominum.

## Feria Tertia.

Ad Bened.  
Ant. 2. D**U**

-NUS est e-nim \* ma-gíster ve- ster, qui




in caelis est, Christus Dómi-nus. E u o u a e.

Oratio.


**P**ÉRFIGE, quaesumus Dómine, benignus in nobis observántiae sanctae subsidium : † ut quae te auctóre faciéndae cognóvi-mus, \* te operánte impleámus. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 4. E

**O**




-MNES autem \* vos fratres estis : et patrem



no-lite vo-cá-re vo-bis super terram : unus est e-nim Pa-ter



vester, qui in cae-lis est : nec vo-cémi-ni ma-gístri, qui a



ma-gíster ve-ster u-nus est Chri-stus. E u o u a e.


Oratio.

**P**ROPITIÁRE Dómine supplicatióibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus : \* ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne laetémur. Per Dóminum.


## Feria Quarta.

Ad Bened.  
Ant. 7. a

**E**




CCE ascéndimus \* Ie-ro-só-lymam : et Fi-li-us



hómi-nis tradé-tur ad cru-ci-fi-géndum. E u o u a e.

Oratio.

**P**ÓPULUM tuum, quaesumus Dómine, propítius réspice : † et quos ab escis carnálibus praecipis abstinére, \* a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.



**T** RADÉTUR e-nim génti-bus \* ad il-ludéndum,




et flagel-lándum, et cru-ci-fi-géndum. E u o u a e.


Oratio.

**D**EUS innocéntiae restitutor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum : \* ut spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere eficáces. Per Dóminum.

## Feria Quinta.



**F** I-LI, re-cordá-re \* qui-a re-ce-písti bona in



vi-ta tu-a, et Lá-za-rus simí-li-ter ma-la. E u o u a e:

Oratio.


**P**RAESTA nobis, quaesumus Dómine, auxiliúm grátiae tuae : † ut ieiúniis et oratióibus conveniénter inténti, \* liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 7. c 2

**D**

I-VES il-le \* guttam aquae pé-ti- it, qui mi-cas



pa-nis Lá-za-ro negá-vit. E u o u a e.

Oratio.

**A**DÉSTO Dómine fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus : \* ut iis qui te auctóre et gubernatóre glorián-tur, et congregáta restáures et restauráta consérves. Per Dómi-num nostrum.


### Feria Sexta.

Ad Bened.


Ant. 3. a

**M**

A- LOS \* ma- le per-det, et ví-ne- am su- am



lo-cá-bit á-li- is agrí-co- lis, qui reddant e- i fru-ctum



tempó- ri-bus su- is. E u o u a e.

Oratio.


**D**A, quaesumus omnipotens Deus : † ut sacro nos purificánte ieiúno, \* sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias perve-níre. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. 3. a

**Q**

UAERÉNTES e- um tené-re, \* timu-é- runt tur- bam,



316 Infra Hebdomadam II. Quadragesimae.



qui a sic-ut prophé- tam e- um ha-bé- bant. E u o u a e.

Oratio.

**D**A, quaesumus Dómine, pópulo tuo salutem mentis et córporis : \* ut bonis opéribus inhaeréndo, tuae semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Sabbato.


Ad Bened.  
Ant. I. 3 a

**V**

ADAM \* ad patrem me- um, et di- cam e- i :



Pa- ter, fac me sic-ut unum ex merce-ná-ri- is



tu- is. E u o u a e.

Oratio.

**D**A, quaesumus Dómine, nostris efféctum ieiúniis salutárem : \* ut castigátio carnis assúmpta, \* ad nostrárum vegetatióem tránseat animárum. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

*Capitulum ut in II. Vesperis Dominicae, 320.*


*Hymnus. Audi benigne. 301. √. Angelis suis. 302.*

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G.

**D**


I-XIT autem pa-ter \* ad servos su- os : Ci- to pro-



férte sto-lam primam, et indú-i-te il-lum, et da-te ánnu-



lum in manu e-ius, et calce-amén-ta in pe-des e-ius.



E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 321.*



## Dominica III. in Quadragesima.

### AD LAUDES.

1. Ant.

3. g

**F**

AC be-nigne \* in bona vo-luntá-te tu-a, ut



aedi-fi-céntur, Dómi-ne, mu-ri Ie-rú-sa-lem. E u o u a e.


*Psalmi de Dominica, 2. loco, 14.*

2. Ant.

8. G\*


**D**

ÓMI-NUS \* mi-hi adíu-tor est, non timé-bo




quid fá-ci-at mi-hi homo. E u o u a e.




3. Ant.  
8. G**A**


DHAESIT \* á-ni-ma me-a post te De-us me-us.



E u o u a e.

4. Ant.  
I. a 3**V**


IM virtú-tis su-ae \* obli-tus est ignis : ut



pú-e-ri tu-i li-be-ra-réntur illaé-si. E u o u a e.

5. Ant.  
I. g 2**S**

OL et luna \* laudá-te De-um : qui-a exaltá-tum



est nomen e-ius so-lí-us. E u o u a e.


*Capitulum ut in II. Vesperis, 320.**Hymnus. O sol salutis. ♯. Angelis suis. 298.*

## Ad Benedictus, Antiphona.

3. a

**D**

UM fortis ar-má-tus \* custó-dit átri-um su-um, in




pa-ce sunt ómni- a quae póssi-det. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 321.*

Ad Primam.




**E**T cum e-ie- cís-set \* Ie-sus daemó-ni- um, lo-cú-tus




est mu-tus, et admi-rá-tae sunt turbae. E u o u a e.

Ad Tertiam.



**S**I in dí-gi-to De- i \* e-í-ci-o daemó-ni- a,



pro-fécto ve- nit in vos regnum De- i. E u o u a e.


*Capitulum ut in II. Vesperis, 320.*

*Rq. br. Ipse liberávit me. ∇. Scápolis suis. 53.*

Ad Sextam.



**Q**UI non cól-li-git me-cum, \* dispérgit : et qui non est



me-cum, contra me est. E u o u a e.

## Capitulum.

*Ephes. 5, 5.*

**H**OC enim scitôte intelligéntes : † quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, \* non habet haereditátem in regno Christi et Dei.

R̄. *br.* Scápolis suis. V̄. Scuto. 61.

## Ad Nonam.

Ant.

I. f

**C**

UM immúndus spí-ri-tus \* ex-í-e-rit ab hó-mi-ne,

ámbu-lat per lo-ca in-aquó-sa, quaerens réqui-em, et non

ínve-nit. E u o u a e.

## Capitulum.

*Ephes. 5, 8-9.*

**E**RÁTIS enim aliquándo ténebrae; nunc autem lux in Dómino. † Ut filii lucis ambuláte; \* fructus enim lucis est in omni bonitáte, et iustítia, et veritáte.

R̄. *br.* Scuto. 68. V̄. Angelis suis. 69.

## AD VESPERAS.

*Antíphonae et Psalmi de Dominica, 70.*

## Capitulum.

*Ephes. 5, 1-2.*

**F**RATRES : Estóte imitatóres Dei, sicut filii caríssimi : † et ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis \* oblatiónem et hóstiam Deo in odórem suavitátis.

*Hymnus.* Audi benigne Cónditor. 301.

V̄. Angelis suis Deus mandávit de te.

R̄. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis,

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**E**

X-TÓLLENS \* quaedam mú-li- er vo-cem de turba, di-

xit : Be- á- tus venter qui te portá-vit, et úbe- ra quae su-

xí-sti. At Ie- sus a- it il- li : Quin- ímmo be- á- ti qui áu-

di- unt verbum De- i, et custó- di- unt il-lud. E u o u a e.

Oratio.

**Q**UAESUMUS omnipotens Deus, vota humílium réspice : † atque ad defensionem nostram, \* dexteram tuae maiestátis exténde. Per Dóminum.

Feria Secunda.

Ad Bened.

Ant. I. f

**A**

-MEN di-co vo-bis, \* qui- a nemo prophé- ta

accéptus est in pátri- a su- a. E u o u a e.

Oratio.

**C**ÓRDIBUS nostris, quaesumus Dómine, grátiam tuam benignus infúnde : † ut sicut ab escis carnálibus abstinémus; \* ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum nostrum.

322 Infra Hebdomadam III. Quadragesimae.

Ad Magnif.  
Ant. I. f

**I** E-SUS autem tránsi- ens \* per mé-di- um il-ló-rum

i-bat. E u o u a e.

Oratio.

**S**UBVÉNIAT nobis Dómine misericórdia tua : \* ut ab imminén-  
tibus peccatórum nostrórum periculis te mereámur protegénte  
éripí, te liberánte salvári. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Bened.  
Ant. I. g

**S** I du- o \* ex vo-bis consense- rint super ter-

ram : de omni re quamcúmque pe-tí- e- rint, fi-et


il-lis a Patre me- o, di- cit Dómi- nus. E u o u a e.

Oratio.


**E**XÁUDI nos omnipotens et miséricors Deus : \* et continéntiac  
salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 4. A \*

**U** - BI du- o vel tres \* congregá- ti fú- e- rint in



nómi-ne me- o, in mé-di- o e- ó-rum sum, di- cit Dóminus.




E u o u a e.

Oratio.

**T**UA nos Dómine protectiōne defēde : \* et ab omni semper iniquitāte custódi. Per Dóminum.


### Feria Quarta.

Ad Bened.  
Ant. 8. G



**A**

UDÍ-TE \* et intel-lí-gi- te tra-di- ti- ó-nes quas



Dóminus de-dit vo- bis. E u o u a e.

Oratio.

**P**RAESTA nobis, quaesumus Dómine : ut salutáribus ieiúniis erudíti, † a nóxiis quoque vítiis abstinētes, \* propitiatiōnem tuam facilius impetrēmus. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 7. a



**N**

ON lo-tis má-ni-bus \* mandu-cá- re, non co-ín-



qui-nat hó-mi-nem. E u o u a e.


Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus omnipotens Deus : ut qui protectiōnis tuae grátiam quaerimus, \* liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.


## Feria Quinta.

Ad Bened.  
Ant. 8. G**E**


X-Í-BANT autem \* daemó-ni-a a multis cla-



mánti-a, et di-cénti-a : Qui-a tu es Fí-li-us De-i :



et íncre-pans non si-né-bat e-a loqui, qui-a sci-é-bant



ipsum es-se Chri-stum. E u o u a e.

Oratio.

**M**AGNÍFICET te Dómine sanctorum tuorum Cosmae et Damiáni  
beáta solémnitas : † qua et illis glóriam sempitérnam, \* et  
opem nobis ineffábili providéntia contulisti. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. I. f**O**

-MNES \* qui habé-bant infirmos, du-cé-bant illos



ad Ie-sum, et sana-bántur. E u o u a e.

Oratio.

**S**UBLÉCTUM tibi pópulum, quaesumus Dómine, propitiátio caeléstis amplíficet : \* et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum.

Feria Sexta.

Ad Bened.  
Ant. 8. c

**A** -QUAM \* quam ego dé-de-ro, qui bí-be-rit ex

e- a, non sí-ti- et unquam. E u o u a e.

Oratio.

**I** EIÚNIA nostra, quaesumus Dómine, benígno favóre proséque-  
re : † ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore ; \* ita a vítiis  
ieiunémus in mente. Per Dóminum.

Ad Magnif.  
Ant. 3. a

**D** ÓMINE, \* ut ví-de-o, prophé- ta es tu : patres

nostri in monte hoc ad-o-ravé- runt. E u o u a e.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui in tua prote-  
ctióne confidimus, cuncta nobis adversántia te adiuvánte  
vincámus. Per Dóminum.

Sabbato.


Ad Bened.  
Ant. 1. f

**I** NCLINÁ-VIT se Ie-sus, \* scri-bébat in terra :





Si quis si-ne peccá-to est, mittat in e- am lá-pi-dem.



E u o u a e.

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent; \* sectando iustitiam a culpa ieiunent. Per Dominum.

Ad Vesperas.


*Capitulum ut in II. Vesperis Dominicae, 330.*

*Hymnus. Audi benigne Conditor. 301.*

Ÿ. Angelis suis Deus mandavit de te.

R̄. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.




3. a  
**N**

EMO te condemná-vit, \* mú-li-er? Nemo, Dómi-



ne. Nec ego te condemná-bo : iam ámpli-us no-li pec-



cá-re. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 331.*

## Dominica IV. in Quadragesima.


## AD LAUDES.

1. Ant.


7. a

**T**

UNC acceptá- bis \* sacri- fí- ci- um iustí- ti- ae, si



avérte- ris fá- ci- em tu- am a peccá- tis me- is.



E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 2. loco, 14.*

2. Ant.

8. G\*

**B**

ONUM est \* spe- rá- re in Dó- mi- no, quam spe- rá-




re in princí- pi- bus. E u o u a e.

3. Ant.

7. c

**M**

E suscé- pit \* déxte- ra tu- a Dómi- ne.



E u o u a e.

4. Ant.

8. G\*

**P**OT-ENS es Dómi-ne \* e-rí-pe-re nos de manu for-  
ti : li-be-rá-re nos, De-us no-ster. E u o u a e.

5. Ant.

I. a 2


**R**EGES terrae, \* et omnes pópu-li, laudá-te De-um.  
E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 330.**Hymnus. O sol salútis. ♪. Angelis suis. 298.*

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

**C**UM sublevás-set \* ó-cu-los Ie-sus, et vi-dís-set  
máximam mul-ti-tú-di-nem ve-ni-én-tem ad se, dí-xit ad Phil-  
íppum : Unde emé-mus pa-nes ut mandú-cent hi?  
Hoc autem di-cé-bat tentans e-um : i-ipse e-nim sci-é-



bat quid es-set factú-rus. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 331.*

Ad Primam.

Ant.  
I. f




**A**CCÉ-PIT ergo \* Ie-sus pa-nes, et cum grá-ti-as e-gís-



set, distrí-bu-it discumbéntibus. E u o u a e.

Ad Tertiam.

Ant.  
I. f



**D**E quinque pá-nibus \* et du-óbus písci-bus sa-ti-á-




vit Dómi-nus quinque mí-li-a hómi-num. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 330.*


*Rj. br. Ipse liberávit me. V. Scá-pulis suis. 53.*

Ad Sextam.

Ant.  
4. A\*



**S**ATI-ÁVIT Dómi-nus \* quinque mí-li-a hómi-num de



quinque pá-ni-bus et du-óbus písci-bus. E u o u a e.

## Capitulum.

*Galat. 4, 27.*

**L**AETARE stérilis quae non parit : † erúmpe et clama quae non párturis : \* quia multi filii desértae, magis quam eius quae habet virum.

R̄. *br.* Scápolis suis. V̄. Scuto. 61.

## Ad Nonam.

Ant.  
I. D

L-LI ergo hómi-nes \* cum vi-dissent quod fé-ce-rat

Ie-sus signum, intra se di-cébant : Qui- a hic est ve-re

Prophé-ta, qui ventú-rus est in mundum. E u o u a e.

## Capitulum.

*Galat. 4, 31.*

**I**TAQUE, fratres, non sumus ancíllae filii, sed líberae : \* qua libertáte Christus nos liberávit.

R̄. *br.* Scuto. 68. V̄. Angelis suis. 69.

## AD VESPERAS.

*Antiphonae et Psalmi de Dominica, 70.*

## Capitulum.

*Galat. 4, 22-24.*


**F**RATRES : Scriptum est quóniam Abraham duos filios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera : † sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est ; qui autem de líbera, per repromis-siónem. \* Quae sunt per allegoríam dicta.

*Hymnus.* Audi benígne Cónditor. 301. V̄. Angelis suis. 302.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**S**



UBI- IT ergo \* in montem Ie- sus, et i-bi



se- débat cum discí- pu- lis su- is. E u o u à e.


Oratio.

in nos, Spí-ri-tum ve-ri-tá- tis, alle- lú- ia. E u o u a e.

### Oratio.

**C**ONCÉDE quaesumus, omnipotens Deus : † ut qui hodierna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad caelos ascendísse crédimus; \* ipsi quoque mente in caeléstibus habitemus. Per eúndem Dóminum.

**Ad Completorium, tonus Hymni ut supra, 91.**

*Infra Octavam Ascensionis usque ad Pentecosten, quotidie fit Officium de Ascensione, nisi occurrat Festum IX Lectionum. De Festis vero III Lectionum fit tantum Commemoratio.*

## Sabbato ad Vesperas.

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 390.*

*Capítulum ut in II. Vesperis Dominicae, 395.*

*Hymnus. Salútis humanae Sator. 392.*

Ṛ. Dóminus in caelo, allelúia.

Ṛ. Parávit sedem suam, allelúia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G  
**C** ŪM vé-ne-rit \* Pa-rá-cli-tus, quem ego mittam vo-  
 bis, Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis, qui a Patre pro-cé-dit, il-le  
 te-stimó-ni-um per-hibé-bit de me, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio.* Omnipotens. 396.

*Et fit Commem. Ascensionis. Ant.* O Rex glóriæ. 393.

Ÿ. Ascéndit Deus in iubilatíone, allelúia.

℞. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

*Oratio.* Concéde, quaesumus. 393.

## Dominica infra Octavam Ascensionis.

*Totum Officium fit de Ascensione, exceptis his quæ hic habentur propria.*

## Ad Laudes et per Horas.

*Antiphonæ ut in die Festi, 390. Psalmi de Dominica, 4.*

*Capitulum ut in II. Vesperis, 395.*

*Hymnus.* Salútis humánae Sator. 392.

Ÿ. Ascéndit Deus in iubilatíone, allelúia.

℞. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

*Ad Benedictus, Ant.* Cum vénerit. *ut supra in Vesperis Sabbati.*

*Oratio ut in II. Vesperis, 396.*

*Et fit Commem. Ascensionis. Ant.* Ascéndo. 388.

Ÿ. Dóminus in caelo, allelúia.

℞. Parávit sedem suam, allelúia.

*Oratio.* Concéde, quaesumus. 393.

Ad Tertiam.

*Capitulum ut infra ad Vesperas.*

R̄. *br.* Ascéndit Deus. V̄. Ascéndens Christus. 388.

Ad Sextam.

Capitulum.

*I. Petr. 4, 9-10.*

**H**OSPITALES ínvicem sine murmuratióne; † unusquisque sicut accépit grátiam, in alterutrum illam administrátes, \* sicut boni dispensatóres multifórmis grátiae Dei.

R̄. *br.* Ascéndens Christus. V̄. Ascéndo ad Patrem. 389.

Ad Nonam.

Capitulum.

*I. Petr. 4, 11.*

**S**I quis lóquitur, quasi sermónes Dei; † si quis ministrat, tamquam ex virtúte, quam administrat Deus : \* ut in ómnibus honorificétur Deus per Iesum Christum Dóminum nostrum.

R̄. *br.* Ascéndo ad Patrem. V̄. Dóminus. 389.

Ad Vesperas.

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis diei Festi, 390.*

Capitulum.

*I. Petr. 4, 7-8.*

**C**ARÍSSIMI : Estóte prudéntes, et vigiláte in oratióne. † Ante ómnia autem mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : \* quia cáritas óperit multitudínem peccatórum.

*Hymnus.* Salútis humánae Sator. 392.

V̄. Dóminus in caelo, allelúia.

R̄. Parávit sedem suam, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**H**

AEC lo-cú-tus sum vo-bis, \* ut cum vé-ne-rit ho-ra

e-ó-rum, remi-niscá-mi-ni qui-a ego di-xi vo-bis, al-






# DOMINICA PENTECOSTES

*Duplex I. classis cum Octava privilegiata I. ordinis.*

## IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis, 400, praeter ea quae hic habentur propria.  
Ultimus Psalmus 116. Laudate Dóminum. 489.*



V. Replé-ti sunt omnes Spí-ritu Sancto, alle- lú-ia.  
R. Et coepérunt lo-qui, alle- lú-ia.

### Ad Magnificat, Antiphona. I. D



ON vos re-línquam \* órphanos, alle-lú-



ia : vado, et vé-ni- o ad vos, alle-lú-



ia : et gaudé-bit cōr vestrum, alle- lú-ia. E u o u a e.

Ad Completorium, *tonus Hymni ut supra, 92.*



## AD LAUDES et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum de II. Vesperis, 400.**Psalmi de Dominica, 4.*

## Hymnus.

I.  
**B** E- Á- TA no-bis gáudi- a Anni re-dú-xit órbi- ta,  
 Cum Spí- ri- tus Pa- rácli- tus Il- lápsus est A- pósto- lis.

2. Ignis vibrante lumine  
 Linguae figuram detulit,  
 Verbis ut essent proulu,  
 Et caritate feruidi.
3. Linguis loquuntur omnium,  
 Turbae pavent gentilium :  
 Musto matere deputant,  
 Quos Spiritus replerant.
4. Patrata sunt haec mystice,  
 Paschae peracto tempore,  
 Sacro diernum circulo,  
 Quo lege fit remissio.

5. Te nunc, Deus piissime,  
 Vultu precamur cernuo,  
 Illapsa nobis caelitus  
 Largire dona Spiritus.
6. Dudum sacrata pectora  
 Tua replenti gratia :  
 Dimitte nostra crimina,  
 Et da quieta tempora.
7. Deo Patri sit gloria,  
 Et Filio qui a mortuis  
 Surrexit, ac Paraclito,  
 In saeculorum saecula.


Amen.

R̄. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, alleluia.


V̄. Et coeperunt loqui, alleluia.

## Ad Benedictus, Antiphona.

7. a  
**A** C- CI- PI- TE \* Spí- ri- tum Sanctum : quo- rum



remi-sé-ri-tis peccá-ta, remit-túntur e-ís, alle-lú-ia.



E u o u a e.

### Oratio.

**D**EUS, qui hodierna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, \* et de eius semper consolatióne gaudere. Per Dóminum... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus.

### Ad Primam.


*In R̄. br.* Qui sedes ad dexteram Patris. 32.

*Ad Absolut. Capit. Lect. br.* Iudaéi quoque. *ut ad Nonam*, 400.


### Ad Tertiam.

*Hymnus. Veni Creátor. ut in II. Vesperis*, 402. *Qui dicitur ad Tertiam per totam Octavam loco Hymni Nunc Sancte.*


*Capitulum ut in II. Vesperis*, 402.




**S**PIRITUS DÓMI-ni replé-vit orbem terrá-rum : \* Al-



le-lú-ia, alle-lú-ia. √. Et hoc quod cón-ti-net ómni-a sci-én-



ti-am habet vo-cis. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-



tu-i Sancto.

√. Spíritus Paráclitus, allelúia.

R̄. Docébit vos ómnia, allelúia.


## Ad Sextam.

## Capitulum.

Act. 2, 6.

**F**ACTA autem hac voce, convénit multitúdo, † et mente confúsa est : \* quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes.

R̄. br.



bit vos ómni- a. Gló-ri- a Patri.

V. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúia.

R̄. Et coepérunt loqui, allelúia.


## Ad Nonam.

## Capitulum.

Act. 2, 11.

**I**UDAËI quoque et Prosélyti, Cretes et Arabes : † audívimus eos loquéntes nostris linguis \* magnália Dei.

R̄. br.




allelú-ia. V. Et coepé-runt loqui. Gló-ri- a Patri.

V. Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúia.


R̄. Magnália Dei, allelúia.

## IN II. VESPERIS.


## I. Ant. 3. a 2



UM comple-réntur \* di- es Pente-cóstes,




e-rant omnes pá-ri-ter di-céntes : Alle- lú- ia. *Ps. 109.* DI-XIT



Dómi-nus DÓmino ME- o : \* Se-de a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.


8. G



**S** PÍ-RI- TUS Dómi-ni \* replé-vit orbem terrá-rum,




al- le-lú- ia. *Ps. 110.* CONFÍ-TÉBOR ti-bi, Dómi-ne, in to-to




corde ME- o : \* in consí- li- o iustó-rum et congrega-ti- One. 483.

3. Ant.


8. G



**R** EPLÉ- TI sunt omnes \* Spí-ri-tu Sancto, et coepé-




runt loqui, alle-lú- ia. *Ps. 111.* BE- ÁTUS vir, qui timet DO-




minum : \* in mandá-tis e-ius vo-let NÍmis. 484.

4. Ant.


1. a 3



**F** ONTES, \* et ómni- a quae movéntur in aquis, hy-




mnum dí-ci-te De- o, al-le-lú- ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE, PU-e-ri,




DOMi-num : \* laudá-te *nomen* DOMi-ni. 485.




**L** OQUEBÁNTUR \* vá- ri- is linguis Apósto- li ma-



gná-li- a De- i, alle-lú-ia, alle- lú-ia, alle- lú- ia.



*In I. Vesp. Ps. 116.* LAU-DÁTE DÓ- minum Omnes Gen-tes : lau-  
*In II. Vesp. Ps. 113.* IN éx-i- tu Isra- el DE AeGYpto; \* do-




dá- te e- um O- mnes PO- pu-li. 489.  
mus Ia- cob de PO- pu-lo BARba-ro. 486.

### Capitulum.


*Act. 2, 1-2.*

**C**UM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli pári-  
ter in eódem loco. \* Et factus est repénte de caelo sonus,  
tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, \* et replévit totam  
domum ubi erant sedéntes.


### Hymnus.




E- NI Cre- á- tor Spí- ri- tus, Mentés tu- ó- rum ví-  
2. Qui dí- ce- ris Pa- rácli- tus, Al- tís- simi do- num



1. si- ta : Im- ple su- pérna grá- ti- a Quae tu cre- ásti  
2. De- i, Fons vi- vus, ignis, cá- ri- tas, Et spi- ri- tá- lis



1. pé-cto-ra. 3. Tu se-pti- fórmis mú-ne-re, Dígi- tus pa-tér-  
2. únti- o. 4. Accénde lu-men sénsi-bus, In- fúnde amó-




3. nae délixerae, Tu ri- te pro-mís-sum Patris, Sermó-ne  
4. rem cór-di-bus : In-firma nostri cór- po-ris, Vir- tú-te




3. di- tans gúttu-ra. 5. Ho- stem re- pél- las lóngi- us, Pa- cém-  
4. firmans pérpe-ti. 6. Per te sci- á-mus da Patrem, No-scá-  
7. De- o Pa-tri sit gló- ri- a, Et Fí-



5. que do- nes pró- tinus : Du- ctó-re sic te praévi- o, Vi-  
6. mus at- que Fí- li- um, Te- que utri- úsque Spí-ri- tum Cre-  
7. li- o qui a mórtu- is Sur- ré- xit, ac Pa- rácli- to, In



5. témus omne nó- xi- um.  
6. dámus omni témpo-re.  
7. sae- cu- ló- rum sae- cu- la. A- men.



¶. Loquebántur vá-ri- is linguis Apósto- li, alle- lú- ia.



℞. Magná- li- a De- i, alle- lú- ia.

(*Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.*)

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**H**Ó-DI-E \* complé-ti sunt di-es Pente-có-stes, alle-  
 lú-ia : hó-di-e Spí-ri-tus San-ctus in igne disci-pu-  
 lis appá-ru-it, et trí-bu-it e-is cha-rís-ma-tum do-na :  
 mi-sit e-os in u-ni-vérsum mundum prae-di-cá-re et testi-  
 fi-cá-ri : qui cre-dí-de-rit et bap-ti-zá-tus fú-e-rit,  
 sál-vus e-rit, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui hodierna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, \* et de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum ... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus.

*Infra Octavam Pentecostes fit Officium sicut in die, exceptis Antiphonis ad Benedictus et ad Magnificat, et Oratione.*

*Feria II. et III. Officium fit duplex; aliis diebus semiduplex.*

## Feria Secunda.

Ad Bened.  
Ant. 8. G**S**

IC De- us \* di-lé-xit mundum, ut Fí-li- um

su- um u-ni-gé- ni-tum da-ret : ut omnis qui cre-dit in ipsum,

non pér- e- at, sed há-be- at vi- tam ae-térnam, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum : † concéde plebi tuae piae petitiónis efféctum : \* ut quibus dedísti fidem largiáris et pacem. Per Dóminum ... in unitáte eíusdem Spíritus.

Ad Magnif.  
Ant. 3 a.**S**

I quis dí-li-git me, sermónem me- um servá-

bit : et Pa-ter me- us dí-li-get e- um : et ad e- um

ve-ni- é-mus, et mansi- ónem apud e- um fa-ci- é-mus,





al- le-lú- ia. E u o u a e.




## Feria Tertia.

Ad Bened.

Ant. 8. G

**E**

-GO sum ósti- um, \* di- cit Dómi- nus : per me



si quis intro- í- e- rit, salvá- bi- tur, et páscu- a invé- ni- et,



alle-lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.

**A**DSIT nobis, quaesumus Dómine, virtus Spíritus Sancti : †  
 quae et corda nostra cleméner expúrget, \* et ab ómnibus  
 tueátur advérsis. Per Dóminum... in unitáte eiúsdem Spíritus.

Ad Magnif.


Ant. 6. F

**P**

A- CEM \* re- líquo vo- bis, pacem me- am do



vo- bis : non quómo- do mundus dat, e- go do vo- bis,



alle-lú- ia. E u o u a e.


## Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened.

Ant. 8. G

**E**

-GO sum pa-nis vivus,\* di-cit Dómi-nus, qui de



caelo descén-di, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


**M**ENTES nostras, quaesumus Dómine, Paráclitus, qui a te pro-cédit, illúminet \* : et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit et regnat in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus.

Ad Magnif.


Ant. I. f

**E**


-GO sum pa-nis vivus,\* qui de caelo descé-ndi :



si quis mandu-cáve-rit ex hoc pane, vi-vet in ae-térnum :



et pa-nis quem ego da-bo, ca-ro me-a est pro mundi



vi-ta, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Feria Quinta.


Ad Bened.

Ant. 4. E

**C**

ONVOCÁ-TIS Ie-sus \* du-óde-cim A-pó-sto-lis,





de- dit il-lis virtú-tem et pot-e- stá-tem super ómni- a  
 daemó- ni- a, et ut languó-res cu- rá- rent : et mi-sit il-  
 los praedi-cá-re regnum De- i, et saná-re infirmos, alle-  
 lú-ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustra-  
 tióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, \*  
 et de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte  
 eíusdem Spíritus.


Ad Magnif.   
 Ant. 8. G\*

**S**PÍ-RITUS \* qui a Patre pro-cé-dit, alle-lú-ia :



il-le me cla-ri- fi-cá-bit, alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

## Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened.   
 Ant. 1. D<sup>2</sup>

**D**I-XIT Ie-sus : \* Ut sci- á-tis au- tem qui- a

Fí-li-us hómi-nis habet pot-está-tem in terra dimitté-  
 peccá- ta, a- it pa-ra- lý-ti-co : Tí-bi di-co, sur-ge :  
 tolle lectum tu- um, et va-de in domum tu- am, alle-  
 -lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

**D**A, quaesumus Ecclesiae tuae misericors Deus : † ut Sancto Spiritu congregata, \* hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum... in unitate eiusdem Spiritus.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**P**

A-RÁCLITUS autem \* Spí-ri-tus Sanctus, quem mit-

tet Pa-ter in nó- mi-ne me- o, il-le vos do-cé-bit, et súg-  
 ge-ret vo-bis ómni- a quaecúm-que díxe-ro vo- bis, alle-lú- ia.  
 E u o u a e.

## Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened.

Ant. I. f

**C**

ARI-TAS De- i diffú-sa est\* in córdi-bus nostris,

per inha-bi-tán-tem Spí-ritum e-ius in no-bis, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

**M**ÉNTIBUS nostris, quaesumus Dómine. Spíritum Sanctum benignus infúnde: † cuius et sapiéntia cónditi sumus, \* et providéntia gubernámur. Per Dóminum... in unitáte eiúsdem Spíritus.

*Post Nonam celebrata Missa terminatur Tempus Paschale.*





Dominica I. post Pentecosten

IN FESTO  
SANCTISSIMAE TRINITATIS

*Duplex I. classis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis, 415, praeter ea quae sequuntur :*

*Ultimus Psalmus 116. Laudate Dóminum. 489.*

∇. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spírítu.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

Ad Magnificat, Antiphona. I. D

RATI-AS \* ti- bi Dē- us, grá- ti- as  
ti- bi ve- ra et u- na Trí-  
ni- tas : u- na et summa Dé- i- tas : san- cta  
et u- na U- ni- tas. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 419.*

*Et fit Commemoratio Dominicae I. post Pentecosten, ut sequitur.*

Ant.

I.

**L**ÓQUERE DÓ-mi-ne, \* qui- a au- dit servus

tu- us.

℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Oratio. Deus, in te sperántium. ut infra, 419.*

### AD LAUDES et per Horas

*Antiphonae et Capitulum de II. Vesperis, 415.*

*Psalmi de Dominica, 4.*

#### Hymnus.

8.

**T**u Tri- ni-tá-tis U-ni-tas, Orbem po-ténter quae re-

gis, Atténde laudis cánti-cum, Quod ex-cubántes psál-limus.

2. Ortus re-fúlget lú-ci-fer, Prae-ítque so-lem núnti- us : Ca-

dunt tenébrae nócti- um : Lux sancta nos il-lúminet.

3. De- o Patri sit gló-ri- a, E-íusque so-li Fí-li- o, Cum



Spi-ri-tu Pa-rácli-to, Nunc et per omne saécu-lum. A-men.


℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

℞. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.


Ad Benedictus, Antiphona.

6. C


**B**



ENE-DÍ-CTA sit \* cre-á-trix et gubernátrix ómni-um,



sancta et indi-ví-du-a Trí-ni-tas, et nunc, et semper,



et per infi-ní-ta saecu-ló-rum saécu-la. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 419.*


*Commemoratio Dominicae.*

Ant.

I.

**E**

-STÓTE ergo \* mi-se-ri-córdes, sic-ut et Pa-ter



vêster mi-sé-ri-cors est, di-cit Dóminus.

℣. Dóminus regnávít, decórem índuit.

℞. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

*Oratio ut in II. Vesperis, 419.*

Ad Primam.


*Psalmi ut in Festis, cum Symbolo S. Athanasii.*




## Ad Tertiam.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 417.*


R̄. br.



**B**ENE-DI-CÁMUS Patrem et Fí-li- um \* Cum San-cto



Spí-ri-tu. V̄. Laudémus et super-exaltémus e-um in saécu-



la. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

V̄. Benedíctus es Dómine in firmaménto caeli.

R̄. Et laudábilis et gloriósus in saécula.


## Ad Sextam.

Capitulum.


*2. Cor. 13, 3.*

**G**RÁTIA Dómini nostri Iesu Christi, † et cáritas Dei, et commu-  
nicátio Sancti Spíritus, \* sit cum ómnibus vobis. Amen.

R̄. br.



**B**ENE-DÍCTUS es Dómi-ne \* In firmamén- to cae-li.



V̄. Et laudá-bi-lis et glo-ri-ó-sus in saécu-la. Gló-ri- a Patri.

V̄. Verbo Dómini caeli firmáti sunt.

R̄. Et Spíritu oris eius, omnis virtus eórum.


## Ad Nonam.

Capitulum.

*1. Ioan. 5, 7.*

**T**RES sunt qui testimónium dant in caelo : † Pater, Verbum  
et Spíritus Sanctus : \* et hi tres unum sunt.

Ry. br.

**V**

ri-tu o-ris e-ius, omnis virtus e-ó-rum. Gló-ri-a Patri.



∇. Sit nomen Dómini benedíctum.

Ry. Ex hoc nunc, et usque in saéculum.



## IN II. VESPERIS.

1. Ant.

1. f

**G**



tas, et an-te ómni-a saécu-la, et nunc, et in per-

pé-tu-um. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus DÓmi-no ME-o : \* Sede a

dextris ME- is. 482.

2. Ant.


2. D

**L**


li-o, Sancto si-mul Pa-rácli-to, in saécu-la saecu-ló-rum.



*Ps. 110.* CONFITEBOR ti-bi, Dómi-ne, in to-to corde ME-o : \*




in consí-li- o iustó-rum et congrega-ti- One. 483.



3. Ant. 3. a 2  
**G** LÓ-RI-A laudis \* ré-so-net in o-re ómni- um, Pa-




tri, ge-ni-tá-que Pro-li, Spi-rí-tu- i Sancto pá-ri- ter re-súl-



tet laude per- énni. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui TImet DOMI-




num : \* in mandá-tis e-ius vo- let Nil mis. 484.



4. Ant. 4. E  
**L** AUS De- o Patri, \* pa-ri- lí-que Pro-li, et ti-bi San-



cte, stú-di- o per- énni, Spí- ri-tus, nostro ré-sonet ab o-re




omne per aevum. *Ps. 117.* LAUDÁTE, pú- e-ri, DOMinum : \*




laudá-te *nomen* DOMI-ni. 485.



**E**x quo ómni-a, \* per quem ómni-a, in quo




ómn-i-a : i-psi gló-ri-a in saécu-la.



*In I. Vesp. Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum omnes GENTES : \* lau-

*In II. Vesp. Ps. 113.* IN éx-i-tu Isra-el de Ae-GYpto : \* do-



dá-te e-um O-mnes PO-pu-li. 489.  
mus Ia-cob de POPu-lo BARba-ro. 486.


### Capitulum.

*Rom. 11, 33.*


**O** altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei : † quam incomprehensibília sunt iudícia eius, \* et investigábiles viae eius!

### Hymnus.


8.




**I**AM sol re-cé-dit ígne-us : Tu, lux per-énis, U-ni-



tas, Nostris, be-á-ta Trí-ni-tas, Infúnde amó-rem córdi-




bus. 2. Te ma-ne laudum cármi-ne, Te de-pre-cámur véspe-re :



Digné-ris ut te súpli-ces Laudé-mus inter caé-li-tes. 3. Pa-



tri simúlque Fí-li-o, Ti-bíque Sancte Spí-ri-tus, Sic-ut




fu-it, sit iú-gi-ter Saeclum per omne gló-ri-a. A-men.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caeli.


℞. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

#### Ad Magnificat, Antiphona.




4. E  
**T**


E De-um \* Patrem ingé-ni-tum, te Fí-li-um



u-ni-gé-ni-tum, te Spí-ri-tum Sanctum Pa-rá- cli-tum,



sanctam et indi-ví-du-am Tri-ni-tá-tem, to-to cor-de et




o-re confi-té-mur, laudá-mus, atque be-ne-dí-ci-mus :




## Oratio.


**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fidei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia maiestátis adoráre Unitátem : † quaesumus; ut eíusdem fidei firmitáte, \* ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

*Pro Commemoratione Dominicae.*

**N**O-LÍ-TE iu-di-cá-re, \* ut non iu-di-cémi-ni : in quo



e-nim iu-dí-ci- o iu-di-cavé-ri-tis, iu-di-ca-bími-ni, di-cit



Dóminus.


∩. Dirigátur Dómine orátio mea.

℞. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

## Oratio.

**D**EUS, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatió-nibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infír-mitas, praesta auxiliúm grátiae tuae; \* ut in exsequéndis man-dátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.





Feria V. infra Hebdom. I. post Octav. Pentecostes.

IN FESTO  
SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI


*Duplex I. classis cum Octava privilegiata II. ordinis.*

IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis, 425, praeter :*

Ad Magnificat, Antiphona. 6. F





praesti-to, e-su-ri-én-tes re-ple-s bo-nis, fa-sti-di-ó-sos



dí-vi-tes di-mít-tens in-á-nes. E u o u a e.

*Ad Completorium et Horas Hymni cantantur in tono posito ad Horas 88 et 43, et in fine dicitur Iesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine. per totam Octavam. Eodem modo per Octavam terminantur omnes Hymni eiusdem metri, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.*

## AD LAUDES et per Horas.


## I. Ant. I. a 3



A-PI-ENTI- A \*ae-di-fi-cá-vit si-bi domum,



míscu-it vi-num, et pó-su-it mensam, al-le-lú-ia.




E u o u a e.

*Psalms de Dominica, 4.*

## 2. Ant.


## 2. D




**A**

NGE-LÓRUM esca \*nu-tri-vísti pó-pu-lum tu-um,





et panem de cae-lo praest - tisti e - is, alle-lú- ia.




E u o u a e.

3. Ant.  
3. a



**P**

INGUIS est \* pa-nis Chri-sti, et praebé- bit de-



lí-ci- as ré-gi-bus, al-le- lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.  
4. E




**S**

A- CERDÓ- TES san-cti \* incénsum et pa- nes



óf- fe-runt De- o, al- le- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.  
5. a



**V**

IN- CÉN- TI \* da- bo man- na abscón- di- tum, et



nomen no- vum, alle- lú- ia. E u o u a e.

*Capitulum ut in II. Vesperis, 427.*


## Hymnus.

8.


V



VERBUM su-pérnum pród-i-ens, Nec Patris linquens



déteram, Ad opus su-um éx-i-ens, Ve-nit ad vi-tae



véspe-ram.

2. In mortem a discipulo  
Suis tradendus aémulis,  
Prius in vitae férculo  
Se trádidit discipulis.

3. Quibus sub bina spécie  
Carnem dedit et Sanguinem;  
Ut dúplici substantíae  
Totum cibáret hóminem.

4. Se nascens dedit sócium,  
Convéscens in edúlium,

Se móriens in prétium,  
Se regnans dat in praémium.

5. O salutáris hóstia,  
Quae caeli pandis óstium!  
Bella premunt hostília;  
Da robur, fer auxílium.

6. Uni trinóque Dómino,  
Sit sempitérna glória :  
Qui vitam sine término  
Nobis donet in pátria.

Amen.

V. Pósuit fines tuos pacem, allelúia.

R. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. a 3

E



- GO sum \* pa- nis vi- vus, qui de caelo



de- scén-di : si quis mandu-cá-ve-rit ex hoc

pa-ne, vi- vet in aetér- num, alle-  
lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 429.*

**Ad Primam.**

*In R̄. br. ∇. Qui natus es de Maria Virgine. 33. Et sic dicitur per totam Octavam.*

*In ∇∇. Primae et Completorii non additur Allelúia.*

**Ad Tertiam.**

*Tonus Hymni ut supra, 43.*

*Capitulum ut in II. Vesperis, 427.*

R̄. br.

**P** ANEM cae-li de-dit e- is : \* Alle- lú-ia, alle-lú-ia.

∇. Panem Ange-ló-rum mandu-cávit homo. Gló-ri- a Patri,

et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Cibávit illos ex ádi-pe fruménti, allelúia.

R̄. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

**Ad Sextam.**

**Capitulum.**

*I. Cor. II, 26.*

**Q**UOTIESCÚMQUE enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, \* mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

R̄. br.

**C** I-BÁ-VIT il-los ex á-di-pe fruménti : \* Alle- lú-ia, alle-



lú-ia. V. Et de petra, mel-le sa-tu-rávit e- os. Gló-ri- a Patri.

V. Edúcas panem de terra, allelúia.

R̄. Et vinum laetíficet cor hóminis, allelúia.

## Ad Nonam.

Capitulum.


I. Cor. II, 27.

**Q**UICÚMQUE manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indigne, \* reus erit Córporis et Sánguinis Dómini.

R̄. br.

**E**

- DÚCAS panem de terra : \* Alle- lú-ia, alle-lú-ia.



V. Et vinum laetíficet cor hómi-nis. Gló-ri- a Patri.

V. Pósuit fines tuos pacem, allelúia.

R̄. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.


## IN II. VESPERIS.

I. Ant.

i. f

**S**


ACÉRDOS in aetérnum \* Christus Dóminus se-cún-




dum ór-di-nem Melchí- sedech, panem et vi- num óbtu-lit.





Ps. 109. DI-XIT Dómi-nus DÓmi-no ME-ò : \* Se-de a dextris





ME- is. 482.

2. Ant.  
2. D**M**

bus se, in memó-ri- am su- ó-rum mi-ra-bí-li- um.


*Ps. 110.* CONFÍ-TÉBOR ti-bi Dómi-ne, in to-to corde ME-o : \* in

consí-li- o iustó-rum et congrega-ti- One. 483.

3. Ant.  
3. a 2**C**cábo hó- sti- am laudis. *Ps. 111.* CRÉ-DI-DI propter QUOD lo-

CUTUS sum : \* ego autem humi- li- á-tus sum NImis. 488.


4. Ant.  
4. E**S**sint in circú- i- tu mensae Dó-mi-ni. *Ps. 127.* BE-ÁTI omnes,



qui <sup>+</sup>timent DOMinum : \* qui ámbu-lant in vi- is E- ius. 492.

5. Ant.


5. a



**Q**UI pa-cem \* po-nit fi-nes Ecclé- si- ae, fruménti



á-dí-pe sá-ti-at nos DOMinus. *Ps. 147.* LAUDA Ie-rú-sa-lem



DOMinum : \* lauda De- um TU-um, SI- on. 491.

### Capitulum.

*1. Cor. II, 23-24.*

**F**RATRES : Ego enim accépi a DOMino quod et trádidi vobis, †  
quóniam DOMinus Iesus, in qua nocte tradebátur, accépit  
panem, et grátias agens fregit, et dixit : Accípite, et manducáte ;  
hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur : \* hoc fácite in  
meam commemoratiónem.

### Hymnus.

3.


**P**




ANGE lingua glo-ri- ó-si Córpo- ris my- sté- ri-  
2. No- bis da- tus, no- bis na- tus Ex intá- cta Vírgi-




1. um, Sangui- nisque pre- ti- ó-si, Quem in mundi pré-ti-  
2. ne, Et in mun-do conversá-tus, Spar-so ver-bi sémi-




1. um, Fructus ventris ge-ne-ró-si Rex ef-fú-dit gén-ti-um.  
2. ne, Su- i mo- ras inco-lá-tus Mi- ro clausit ór-di-ne.



3. In su- prémae nocte coenae Re- cúmbens cum frá-tribus,  
4. Ver- bum Ca- ro, pa- nem ve- rum Verbo car- nem éf- fi- cit;




3. Ob- ser- vá- ta lege plene Ci- bis in le- gá- li- bus, Ci-  
4. Fitque Sanguis Christi me- rum : Et si sensus dé- fi- cit, Ad




3. bum turbæ du- o- dénae Se dat su- is má- ni- bus. 5. Tan-  
4. fir- mándum cor sincé- rum So- la fi- des súf- fi- cit. 6. Ge-




5. tum ergo Sacramén- tum Ve- ne- rémur cérnu- i : Et an-  
6. ni- tó- ri, Ge- ni- tóque Laus et iu- bi- lá- ti- o, Sa- lus,




5. tíquum do- cu- méntum No- vo ce- dat rí- tu- i : Praestet fi-  
6. ho- nor, virtus quoque Sit et bene- dicti- o : Pro- ce- dén-




5. des supplémén- tum Sén- su- um de- féctu- i.  
6. ti ab utróque Compar sit lau- dá- ti- o. A- men.



V. Panem de caelo praesti- tísti e- is, alle- lú- ia.



R̄. Omne de-lectaméntum in se habéntem, alle-lú-ia.




(Sic cantatur in I. et II. Vesperis Festi tantum; alias in tono communi).

Ad Magnificat, Antiphona.

5. a

O



sa-crum conví-vi-um! \* in quo Christus



sú-mi-tur : re-có-li-tur memó-ri-a Passi-ó-nis e-



ius, mens implé-tur grá-ti-a, et fu-tú-rae gló-



ri-ae no-bis pignus da-tur, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili Passiónis tuæ memó-riam reliquisti : † trí-bue, quaésumus, ita nos Córporis et Sánguínis tui sacra mystéria venerári; \* ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus : Qui vivis.

*Sic dicitur Officium per totam Octavam.*

Ad Completorium. Tonus Hymni ut supra, 88.



## Sabbato ad Vesperas.

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 425.**Capitulum. Carissimi : Nolite. ut in II. Vesperis Dominicae, 432.**Hymnus. Pange lingua. 427.*

V̄. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

R̄. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**P** U-ER Sámu-el \* mi-nistrábat ante De-um co-ram

He-li, et sermo Dómi-ni e-rat pre-ti-ō-sus cum e- o.

E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis Dominicae, 431.**Et fit Commem. de Octava. Ant. O sacrum convívium. 429. V̄. Panem de caelo. Oratio. Deus, qui nobis. 429.*

## Dominica infra Octavam Corporis Christi

quae est II. post Pentecosten.

*Omnia dicuntur ut in Festo, 421. praeter sequentia.*

Ad Laudes et per Horas.

*Ant. Sapiéntia. cum reliquis ut in die Festi, 421.**Capitulum ut in II. Vesperis, 432.**Hymnus. Verbum supérnum. 423.*

V̄. Panem caeli dedit eis, allelúia.

R̄. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a

**H**OMO qui-dam \* fe-cit coenam magnam, et vo-cávit  
 multos : et mi-sit servum su- um ho-ra coe- nae dí-ce-re  
 invi-tá-tis ut ve-ní- rent, qui- a ómni- a pará- ta sunt, alle-

lú- ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 432.*

*Comm. Octavae ut in Laudibus Festi, 423.*

**Ad Primam.** *Lectio brevis, Filioli mei. ut infra ad Nonam.*

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Carissimi. ut in II. Vesperis, 432. R̄. br. Panem caeli. 424.*

**Ad Sextam.**

**Capitulum.**

*I. Ioan. 3, 16.*

**I**N hoc cognóvimus caritátem Dei, † quóniam ille ánimam suam pro nobis pónuit : \* et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

*R̄. br. Cibávit illos. 424.*

**Ad Nonam.**

**Capitulum.**

*I. Ioan. 3, 18.*

**F**LIIOLI mei, non diligámus verbo, neque lingua, \* sed ópere et veritáte.

*R̄. br. Edúcas panem. 425.*

## Ad Vesperas.

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis Festi, 425.*

## Capitulum.

*I. Ioan. 3, 13-14.*

**C**ARÍSSIMI : Nolíte mirári, si odit vos mundus. † Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, \* quóniam dilígimus fratres.

*Hymnus. Pange lingua. 427.*

V̄. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

R̄. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. a

**E** X-I ci-to \* in pla-té-as et vi-cos ci-vi-tá-tis :

et páupe-res ac dé-bi-les, caecos et claudos compél-le

intra-re, ut imple-á-tur dómus me-a, alle-lú-ia.

E u o u a e.

## Oratio.

**S**ANCTI Nómínis tui Dómine timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : † quia numquam tua gubernatióne destítuis, \* quos in soliditáte tuae dilectiónis instítuis. Per Dóminum.

*Deinde fit Commem. Octavae cum Antiphona et V̄. ut in I. Vesp. Festi, 420.*

*Si tamen sequenti die faciendum non sit Offícium de Octava, dicitur Ant. O sacrum convivium. ut in II. Vesperis Festi, 429.*

*Feria Quarta. Ad Vesperas, omnia ut in I. Vesperis Festi, 420.*

*Si tamen sequenti die occurrat Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae vel SS. Apostolorum Petri et Pauli, in I. Vesperis pro Commem. praec. diei infra Oct. sumitur Antiphona O sacrum convivium. ut in II. Vesp. Festi, 429.*



Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi.

# SACRATISSIMI CORDIS IESU

*Duplex I. Classis.*

IN I. VESPERIS. (*si dicendae sint.*)

*Omnia ut in II. Vesperis, 437, praeter ea quae sequuntur.*


℣. Misérator et miséricors Dóminus.

℞. Longánimis et multum miséricors.

Ad Magnificat, Antiphona. I. g



ISÉRI-CORDI- A \*Dómi- ni



a progé-ni- e in pro-gé-ni- es, ti-



ménti-bus e- um, alle- lú- ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 440.*

**Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Nativitate Domini, 88 et 43.**

## AD LAUDES et per Horas.

I. Ant. I. g




  
 Í-SCITE a me \* qui- a mi-tis sum et
   

  
 húmi-lis cor-de : et inve-ni- é- tis réqui-em a-nimábus
   

  
 vestris. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.



6. F


  
**S** U- ÁVIS est \* Dómi-nus, et in aetér- num mi-se-
   

  
 ri-córdi- a e- ius. E u o u a e.


3. Ant.

4. E


  
**S** I-TÍ-VIT in te \* á-nima me-a, qui- a mé-li- or est
   

  
 mi-se-ri-córdi- a tu- a super vi- tas. E u o u a e.

4. Ant.

I. a 3



  
**S** ANCTI \* et húmi-les corde, bene-dí-ci-te Dómi-num : lau-



dá-te et super-exaltá-te e-um in saécu-la. E u o u a e.

5. Ant.

7. a



**B**

ENEPLÁ-CI-TUM est Dómi-no \* in pó-pu-lo su-o, et




exaltá-bit mansu-é-tos in sa-lú-tem. E u o u a e

*Capitulum. Egredimini. ut in II. Vesperis, 439.*


Hymn.

8.



**S**

UMMI Pa-rén-tis Fí-li-o, Patri futú-ri saé-



cu-li, Pa-cis be-átae Prín-ci-pi, Promá-mus o-re cánticum.

2. Qui vulnerátus pectore  
Amóris ictum pértulit,  
Amóris urens ignibus  
Ipsam qui amántem díligunt.

3. Iesu dolóris víctima,  
Quis te innocéntem cómpulit,  
Dura ut apértum láncea  
Latus patéret vúlneri?

4. O fons amóris ínclyte!  
O vena aquárum límpida!

O flamma adúrens crímina!  
O Cordis ardens cáritas!

5. In Corde Iesu iúgiter  
Recónde nos, ut úberi  
Dono fruámur grátiae,  
Caelíque tandem praémiis.

6. Iesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu  
In sempitérna saécula. Amen.

∇. Misericórdia Dómini ab aetérno.


℞. Et usque in aetérnum super timéntes eum.

Ad Bened.


Ant. 8. g

**P**

ER vís-ce-ra \* mi-se-ri-córdi-ae su-ae vi-si-tá-




vit nos De-us, et fe-cit redempti-ó-nem pópu-li su-i,



alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut in II. Vesperis, 440.*

Ad Primam.




*In R̄. br. V̄.* Per quem salvá-ti et li-be-rá-ti sumus.


Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 43.*

*Capitulum ut in II. Vesperis, 439.*



*R̄. br.*  
**M** I-SE-RI-CÓRDI-A tu- a Dómi-ne \* Ple-na est terra.



*V̄.* Iusti-fi-ca-ti- ó-nes tu- as do-ce me. Gló-ri- a Patri.

*V̄.* Secúndum misericórdiam tuam vivífica me Dómine.


*R̄.* Et custódiám testimónia oris tui.

Ad Sextam.


Capitulum.

*Cant. 8, 6.*


**P**ONE me ut signáculum super cor tuum, † ut signáculum super bráchium tuum : \* quia fortis est ut mors diléctio.



*R̄. br.*  
**S** ECÚNDUM mi-se-ri-córdi- am tu- am \* Vi-ví-fi-ca me



Dómi-ne. V. Et custó-di-am testimó-ni-a o-ris tu-i. Gló-



ri-a Patri.

V. Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam.

R̄. Et iustificatiónes tuas doce me.

### Ad Nonam.

#### Capitulum.


*Thren. 3, 32-33.*

**D**ÓMINUS si abiécit et miserébitur secúndum multitudínem miseratiónum suárum; † non enim humiliávit ex corde suo, \* et abiécit filios hóminum.

R̄. br.

**F**

AC cum servo tu-o \* Secúndum mi-se-ri-córdi-am



tu-am. V. Et iusti-si-ca-ti-ónes tu-as do-ce me. Gló-ri-a.

V. Véniat super me misericórdia tua Dómine.

R̄. Salutáre tuum secúndum elóquium tuum.


### IN II. VESPERIS.

I. Ant.


8. G

**D**

E torrénte \* in vi-a bi-bet, proptér-e-a exal-tá-



bit ca-pu-t. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómi-no ME-o : \* Sede a



dextris ME-is. 482.



2. Ant.

7. a

**M**

I-SE-RÁTOR Dómi-nus \* re-dempti-ónem mi-sit pó-pu-

lo su- o. *Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi Dómi-ne in to-to CORde

ME- o, \* in consí-li- o iustórum et congreGA-ti- One. 483.

3. Ant.

4. A\*

**A**

-PUD Dóminum \* mi-se-ri-córdi- a, et co-pi-ó- sa

apud e- um red-émpti- o. *Ps. 129.* DE pro-fúndis clamávi ad

te, DÓmi-ne : \* Dómine exáudi vo-cem ME- am. 493.

4. Ant.

3. a 2

**S**

UPER mi-se-ri-córdi- a tu- a \* Dó- mi- ne, confi-té-

bor ti-bi in to- to corde me- o. *Ps. 137.* CONFITÉBOR ti-bi

Dómine in to-to CORde ME- o : \* quó-ni- am audísti verba

o- ris ME- i. 496.

5. Ant.

4. E

**S**

U-Á-VIS \*Dómi-nus uni-vérsis, et mi-se-ra-ti-ó-nes

e-ius su-per ómni-a ó-pe-ra e-ius. *Ps. 144.* EXALTÁBO

te De-us ME-us Rex : \* et bene-dí-cam nó-mi-ni tu-o in saé-

cu-lum, et in saécu-lum SAECU-li. 498.

Capitulum.

*Cant. 3, 11.*

**E**GREDI-MINI et vidéte, filiae Sion, regem Salomónem in diadé-mate, † quo coronávit illum mater sua in die desponsatiónis illius, \* et in die laetítiae cordis eius.

Hymnus.

4.

**Q**

UI-CÚM-QUE cer-tum quaé-ri-tis Re-bus le-vá-men  
2. Ie-su qui ut agnus ínno-cens Sese immo-lándum

1. áspe-ris, Seu cul-pa mordet ánx-i-a, Seu poena vos  
2. trá-di-dit, Ad Cor-re-clú-sum vúl-ne-re, Ad mi-te Cor


1. pre-mit comes: 3. Au-dí-tis ut suavís-simis Inví-tet  
2. accé-di-te. 4. Quid Cor-de Ie-su mí-ti-us? Ie-sum cru-




3. o-mnes vó-ci-bus : Ve-ní-te quos gra-vat labor, Premítque  
4. ci qui af-fixe-rant Excú-sat, et Patrem rogat Ne per-dat



3. pondus crí-minum. 5. O Cor vo-lúptas caé-li-tum, Cor fi-da  
4. ul-tor ímpi-os. 6. Tu no-stra terge vúlne-ra Ex te flu-




5. spes mor-tá-li-um, En hi-sce tra-cti vó-cibus, Ad  
6. én-te Sángui-ne : Tu da no-vum cor ómnibus Qui



5. te ve-nímus súppli-ces.  
6. te geméntes ínvo-cant. A-men.


∇. Misericórdia Dómini a progénie in progénies.  
℞. Timéntibus eum.

#### Ad Magnificat, Antiphona.




3. a 2  
**S**

USCÉ-PIT NOS Dómi-nus \* in sinum et cor su-um,



re-cordá-tus mi-se-ri-córdi-ae su-ae, alle-lú-ia.



E u o u a e.

#### Oratio.

**F**AC nos, Dómine Iesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus índui, et afféctibus inflamjárí : † ut et imáginí bonitátis tuæ confórmes, \* et tuæ redemptiónis mereámur esse partícipes. Qui vivís et regnas cum Deo Patre in unitáte.

Ad Completorium, *Tonus Hymni ut supra*, 88.



## ANTIPHONAE

## DICENDAE IN SABBATIS

POST PENTECOSTEN USQUE AD ADVENTUM.

Sabbato ante Dom. III. post Pentecosten.


Ad Magnificat, Antiphona. i. f.



OGNOVÉRUNT omnes \* a Dan usque Bersa-



bé- e, quod fi-dé-lis Sámu-el prophé-ta esset Dómi-ni.



E u o u a e.

V. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.


R. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Oratio. Protéctor. quae habetur infra, 459, ad Dominicam III. post Pentecosten, ubi suo loco etiam aliae Orationes ponuntur.*


Sabbato ante Dom. IV. post Pentecosten.

Ad Magnif.  
Ant. 8. G

P



RAEVÁ-LU-IT Da-vid \* in Phi-listhaé-um in funda



et lá-pi-de, in nómi-ne Dómi-ni. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dom. V. post Pentecosten.

Ad Magnif.  
Ant. i. D

**M** ONTES \* Gélbo- ě, nec ros nec plúvi- a


vé-ni- at super vos; qui- a in te abiéctus est clýpe- us

fórti- um, clý- pe- us Sa- ul, qua- si non esset unctus

ó- le- o. Quó- mo- do ce-ci-derunt fortes in praéli- o?

Ió-na-thas in excélsis tu- is inter- féctus est : Sa- ul


et Iónathas, amá-bi- les et de-có-ri valde in vi-ta



E u o u a e.


∇. Vespertina oratio.

## Sabbato ante Dom. VI. post Pentecosten.



O

B- SECRO, Dó-mi-ne, \* au- fer in-iqui-tá-tem



servi tu- i, qui- a insi-pi- énter e- gi. E u o u a e.

∇. Vespertina oratio.

## Sabbato ante Dom. VII. post Pentecosten.




U

N- XÉRUNT \* Sa- lomónem Sa- doc sacerdos,



et Nathan prophé- ta regem in Gi- hon, et ascendén-



tes lae- ti dixé-runt: Vi- vat rex in ae- térnum! E u o u a e.

∇. Vespertina oratio.

*Si Dominica VII. occurrat a die 29. Julii ad 4. Augusti, sumitur Antiphona Sapientia, 446; omissis aliis Antiphonis de Libris Regum; quod etiam servatur in sequentibus Hebdomadis.*

## Sabbato ante Dom. VIII. post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. 7. a

**E** X-AUDISTI DÓ-mi-ne \* o-ra-ti-ó-nem servi  
tu-i, ut aedi-fi-cá-rem templum nó-mi-ni tu-o.

E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dom. IX. post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**D** UM tól-le-ret Dó-minus \* E-lí-am per túrbi-  
nem in caelum, E-li-sé-us clamá-bat di-cens : Pa-ter mi,

cúrrus Is-ra-ël, et aurí-ga e-ius. E u o u a e.


V. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dom. X. post Pentecosten.


Ad Magnif.

Ant. 6. F

**F** 'E-CIT Io-as \* re-ctum có-ram Dó-mi-no cunctis



di-é-bus quibus dó-cu-it e-um Ió-ia-da sa-cér-dos.



E u o u a e.


∇. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dom. XI. post Pentecosten.




**O**


B-SECRO Dó-mi-ne, meménto, quae-so, quómo-



do ambu-láve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te et in cor-de



perfé-cto, et quod plá-ci-tum est co-ram te, fé-ce-rim.



E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam I. Augusti.

*Ea autem dicitur I. Dominica mensis, quae est in Kalendis, vel in triduo praecedenti aut sequenti. Et in Sabbato praecedenti, ad Magnificat ponatur Antiphona quae assignata est Sabbato ante Dominicam I. mensis.*




## Sabbatis post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. 7. a

**S**


A-PI-ÉNTI-A \* aedi-fi-cávit si-bi domum : ex-



cí-dit co-lúmna septem : súbdi-dit si-bi gentes, superbo-rúm-



que et sublími-um col-la própri-a virtú-te calcá-vit.



E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

*Oratio quae contingit in ordine aliarum Dominicarum, ut infra.*


## Sabbato ante Dominicam II. Augusti.

Ad Magnif.

Ant. 8. c

**E**

-GO \* in altíssimis ha-bi-tá-vi, et thro-



nus me-us in co-lúmna nu-bis. E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam III. Augusti.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**O**

-MNIS sa-pi-énti-a \* a Dó-mi-no De-o



est, et cum il-lo fu- it sem-per, et est ante aevum.

E u o u a e.

∇. Vespertina oratio.

## Sabbato ante Dominicam IV. Augusti.

Ad Magnif.  
Ant. 8. G

**S**

API- ÉNTI- A \* clámi-tat in pla-té- is : Si quis

dí- li- git sa-pi- énti- am, ad me de-clí-net, et e- am in-  
vé-ni- et : et e- am dum invé-ne-rit, bé- á-tus est, si

tenú- e-rit e- am. E u o u a e.

∇. Vespertina oratio.


## Sabbato ante Dominicam V. Augusti.

*Nisi haec occurrat post diem 28. Aug. : quia tunc ista cum sua Hebdomada omittitur, et ponitur Antiphona. Cum audisset. pro I. Dominica Septembris, ut infra, 448.*


Ad Magnif.  
Ant. 6. F

**O**

B- SÉRVA, lí- li, \* praecépta patris tu- i,




et ne di-mít-tas le-gem matris tu- ae : sed li-ga



e- am in corde tu- o iú-gi-ter. E u o u a e.

∿. Vespertína orátio.

### Sabbato proximo Kalendis Septembris.




Ad Magnif.  
Ant. I. f

**C**


UM audís-set Iob \* nun-ti- ó-rum verba, susti-



nu- it pa-ti- énter, et a- it : Si bo-na suscé-pimus de ma-




nu Dómi-ni, ma- la autem qua-re non sus-ti-ne- ámus?



In ómni-bus his non peccá-vit Iob lá-bi- is su- is,



ne-que stultum á-liquid contra De- um lo-cú-tus est.



E u o u a e.

∿. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam II. Septembris.

Ad Magnif.  
Ant. I. g

**I** N ómni-bus his \* non peccá-vit Iob lá-bi- is  
su- is, ne-que stultum quid contra De-um lo-cú-tus est.

E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam III. Septembris.

Ad Magnif.  
Ant. 4. E

**N** E remi-niscá- ris \* Dómi-ne de- lícta me- a,  
vél pa-réntum me- ó- rum : neque vindí-ctam sumas de pec-


cá-tis me- is. E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

## Feria IV. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.  
Ant. I. g

**H** OC genus \* daemo-ni- ó- rum in nullo pot-est ex-



í-re, ní-si in o-ra-ti-ó-ne et ie-iú-ni-o. E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Oratio.

**M**ISERICÓRDIAE tuae remédiis, quaésumus Dómine, fragílitas nostra subsístat : † ut quae sua conditióne attéritur, \* tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Feria VI. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.

Ant. I. a 3

**M**

Ú-LI-ER \* quae e-rat in ci-vi-tá-te peccátrix,




stans retro se-cus pe-des Dómi-ni, lá-crimis coepit ri-gá-re pe-



des e-ius, et ca-píl-lis cá-pi-tis su-i tergé-bat, et de o-



scu-la-bá-tur pedes e-ius, et unguén-to ungé-bat.



E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus, et delectáti sumus.

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : † ut observaciones sacras annua devotione recolentes, \* et corpore tibi placeamus et mente. Per Dominum.

## Sabbato Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.  
Ant. 8. G




**I**

LLUMI-NA DÓ- mi-ne \* sedentes in tenebris et



umbra mor-tis, et dí-ri-ge pe-des nostros in vi- am pa- cis



E u o u a e.


Ÿ. Repléti sumus. *ut supra*, 450.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris et méntibus : \* maiestátem tuam súpplices exorámus; ut pia ieiunántium deprecatióne placátus, \* et praeséntia nobis subsidia tríbuas, et futúra. Per Dominum.


## Sabbato ante Dominicam IV. Septembris.

Ad Magnif.  
Ant. 3. g



**A**

-DÓNA- I \* Dó-mi-ne De- us, magne et mi-rá-



bi- lis, qui de-dísti sa-lú-tem in manu féminae, exáudi



pre-ces servórum tu- ó-rum. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio.

### Sabbato ante Dominicam V. Septembris.

Ad Magnif.  
Ant. 1. D 2

**D** ÓMINE,\* Rex omní-pot-ens, in di-ti-óne tu-a

cuncta sunt pó-si-ta, et non est qui pos-sit tu-ae re-

sísti-re vo-luntá-ti. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio.

### Sabbato ante Dominicam I. Octobris.

Ad Magnif.  
Ant. 8. G

**A** D-APÉ-RI-AT DÓ-mi-nus\* cor vestrum in lege

su-a, et in prae-céptis su-is : et fá-ci-at pa-cem

in di-é-bus nostris. E u o u a e.

℣. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam II. Octobris.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**R**

E-FÚL-SIT sol \* in clý-pe- os áure- os, et resplen-

du-érunt montes ab e- is, et forti-túdo génti- um dis-

si-pá-ta est. E u o u a e.

V. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam III. Octobris.

Ad Magnif.

Ant. I. D

**L**

UGÉ-BAT autem Iudam \* Isra- él planctu ma-

gno, et di- cé- bat : Quo- modo ce-ci- dí- sti, pot-ens in

praé- li- o, qui salvum fa- ci- é- bas pó- pu- lum Dómi- ni?


E u o u a e.

V. Vespertína orátio.




## Sabbato ante Dominicam IV. Octobris.


Ad Magnif.  
Ant. I. f



**E** X-AUDI- AT Dóminus \* o-ra-ti- ó-nes vestras, et



re-conci-li- é- tur vo- bis : nec vos dé-se-rat in tém-po-re ma-




lo Dómi-nus De- us no-ster. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.


## Sabbato ante Dominicam V. Octobris.

*Nisi sit omittenda, quia proximior sit Kalendis Novembris.*


Ad Magnif.  
Ant. I. f



**T** U- A est pot-énti- a, \* tu- um regnum Dómi-



ne, tu es super omnes gentes : da pacem Dómi- ne



in di- é-bus nostris. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam I. Novembris.

Ad Magnif.  
Ant. I. a

**V**

I-DI Dómi-num sedéntem \* super só-li-um ex-  
cél-sum, et ple-na e-rat omnis ter-ra ma-iestá-te  
e-ius : et e- a quae sub ipso e- rant, replé-  
bant templum. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

## Sabbato ante Dominicam II. Novembris.

Ad Magnif.  
Ant. I. g

**A**

-SPI-CE Dómi-ne, \* qui- a facta est deso-  
lá-ta cí-vi-tas, ple- na dí-ví-ti- is : se-det in tri-stí-  
ti- a dómi-na génti-um : non est qui conso-létur




e- am, ni-si tu De- us no-ster. E u o u a e.

*Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnificat dicitur Antiphona. Muro tuo. ut infra, et duobus sequentibus Sabbatis dicitur Antiphonae positae infra in Sabbatis ante Dominicam IV. et V.*


∇. Vespertina oratio.

### Sabbato ante Dominicam III. Novembris.

Ad Magnif.   
 Ant. I. g  
**M**URO tu- o \* in-expugná-bi- li circumcín-




ge nos, Dó- mi-ne : et armis tu-ae pot-énti-ae pró- te-




ge nos semper. E u o u a e.


∇. Vespertina oratio.

### Sabbato ante Dominicam IV. Novembris.


Ad Magnif.   
 Ant. I. D 2  
**Q**UI caeló-rum \* cónti-nes thro- nos, et abyssos



intu- é- ris, Dómi-ne Rex re-gum : mon-tes pónde-ras,



terram palmo conclú-dis : ex-áudi nos Dómi-ne, in



gemí-ti-bus nostris. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

### Sabbato ante Dominicam V. Novembris.

Ad Magnif.  
Ant. I. D<sup>2</sup>

**S**

UPER mu-ros tu-os, \* le-rú-sa-lem, constí-



tu-i custó-des : to-ta di-e et to-ta nocte non ta-cé-



bunt laudá-re no-men Dómi-ni. E u o u a e.

∇. Vespertína orátio.

### Sabbato post ultimam Dominicam Novembris.

*Ad Vesperas, Antiphonae de Laudibus Dominicae I. Adventus; Psalmi de Sabbato ut in Psalterio. Capitulum, Hymnus, ∇., Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in Sabbato ante Dominicam I. Adventus, 155.*

## ORATIONES ET ANTIPHONAE IN DOMINICIS


per ordinem dispositae a tertia post Pentecosten  
usque ad Adventum.

### Dominica III. post Pentecosten.


Ad Benedictus, Ant. 3. a 2




UIS ex vo-bis homo, \* qui habet centum oves,



et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta



ta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat,



donec inveniat eam? alle-luia. E u o u a e.

V. Dóminus regnavit, decorem induit.


R. Induit Dóminus fortitudinem, et praecinxit se virtute.

Oratio. Protéctor. *ut infra*, 459.

Ad Magnif. Ant. 6. F

**Q**

UAE mú-li-er \* habens drachmas decem, et si



per-dí-de- rit drachmam unam, nonne accéndit lu-cér-



nam, et evérrit do-mum, et quaerit di-li-gén-ter, donec



invé-ni-at? E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine orátio mea.

R̄. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Oratio.

**P**ROTÉCTOR in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : † multiplíca super nos misericórdiam tuam ; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, \* ut non amittámus aetérna. Per Dóminum.

Dominica IV. post Pentecosten.




Ad Bened.

Ant. I. g

**A**


-SCÉNDENS Ie-sus \* in na-vim, et se- dens,



do-cébat turbas, alle- lú- ia. E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít.

Oratio. Da nobis. *ut infra*, 460.



Ad Magnif.

Ant. I. g

**P**

RAECÉPTOR, \* per to-tam noctem labo-rán-tes,

ni-hil cé-pi-mus : in verbo autem tu-o laxá-bo re-te.

E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Dómine, † ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur : \* et Ecclésia tua tranquilla devotióne laetétur. Per Dóminum.

## Dominica V. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G

**A**

UDISTIS \* qui-a dictum est antíquis . Non occi-

des; qui autem occí-de-rit, re-us ē-rit iu-dí-ci-o.

E u o u a e.

℣. Dóminus regnávít.

Oratio. Deus, qui. *ut infra*, 461.

Ad Magnif.

Ant. 1. D


**S**

I offers \* munus tu-um ante altá-re,

et re-cordá-tus fú-e-ris qui-a fra-ter tu-us ha-bet á-li-




quid advérsus te : re-línque i-bi munus tu-um ante altá-



re, et vade pri-us re-conci-li-á-ri fratri tu-o :



et tunc vé-ni-ens óffe-res munus tu-um, alle-lú-ia.



E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine.

#### Oratio.

**D**EUS, qui diligéntibus te bona invisibília preparásti : † infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus et super ómnia diligéntes, \* promissiónes tuas, quae omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.


## Dominica VI. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G

**C**

UM turba multa \* esset cum Iesu, nec habé-rent




quod mandu-cá-rent, convo-cá-tis di-scípu-lis, a- it il-lis :



Mi-sé-re-or super tur-bam : qui-a ecce iam trí-du-o sústi-





nent me, nec habent quod mandúcent, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít.

*Oratio.* Deus virtútum. *ut infra.*


Ad Magnif.

Ant. I. a


62j

**M**


I-SÉ- RE-OR \* super turbam : qui-a ecce iam



trídu-o sústinent me, nec ha-bent quod mandú-cent : et



si dimí-se-ro e-os ie-iúnos, de-fí-ci-ent in vi-a, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

*Oratio.*

**D**EUS virtútum, cuius est totum quod est óptimum : † insere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et praesta in nobis religiónis augméntum; \* ut quae sunt bona nútrias, ac pietátis stúdio quae sunt nutríta custódias. Per Dóminum.

## Dominica VII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. g

**A**

TTÉNDITE \* a falsis prophé-tis, qui vé-ni-unt



ad vos in vesti-méntis ó-vi-um, intrínse-cus autem




sunt lu-pi rapá-ces : a frúctibus e-ó-rum cognoscé-tis  
 e-os, alle-lú-ia. E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít.

Oratio. Deus cuius. *ut infra.*

Ad Magnif.

Ant. I. D



**N**ON pot-est \* arbor bo-na fructus ma-los fá-ce-  
 re, neque arbor ma-la fructus bonos fá-ce-re : omnis  
 arbor quae non fa-cit fructum bonum, exci-dé-tur, et in  
 ignem mit-té-tur, alle-lú-ia. E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine.

Oratio.


**D**EUS, cuius providéntia in sui dispositióne non fállitur : † te  
 súpplícés exorámus; ut nóxia cuncta submóveás, \* et ómnia  
 nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Dominica VIII. post Pentecosten.


Ad Bened.

Ant. I. f


**A**



- IT dó-mi-nus víl-li-co : \* Quid hoc áudi-o de



te? redde ra-ti-ó-nem vil-li-ca-ti-ó-nis tu-ae, al-le-lú-ia.




E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít.

Oratio. Largire nobis. *ut infra.*

Ad Magnif.

Ant. 4. E



**Q**


UID fá-ci-am, \* qui- a dómi-nus me- us aufert




a me vil-li-ca-ti-ó-nem? fó-de-re non vá-le- o, mendi-



cá-re e-ru-bé-sco: sci- o quid fá-ci- am, ut cum amó-



tus fú-e-ro a vil-li-ca-ti-ó-ne, re- cí- pi- ant me in



domos su- as. E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**L**ARGIRE nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius et agéndi: † ut qui sine te esse non póssumus, \* secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

Dominica IX. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. g

**C**

UM appró-pinquá-ret \* Dómi-nus Je-rú-sa-lem,

vi-dens ci-vi-tá-tem, fle- vit super il-lam, et di-xit : Qui- a

si cogno-ví-ses et tu : qui- a vé-ni- ent dí- es in te,

et circúmdabunt te in-imí-ci tu- i vallo, et circúmdabunt

te, et co- angustábunt te úndique, et ad ter-ram prostér-

nent te : e- o quod non cogno- ví-sti · tempus vi-si-ta-

ti- ó-nis tu- ae, alle- lú- ia. E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít.


*Oratio.* Páteant aures. 466.

Ad Magnif.


Ant. 8. G

**S**


CRIP-TUM est e- nim \* qui- a domus me- a



domus o-ra-ti-ó-nis est cunctis génti-bus : vos au-tem fe-cí-



stis il-lam spe-lúncam latró-num; et e-rat quo-tí-di-



e do- cens in templo. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**P**ÁTEANT aures misericórdiae tuae Dómine précibus supplicán-tium : † et ut peténtibus desideráta concédas, \* fac eos quae tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.


## Dominica X. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 1. D 2

**S**


TANS a longe \* publi-cánus, no-lé-bat ó-cu-lós



ad caelum le-vá-re : sed percu-ti-ébat pectus su-um, di-



cens : De-us, pro-pí-ti-us esto mi-hi pecca-tó-ri.



E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít. Oratio. Deus qui. 467.

Dominica XI. post Pentecosten. 467

Ad Magnif.  
Ant. 8. G

**D** ESCENDIT hic \* iu-sti- fi-cá- tus in do-mum  
su- am ab il-lo: qui- a omnis qui se ex-ál-tat, humi- li- á-  
bi-tur : et qui se hu-mí-li- at, exal-tá-bi-tur.

E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**D**EUS, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo manifestas : † multiplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa currétes, \* caeléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

Dominica XI. post Pentecosten.

Ad Bened.  
Ant. 5. a

**D** UM transí- ret DÓ- minus \* per mé-di- os fi- nes  
Ty- ri, surdos fe- cit audí- re, et mu- tos loqui.

E u o u a e.


℣. Dóminus regnávít. *Oratio.* Omnípotens. 468.

Ad Magnif.

Ant. 5. a

**B**

ENE ómni- a fe- cit : \* surdos fe- cit audí-



re, et mu- tos loqui. E u o u a e.

V. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et mérita súpplicum excédís et vota : † effúnde super nos miséricórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia méruit, \* et adíicias quod orátio non præsumit. Per Dóminum.


## Dominica XII. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 8. G

**M**


AGISTER, \* quid fa- ci- én- do vi- tam æ- térnám



possi- dé- bo? At il- le di- xit ad e- um : In lege quid scri-



ptum est? quó- mo- do le- gis? Dí- ligen Dóminum De- um



tu- um ex to- to corde tu- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

V. Dóminus regnávit. Oratio. Omnípotens et miséricors. 469.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**H**

OMO qui-dam \* descendé-bat ab Ie-rú-sa-lem in

Ié-ri-cho, et inci-dit in latró-nes : qui é-ti-am de-

spo-li-a-vé-runt e-um, et pla-gis impó-si-tis a-bi-é-runt,

se-mi-vívo re-lí-cto. E u o u a e.

∩. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**O**MNÍPOTENS et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fídelibus tuis digne et laudabiliter serviátur : † tríbe quaésumus nobis, \* ut ad promissiónes tuas sine offensióne curáramus. Per Dóminum.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 1. D

**D**

UM intrá-ret Ie-sus \* quoddam castél-lum, oc-

currérunt e-i decem vi-ri lepró-si : qui ste-té-runt a

longe, et levavé-runt vo-cem, di-céntes : Ie-su



## 470 Dominica XIV. post Pentecosten.




praecéptor, mi-se-ré-re nostri. E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít. *Oratio.* Omnipotens sempitérne. *ut infra.*

Ad Magnif.


Ant. I. D 2



U -NUS autem ex il-lis, \* ut vi- dit qui a



mundá-tus est, regréssus est, cum magna vo- ce magní-li-



cans De- um, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

*Oratio.*

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, da nobis fidei, spei, et caritátis augméntum : † et ut mereámur ássequi quod promíttis, \* fac nos amáre quod praecipis. Per Dóminum.

## Dominica XIV. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 8. G



N O-LÍTE \* sol-lí-ci-ti esse di-céntes : Quid mandu-



cá-bimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa-ter vester cae-



lé-stis quid vo-bis ne-cesse sit, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít. *Oratio.* Custódi Dómine. 471.

Dominica XV. post Pentecosten. 471

Ad Magnif. Ant. I. g

**Q**UAERITE pri-mum \* regnum De- i, et iusti-  
ti- am e-ius : et haec ómni- a adii- ci- éntur vo- bis, alle-  
lú- ia. E u o u a e.

Y. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**C**USTÓDI Dómine, quaésumus, Ecclésiám tuam propitiatióne perpétua : \* et quia sine te lábitur humana mortálitás, \* tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

Dominica XV. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. D

**I**-BAT Je-sus \* in ci-vi-tá-tem quae vo-cá-tur  
Na- im : et ecce de-fú-ctus effe-re-bá-tur fí- li- us ú- ni-  
cus matris su- ae. E u o u a e.

Y. Dóminus regnávít. Oratio. Ecclésiám tuam. 472.

Ad Magnif.

Ant. 4. A

**P**ROPHÉTA magnus \* surré-xit in no-bis : et qui a



De- us vi-si-tá-vit plebem su- am. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**E**CCLESIAM tuam Dómine miserátio continuáta mundet et múniat : † et quia sine te non potest salva consistere, \* tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.


## Dominica XVI. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 7. a

**C**


UM intrá-ret Ie-sus \* in domum cu-iúsdam prin-



ci-pis pha-risae-ó-rum sá-bba-to mandu-cá-re pa-nem : ecce



ho-mo quidam hydró-pi-cus e-rat ante illum ; ipse ve-ro



appre-hén-sum sa-ná-vit e-um, ac dimí-sit. E u o u a e.


Ÿ. Dóminus regnávít. *Oratio.* Tua nos. 473.

Ad Magnif.


Ant. 7. a

**C**

UM vo-cá-tus fú-e-ris \* ad nú-pti-as, re-cúmbe



in no-víssimo lo-co : ut di-cat ti-bi qui te invi-tá-vit :



Amí-ce, ascénde su-pé-ri-us : et e-rit ti-bi gló-ri-a co-



ram simul discumbénti-bus, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine.


**Oratio.**

**T**UA nos, quaesumus Dómine, grátia semper et praeveníat et sequátur : \* ac bonis opéribus iúgiter praestet esse inténtos. Per Dóminum.

Dominica XVII. post Pentecosten.


Ad Bened.

Ant. 8. G




**M**

A-GÍSTER, quod est mandátum magnum in le-ge?



A- it il-li Ie- sus : Dí- liges Dóminum De- um tu- um ex



to-to corde tu- o, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávít. *Oratio.* Da quaesumus. 474.


Ad Magnif.

Ant. 4. E




**Q**

UID vō- bis \* vi-dé-tur de Christo? cu-ius fi-



li- us est? Di- cunt e- i omnes : Da- vid. Di- cit e- is

474 Dominica XVIII. post Pentecosten.



Ie- sus : Quó-modo Da-vid in spí-ri-tu vo-cat e-um Dó-  
 mi-num, di- cens : Di-xit Dómi-nus Dó-mi-no me-o : Sede a  
 dextris me- is? E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**D**A, quaesumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitare contá-  
 gia : \* et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

Ad Bened.  
 Ant. I. f




**D**I-XIT Dómi-nus \* pa-ra-ly-ti-co : Confi-de fi-li :  
 remittúntur ti-bi peccá-ta tu-a. E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít. *Oratio.* Dirigat corda. 475.

Ad Magnif.  
 Ant. 4. E



**T**U-LIT ergo \* pa-ra-ly-ti-cus lectum su-um in  
 quo ia-cébat, magní-fi-cans De-um : et omnis plebs, ut




vi- dit, de- dit laudem De- o. E u o u a e.

∩. Dirigátur Domine.

Oratio.

**D**IRIGAT corda nostra, quaesumus Dómine, tuae miseratiónis operátio : \* quia tibi sine te placere non póssumus. Per Dóminum.

Dominica XIX. post Pentecosten.




**D**ÍCITE invi-tá-tis : \* Ecce prándi- um me- um



pa- rá- vi : ve- ní- te ad núpti- as, alle- lú- ia. E u o u a e.

∩. Dóminus regnávít. Oratio. Omnipotens. 476.



**I**NTRÁ-VIT autem rex, \* ut vi- dé- ret discumbén-



tes, et vi- dit i- bi hómi- nem non vestí- tum veste nupti- á-



li, et a- it il- li : Amí- ce, quómo- do huc intrá- sti, non



ha- bens vestem nupti- á- lem? E u o u a e.

∩. Dirigátur Dómine.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS et miséricors Deus, univēsa nobis adversántia propitiátus exclúde : † ut mente et corpore páriter expediti, \* quae tua sunt, liberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

## Dominica XX. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 1. f

**E**-RAT quidam régu-lus, cu-ius fí-li-us infir-  
 mabá-tur Caphárna- um : hic cum audísset qui-a Ie-sus  
 ve-ní-ret in Ga-li-laé- am, ro-gá-bat e- um, ut saná- ret  
 fí-li- um e- ius. E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít. *Oratio*. Largíre. 477.

Ad Magnif.

Ant. 3. a

**C**OGNÓ-VIT autem pa-ter \* qui-a il-la ho-ra  
 e-rat, in qua di-xit Ie- sus : Fí-li- us tu- us vi- vit : et  
 cré-di-dit ipse, et domus e-ius to-ta. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.


**L**ARGIRE, quaesumus Dómine, fídelibus tuis indulgéntiam placátus et pacem : † ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, \* et secúra tibi mente desérvant. Per Dóminum.

Dominica XXI. post Pentecosten.


Ad Bened.  
Ant. 8. G

**D**


I-XIT autem \* dóminus servo : Redde quod de-



bes ; pró-ci-dens autem servus il-le rogábat e-um, di-cens :



Pa-ti-énti-am habe in me, et ómni-a reddam ti-bi.



E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít. *Oratio.* Famíliam tuam. 478.


Ad Magnif.  
Ant. 6. c

**S**

ER-VE ne-quam, \* omne dé-bi-tum di-mí-si




ti-bi, quó-ni-am rogásti me : nonne ergo opórtu-it et



te mi-se-ré-ri consérvi tu-i, sic-ut et ego tu-i mi-





sértus sum? alle-lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.


Oratio.

**F**AMILIAM tuam, quaesumus Dómine, continúa pietáte custódi: †  
ut a cunctis adversitatibus te protegente sit líbera, \* et in  
bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

## Dominica XXII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G



**M**

AGISTER, \* scimus qui- a ve-rax es, et vi-am




De- i in ve-ri-tá-te do-ces, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dóminus regnávít. Oratio. Deus refúgium. *ut infra.*

Ad Magníf.

Ant. 1. g



**R**

ÉDDITE ergo \* quae sunt Caésa- ris Caésa- ri,



et quae sunt De- i De- o, alle- lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**D**EUS, refúgium nostrum et virtus: † adesto piis Ecclesiae  
tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; \* ut quod  
fidéliter pétimus, esficáciter consequámur. Per Dóminum.

*Si sequens Dominica fuerit ultima post Pentecosten, eius loco ponitur  
XXIV., ut infra, 480, et Officium huius Dominicae ponitur in Sabbato  
praecedenti non impedito Festo IX Lectionum; alioquin Feria VI., vel alia  
similiter non impedita.*

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. g

**D**

I- CÉBAT e-nim intra se : \* Si te-tíge-ro fim-



bri- am vestiménti e-ius tantum, salva e- ro. E u o u a e.

∇. Dóminus regnávít. *Oratio.* Absólve. *ut infra.*

Ad Magnif.


Ant. I. f

**A**

T Ie-sus convérsus,\* et vi-dens e- am, di- xit :



Confíde, sí- li- a : fides tu- a te salvam fe- cit, alle- lú- ia.



E u o u a e.

∇. Dirigátur Dómine.

*Oratio.*

**A**BSÓLVE, quaésumus Dómine, tuórum delícta populórum : † ut a peccatórum néxibus, quae pro nostra fragilitáte contráximus, \* tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Dominica IV. quae superfuit post Epiphaniam.

*Ad Benedictus, Antiphona.* Ascendénte Iesu. 274.

*Ad Magnificat, Antiphona.* Dómine, salva nos. 274.

*Oratio.* Deus, qui nos in tantis periculis. 274.

## Dominica V. quae superfuit post Epiphaniam.

*Ad Benedictus, Antiphona.* Dómine, nonne bonum. 275.*Ad Magnificat, Antiphona.* Colligite primum. 275.*Oratio.* Familiam tuam, quaesumus Dómine. 275.


## Dominica VI. quae superfuit post Epiphaniam.

*Ad Benedictus, Antiphona.* Simile est regnum caelórum grano. 276.*Ad Magnificat, Antiphona.* Simile est regnum caelórum fermento. 276.*Oratio.* Praesta, quaesumus omnipotens Deus. 276.

## Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. D 2

**C**

 UM vi-dé-ri-tis \* abomi-na-ti-ónem de-so-la-


ti-ónis, quae dicta est a Da-ni-é-le prophé-ta, stantem





in lo-co sancto : qui le-git, intél-ligat. E u o u a e.

V. Dóminus regnávít. *Oratio.* Excita. 481.


Ad Magnif.

Ant. I. f

**A**

 -MEN di-co vo-bis : \* qui-a non praeter-í-bit



ge-ne-rá-ti- o haec, donec ómni- a fi- ant : cae- lum et



terra transí- bunt, verba autem me- a non transí-bunt, di-



cit Dóminus. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine.

Oratio.

**E**XCITA, quaesumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : †  
ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, \* pietátis  
tuae remédia maióra percípiant. Per Dóminum.





## PSALMI AD VESPERAS

### IN DOMINICIS ET FESTIS.

In textu Psalmorum litterae *maiusculae* (sive ordinariae, sive cursivae) indicant *elevationes* melodicas seu « accentus melodicis » cadentiarum.

Aliquoties hae elevationes fiunt modo directo h. e. melodia relinquit cordam recitationis *ascendendo* directe; aliquoties autem haec elevatio « praeparatur » per 1-2 (in cadentia finali Mod. 4. etiam per 3) syllabas, quae descendendo magis perspicuam reddunt elevationem sequentem.

Litterae *cursivae* (sive minusculae, sive maiusculae) indicant has syllabas « praeparatorias ». In cadentia Modi 4. prima syllaba praeparatoria semper indicatur per numerum parvum 4.

Pro usu practico attendas bene ad primum versum psalmi, prouti habetur post Antiphonam; et secundum modum in hac figuratione expressum, attentionem tuam ad solas litteras *maiusculas*, vel insuper ad *cursivas* fingas; porro in 4<sup>o</sup> Modo solum numerum 4 prae oculis habeas.

#### Psalmus 109.

**D**IXIT Dóminus Dómino MEo : \* sede a *DEX*tris  
MEis :

2. Donec ponam iniMIcos TUos, \* scabéllum PE<sub>4</sub>dum  
tuOrum.

3. Virgam virtútis tuae emíttet DómiNUS ex SIon : \*  
domináre in médio inimiCOrum tuOrum.

4. Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóribus *sanCTORum* : \* ex útero ante luciferum *GENU*l te.

5. Iurávit Dóminus, et non poeniTEbit Eum : \* Tu es sacerdos in aetérnum secúndum *órdiNEM MelCHI*sedech.

6. Dóminus a *DEXtris* TUIS, \* confrégit in die irae *SUae* REges.

7. Iudicábit in nátióibus, imPLEbit *ru*lnas : \* conquassábit cápita in *TERra* *mul*TORum.

8. De torrénite in *Via* BIBet : \* proptérea exalTABit *CA*put.

9. Glória *PATri*, et Filio, \* et *SpiRItui* *SAN*cto.

10. Sicut erat in princípio, et *NUNC* et *SEM*per, \* et in saécula saecuLORum. Amen.

Psalmus 110.

**C**ONFITÉBOR tibi Dómine in toto *CORde* *ME*o : \* in consilio iustórum, et *congreGAti*ONE.

2. Magna *Opera* *DO*mini : \* exquisita in omnes *volunTates* *Eius*.

3. Conféssio et magnificéntia *Opus* *Eius* : \* et iustitia eius manet in *SAEculum* *SAE*culi.

4. Memóriam fecit mirábilium suórum, † miséricors et *miseRATOR* *DO*minus : \* escam dedit *tiMENti*BUS se.

5. Memor erit in saéculum *testaMENti* *SUI* : \* virtútem óperum suórum annuntiábit *POpulo* *SU*o :

6. Ut det illis haeredi<sup>4</sup>Tatem GENTium : \* ópera má-  
num eius véritas *ET iu*DÍcium.

7. Fidélia ómnia mandáta eius : † confirmáta in SAE-  
culum SAECuli : \* facta in veritate et *AE*quiTate.

8. Redemptiónem misit *PO*pu<sup>4</sup>lo *SU*o : \* mandávit in  
aetérnum testa<sup>4</sup>MENTum *SU*um.

9. Sanctum et terríbile *NO*men<sup>4</sup> Eius : \* ínitium sapién-  
tia *TI*mor *DO*mini.

10. Intelléctus bonus ómnibus faci<sup>4</sup>ENTibus Eum : \* lau-  
dátió eius manet in *SA*Eculum SAECuli.

11. Glória *PA*tri, *et* *FI*lio, \* *et* *Sp*iRitui *SA*Ncto.

12. Sicut erat in princípío, et *NUNC* *et* *SEM*per, \* *et*  
in saécula saecu<sup>4</sup>Lorum. Amen.

#### Psalmus 111.

**B**EÁTUS vir qui *TI*met *DO*minum : \* in mandátis eius<sup>4</sup>  
*VO*let *NI*mis.

2. Potens in terra erit *SE*men<sup>4</sup> Eius : \* generatió  
rectórum be<sup>4</sup>*NE*diCEtur.

3. Glória et divítiae in *DO*mo<sup>4</sup> Eius : \* et iustítia eius  
manet in *SA*Eculum SAECuli.

4. Exórtum est in ténébris *LU*men<sup>4</sup> *RE*ctis : \* misé-  
ricors, et misera<sup>4</sup>tor *et* *IU*stus.

5. Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet  
sermónes suos *IN* *iu*DÍcio : \* quia in aetérnum non<sup>4</sup>  
*COM*moVEbitur.

6. In memória aetérna *Erit* Iustus : \* ab auditióne mala *NON* *tiME*bit.

7. Parátum cor eius speráre in Dómino, † confirmátum *EST* *cor* Eius : \* non commovébitur donec despiciat ini-  
*Micos* *SUos*.

8. Dispérsit, dedit paupéribus : † iustítia eius manet in *SAEculum* *SAEculi* : \* cornu eius exaltábi*TUR* in *GLOR*ia.

9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet *ET* *taBE*scet : \* desidérium pecca*Torum* *perI*bit.

10. Glória *PATri*, *et* *Filio*, \* *et* *SpiRitui* *SANcto*.

11. Sicut erat in princípio, *et* *NUNC*, *et* *SEMper*, \* *et* in saécula saecu*Lorum*. Amen.

Psalmus 112.

**L**AUDÁTE *PUeri* *DOMinum* : \* laudáte *NOmen* *DOMini*.

2. Sit nomen Dómini *BENE**DICTum*, \* *ex* hoc nunc, *et* *USque* in *SAEculum*.

3. A solis ortu usque *AD* *ocCASum*, \* laudábile *NOmen* *DOMini*.

4. Excélsus super omnes *GENTES* *DOMinus*, \* *et* super caelos *GLOR*ia Eius.

5. Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in *ALTis* *HABitat*, \* *et* humília réspicit in caelo *ET* in *TERra*?

6. Súscitans a *TERra* *INopem*, \* *et* de stércore *Eri*  
*gens* *PAUperem* :

7. Ut cóllocet eum *CUM* *prinCIpibus*, \* *cum* príncípibus *POPuli* *SUI*.



8. Qui habitare facit stérileM *in* DOMo, \* matrem filiOrum laeTANtem.

9. Glória PATri, *et* FILio, \* *et* SpiRItui SANcto.

10. Sicut erat in principio, *et* NUNC *et* SEMper, \* *et* in saecula saecuLOrum. Amen.

Psalmus 113.

**I**N éxitu Israel DE AeGYpto, \* domus Iacob de POPulo BARBaro :

2. Facta est Iudaéa sanctifiCATio Eius, \* Israel potE-stas Eius.

3. Mare VIDit, *et* FUGit : \* Iordánis convérsus EST reTRORsum.

4. Montes exsultavérunt UT aRIetes : \* *et* colles sicut Agni Ovium.

5. Quid est tibi mare QUOD fuGIsti? \* *et* tu Iordánis, quia convérsus ES reTRORsum?

6. Montes exsultástis SICut aRIetes, \* *et* colles sicut Agni Ovium?

7. A fácie Dómini MOTa est TERRa, \* a fácie DEi IAcob :

8. Qui convértit petram in STAGna aQUARum, \* *et* rupem in FONTes aQUARum.

9. Non nobis DómiNE, non NObis, \* sed nómini TUo da GLORiam :

10. Super misericórdia tua *et* veriTate TUA : \* nequando dicant gentes : Ubi est DEus eOrum?

11. Deus autem NOSTER in CAELO : \* omnia quaecúm-  
que VOLUIT, FECIT.

12. Simulácrá géntium arGENTum et AUrum, \* ópera  
MANuum HOMinum.

13. Os habent, et NON loQUENTur : \* oculos habent,  
et NON viDEbunt.

14. Aures habent, ET non AUDient : \* nares habent, et  
non OdoRABunt.

15. Manus habent, et non palpábunt : † pedes habent, et  
non AMbuLABunt : \* non clamábunt in GUTture SUo.

16. Símilés illis fiant qui FACiunt Ea : \* et omnes qui  
conFIdunt in Eis.

17. Domus Israel speRAvit in DOMino : \* adiútor  
eórum et proTEctor eOrum est.

18. Domus Aaron speRAvit in DOMino : \* adiútor  
eórum et proTEctor eOrum est.

19. Qui timent Dóminum speraVERunt in DOMino : \*  
adiútor eórum et proTEctor eOrum est.

20. Dóminus memor FUit NOSTri : \* et beneDIXit  
NObis.

21. Benedixit DOMui Israel : \* benedixit DOMui  
Aaron.

22. Benedixit ómnibus qui Timent DOMinum, \* pusillis  
CUM maIoribus.

23. Adificiat DOMinus SUPER vos : \* super vos, et super  
FILios VESTros.

488 Psalmi ad Vesperas in Dominicis et Festis.

24. Benedícti VOS a DOMino, \* qui fecit CAELum et TERRam.

25. Caelum CAELi DOMino : \* terram autem dedit FILiis HOMinum.

26. Non mórtui lauDAbunt te DOMine : \* neque omnes qui descéndunt IN inFERnum.

27. Sed nos qui vívimus, beneDICimus DOMino, \* ex hoc nunc et USque in SAECulum.

28. Glória PATri, et FILio, \* et SpiRItui SANcto.

29. Sicut erat in princípío, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLOrum. Amen.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter QUOD loCUtus sum : \* ego autem humiliatus sum NImis.

2. Ego dixi in exCESSu MEo : \* Omnis HOMO MENdax.

3. Quid reTRIBuam DOMino, \* pro ómnibus quae reTRIBuit MIhi?

4. Cálicem saluTARis acCIpiam : \* et nomen Dómini INvoCAbo.

5. Vota mea Dómino reddam coram omni POPulo Eius : \* pretiósa in conspéctu Dómini mors sanCTORum Eius :

6. O Dómine quia ego SERvus TUus : \* ego servus tuus, et filius anCILLae TUae.

Psalmi ad Vesperas in Dominicis et Festis. 489

7. Dirupísti VINcúla MEa : \* tibi sacrificábo hóstiám laudis, et nomen Dómini INvoCábo.

8. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis POPulí Eius : \* in átriis domus Dómini, in médio TUí JeRÚsalem.

9. Glória PATri, et Filio, \* et SpiRItuí SANcto.

10. Sicut erat in princípío, et NUNC et SEMper, \* et in saécula saecuLorum. Amen.

Psalmus 116.

LAUDÁTE Dóminum Omnes GENTES : \* laudáte eum Omnes POPuli :

2. Quóniam confirmáta est super nos miseriCORDiá Eius : \* et véritas Dómini manet IN aeTERnum.

3. Glória PATri, et Filio, \* et SpiRItuí SANcto.

4. Sicut erat in princípío, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLorum. Amen.

Psalmus 121.

LAETÁTUS sum in his quae DICTA sunt MIHI : \* In domum Dómini Ibimus.

2. Stantes erant PEdes NOSTri, \* in átriis TUí JeRÚsalem.

3. Ierúsalem, quae aedifiCÁtur ut CIVitas : \* cuius participátio eius IN idIpsum.

4. Illuc enim ascendérunt tribus, TRIBus Dómini : \* testimónium Israel ad confiténdum NÓmini Dómini.

5. Quia illic sedérunt sedes IN *iudicio*, \* sedes super *Domum* DAVID.

6. Rogáte quae ad pacem SUNT *Ierusalem* : \* et abundántia diliGENTiBUS te :

7. Fiat pax in virTUTE TUa : \* et abundántia in TURribus TUIS.

8. Propter fratres meos et PROximos MEos, \* loquébar *Pacem* DE te :

9. Propter domum Dómini DEi NOstri, \* quaesívi *Bona* TIBI.

10. Glória PATri, et FILio, \* et SpiRitui SANcto.

11. Sicut erat in princípío, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLorum. Amen.

#### Psalmus 126.

NISI Dóminus aedifiCAverit DOMum, \* in vanum laboráverunt qui aedIficant Eam.

2. Nisi Dóminus custodierit CiviTatem, \* frustra vigilat qui cuSTOdit Eam.

3. Vanum est vobis ante LUCem SURgere : \* súrgite postquam sedéritis, qui manducátis PANem doLORis.

4. Cum déderit diléctis SUIs SOMnum : \* ecce haeréditas Dómini, filii : merces, FRÚctus VENtris.

5. Sicut sagittae in MANu potENTis : \* ita filii EXcusSORum.

6. Beátus vir qui implévit desidérium SUum ex Ipsis : \* non confundétur cum loquétur inimícis SUIs in PORTa.

7. Glória PATri, *et* Filio, \* et SpiRi*tu*i SANcto.  
 8. Sicut erat in principio, et NUNC *et* SEMper, \* et in saecula saeculo*rum*. Amen.

Psalmus 147.

**L**AUDA IeRU*sa*lem DOMinum : \* lauda Deum TUum  
 SION.

2. Quóniam confortávit seras porTARum tuARum : \* benedíxit filiis TUis IN te.

3. Qui pósuit fines TUos PACem : \* et ádipe fruménti SATiAT te.

4. Qui emíttit elóquium SUum TERrae : \* velóciter currit SERmo Eius.

5. Qui dat nivem SICut LANam : \* nébulam sicut CIN*cre*m SPARGit.

6. Mittit crystállum suam. SICut bu*cc*ELLas : \* ante fáciem frígoris eius quis SUS*ti*NEbit?

7. Emíttet verbum suum, et liqueFACiet Ea : \* flabit spíritus eius, et FL*U*ent Aquae.

8. Qui annúntiat verbum SUum IACob : \* iustítias et iudícia SUa ISrael.

9. Non fecit táliter omni NATi*o*ni : \* et iudícia sua non manifeSTAVit Eis.

10. Glória PATri, *et* Filio, \* et SpiRi*tu*i SANcto.

11. Sicut erat in principio, et NUNC, *et* SEMper, \* et in saecula saeculo*rum*. Amen.

## Psalmus 125.

**I**N converténdo Dóminus captiviTatem Sion : \* facti sumus sicut *CONsoLati*.

2. Tunc replétum est gáudiO os NOstrum : \* et língua nostra exsulTatiOne.

3. Tunc dicent INter GENTes : \* Magnificávit Dóminus fáceRE cum Eis.

4. Magnificávit Dóminus fáceRE noBIScum : \* facti SUMus laeTANtes.

5. Convérte Dómine captiviTatem NOstram, \* sicut TORrens in AUstro.

6. Qui sémiNANT in LAcrimis, \* in exsultatiOne METent.

7. Eúntes Ibant et FLEbant, \* mitténtes SEMina SUA.

8. Veniéntes autem vénient cum exsulTatiOne, \* portántes maNÍpulos SUos.

9. Glória PATri, et Filio, \* et SpiRItui SANcto.

10. Sicut erat in principio, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLorum. Amen.

## Psalmus 127.

**B**EÁTI omnes qui timent Dóminum, \* qui ámbulant in viis Eius.

2. Labóres mánuum tuárum quia manduCabis : \* beátus es, et bene tibi Erit.

3. Uxor tua sicut vitis abUNDans, \* in latéribus domus TUae.

4. Fílii tui sicut novéllae oliVARum, \* in circúitu mensae TUae.

5. Ecce sic benedicétur HOMO \* qui timet Dóminum.

6. Benedícat tibi Dóminus *ex* Sion : \* et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vítæ* TUae.

7. Et vídeas filios filiórurum *tu*Orurum, \* *pacem super* ISrael.

8. Glória Patri, *et* Filio, \* *et* Spiritui SANcto.

9. Sicut erat in princípío, et nunc *et* SEMper, \* *et* in saécula saeculórurum. Amen.

Psalmus 129.

**D**E profúndis clamávi ad *te* DOMine : \* Dómine exáudi *vocem* MEam.

2. Fiant aures tuae *intendentes* \* in *vocem deprecatiõnis* MEae.

3. Si iniquitátes observáveris DOMine, \* Dómine, quis *sustinebit*?

4. Quia apud te propitiátio est : \* *et* propter legem tuam sustinui *te* DOMine.

5. Sustinuit ánima mea in *verbo* Eius : \* sperávit ánima mea *in* DOMino.

6. A custódia matutína usque *ad* NOctem, \* speret ISrael *in* DOMino.

7. Quia apud Dóminum *miseri*CORDia : \* *et* copiósa apud *eum redemptio*.

8. Et ipse *redimet* ISrael \* *ex* ómnibus iniquitátibus Eius.

9. Glória Patri, *et* Filio, \* *et* Spiritui SANcto.

10. Sicut erat in princípío, et nunc, *et* SEMper, \* *et* in saécula saeculórurum. Amen.



## Psalmus 131.

**M**EMÉNTO DOMine DAvid, \* et omnis mansueTUdinis  
Eius :

2. Sicut iuRAvit DOMino, \* votum vovit DEo IAcob :
3. Si introiero in tabernáculum DOMus MEae, \* si ascéndero in lectum STRAti MEi :
4. Si dédero somnum Oculis MEis, \* et pálpebris meis dormiTAtiOnem :
5. Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam LOCum DOMino, \* tabernáculum DEo IAcob.
6. Ecce audívimus Eam in Ephrata : \* invénimus eam in CAMpīs SILvae.
7. Introíbimus in taberNACulum Eius : \* adorábimus in loco ubi stetérunt PEdes Eius.
8. Surge Dómine in REquiem TUam, \* tu et arca sanctificatiOnis TUae.
9. Sacerdótes tui induANTur inSTItiam : \* et sancti TUi exSULTent.
10. Propter David SERvum TUum, \* non avértas faciém CHRIsTi TUi.
11. Iurávit Dóminus David veritátem, et non fruSTRAbitur Eam : \* de fructu ventris tui ponam super SEDem TUam.
12. Si custodierint filii tui testaMENTum MEum, \* et testimónia mea haec, quae doCEbo Eos :
13. Et filii eórum USque in SAEculum, \* sedébunt super SEDem TUam.
14. Quóniam elégit DOMinus Sion : \* elégit eam in habitatiOnem Sibi.
15. Haec réquies mea in SAEculum SAEculi : \* hic habitábo, quóniam eLEgi Eam.
16. Víduam ejus benedicens BENE DICam : \* páuperes eius satuRABo PANibus.

17. Sacerdotes eius induam SALuTari : \* et sancti eius exsultatione EXsulTABunt.

18. Illuc producam CORnu DAvid, \* paravi lucernam CHRisto MEo.

19. Inimicos eius induam confUSiONE : \* super ipsum autem efflorebit sanctifiCATio MEa.

20. Gloria PATri, et Filio, \* et SPIRItui SANcto.

21. Sicut erat in principio, et NUNC, et SEMper, \* et in saecula saecuLorum. Amen.

Psalmus 136.

SUPER flumina Babylonis, illic sedimus et FLEvimus : \* cum recordarémur Sion :

2. In salicibus in medio Eius, \* suspendimus organa NOstra.

3. Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duXERunt nos, \* verba cantionum :

4. Et qui abduXERunt nos : \* Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

5. Quomodo cantabimus canticum Domini \* in terra aliEa?

6. Si oblitus fuero tui IeRUusalem, \* oblivioni detur dextera MEa.

7. Adhaereat lingua mea faucibus MEis, \* si non meminero Tui :

8. Si non proposuero IeRUusalem, \* in principio laetitiae MEae.

9. Memor esto Domine filiorum Edom, \* in die IeRUusalem :

10. Qui dicunt : Exinanite, exinanite \* usque ad fundamentum in Ea.

496 Psalmi ad Vesperas in Dominicis et Festis.

11. Fília Babylónis MIsEra : \* beátus qui retribuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti NObis.

12. Beátus, qui teNEbit, \* et allidet párvulos tuos ad PEtram.

13. Glória Patri, et Filio, \* et Spíritui SANcto.

14. Sicut erat in princípio, et nunc et SEMper, \* et in saécula saeculórum. Amen.

Psalmus 137.

CONFITÉBOR tibi Dómine in toto CORde MEo : \* quóniam audísti verba *Oris* MEi.

2. In conspéctu Angelórum PSALlam Tibi : \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor NOmíni TUo.

3. Super misericórdia tua et veriTate TUA : \* quóniam magnificásti super omne, nomen SANctum TUum.

4. In quacúmque die invocávero TE, exAUDi me : \* multiplicábis in ánima MEa virTUTem.

5. Confiteántur tibi Dómine omnes REges TERRae : \* quia audiérunt ómnia verba *Oris* TUI :

6. Et cantent in VIis DOMini : \* quóniam magna est GLORIA DOMini.

7. Quóniam excélsus Dóminus, et huMilia REspicit : \* et alta a LONGe coGNoscit.

8. Si ambulávero in médio tribulatiónis, viVIfiCabis me : \* et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit DEXtera TUA.

9. Dóminus reTRIBuet PRO me : \* Dómine misericórdia tua in saeculum : ópera mánuum tuárum NE deSPicias.

10. Glória PATri, et Filio, \* et SpIRitui SANcto.

11. Sicut erat in princípio, et NUNC, et SEMper, \* et in saécula saecuLORum. Amen.

Psalmus 138.

**D**ÓMINE probásti me et COgnoVisti me : \* tu cognovisti sessionem meam et resurrectiOnem MEam.

2. Intellexísti cogitationés MEAs de LONGe : \* sémitam meam et funículum meum in *VEstiGAs*ti.

3. Et omnes vias meas PRAEerDIsti : \* quia non est sermo in *LINgua* MEa.

4. Ecce Dómine tu cognovísti ómnia, novíssima ET *anTI*qua : \* tu formásti me, et posuísti super me *MA*num TUam.

5. Mirábilis facta est sciéntia TUa EX me : \* confortáta est, et non póteRO ad Eam.

6. Quo ibo a SPIritu TUo? \* et quo a fácie TUa FUGiam?

7. Si ascéndero in CAElum, *tu* ILlic es : \* si descéndero in inFERnum, ADes.

8. Si sumpsero pennas MEAs *di*LUculo, \* et habitávero in exTREmis MARis :

9. Etenim illuc manus TUa *de*DUcet me : \* et tenébit me DEXtera TUa.

10. Et dixi : Fórsitan ténebrae CONculCAbunt me : \* et nox illuminátio mea in deLiciis MEis.

11. Quia ténebrae non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies iLLUmiNAbitur : \* sicut ténebrae eius, ita et *L*Umen Eius.

12. Quia tu possedísti REnes MEos : \* suscepísti me de útero *MA*tris MEae.

13. Confitébor tibi quia terribíliter maGNIfiCATus es : \* mirabilia ópera tua, et ánima mea coGNOscit NIMis.

14. Non est occultátum os meum a te, quod fecísti IN ocCULto : \* et substántia mea in inferiOribus TERRae.

15. Imperfécum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo Omnes *scri*BENtur : \* dies formabúntur, et NEMO in Eis.

16. Mihi autem nimis honorificati sunt amici TUi DEUS : \* nimis confortatus est principiATUS eORUM.

17. Dinumerabo eos, et super arenam multiPLICABUNTUR : \* exsurrexi, et ADHUC sum TECUM.

18. Si occideris DEUS PECCATOres : \* viri sanguinum declinate A me :

19. Quia dicitis in cogitatione : \* accipient in vanitate civitates TUas.

20. Nonne qui oderunt te DOMINE, Oderam? \* et super inimicos tuos TABESCEbam?

21. Perfecto odio Oderam ILlos : \* et inimici Facti sunt Mihi.

22. Proba me DEUS, et SCITO cor MEum : \* interroga me, et cognosce SEMITAS MEas.

23. Et vide si via iniquitatis in ME est : \* et deduc me in VIA aETERNA.

24. Gloria PATRI, et FILIO, \* et SPIRITUI SANCTO.

25. Sicut erat in principio, et NUNC, et SEMPER, \* et in saecula saeculORUM. Amen.

Psalmus 144.

**E**XALTABO te DEUS MEUS rex : \* et benedicam nomini tuo in saeculum et in saeculum SAECULI.

2. Per singulos dies benedicam TIBI : \* et laudabo nomen tuum in saeculum et in saeculum SAECULI.

3. Magnus Dominus et laudabilis NIMIS : \* et magnitudinis eius non est FINIS.

4. Generatio et generatio laudabit opera TUA : \* et potentiam tuam pronuntiabunt.

5. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loQUENTUR : \* et mirabilia tua narRabunt.

6. Et virtutem terribilium tuorum DICent : \* et magnitudinem tuam narRabunt.

7. Memóriam abundántiae suavítatis tuae eruCTAbunt : \* et iustítia tua exsulTAbunt.

8. Miserátor et miséricors Dóminus : \* pátiens et multum miSERicors.

9. Suávis Dóminus uniVERsis : \* et miseratiónes eius super ómnia ópera Eius.

10. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera TUa : \* et sancti tui benedícant Tibi.

11. Glóriam regni tui DICent : \* et poténtiam tuam loQUENTur :

12. Ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam TUam : \* et glóriam magnificéntiae regni TUI.

13. Regnum tuum regnum ómnium saeculORum : \* et dominátio tua in omni generatióne et generatiOnem.

14. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis SUis : \* et sanctus in ómnibus operibus SUis.

15. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus Eum : \* ómnibus invocántibus eum in veriTate.

16. Voluntátem timéntium se FACiet : \* et deprecationem eórum exaudiet : et salvos fáciat Eos.

17. Custódit Dóminus omnes diligENTES se : \* et omnes peccátóres disPERdet.


18. Laudatiónem Dómini loquétur os MEum : \* et benedícat omnis caro nómini sancto eius in saeculum et in saeculum SAECuli.

19. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui SANcto.

20. Sicut erat in princípío, et nunc, et SEMper, \* et in saecula saeculórum. Amen.

## Canticum B. Mariae Virginis :


## Ton. 1. Simplex.



- |  |                             |  |  |  |
|--|-----------------------------|--|--|--|
| 1. MA-GNÍ-FICAT *                                    |                             |  |  |  |
| 2. Et ex- sultávit                                   | spí- ri- tus me- us *       |  |  |  |
| 3. Qui-a respéxit humilitátem an-cíl- lae su- ae : * |                             |  |  |  |
| 4. Qui-a fecit mihi                                  | ma- gna qui pot-ens est : * |  |  |  |
| 5. Et mi- sericórdia eius a pro- génie               | in pro- gé- ni- es *        |  |  |  |
| 6. Fe- cit poténtiam in                              | brá- chi- o su- o : *       |  |  |  |
| 7. De- pó- suit pot-                                 | én- tes de se- de, *        |  |  |  |
| 8. E- su- riéntes im-                                | plé- vit bo- nis : *        |  |  |  |
| 9. Suscé- pit Israel                                 | pú- e- rum su- um, *        |  |  |  |
| 10. Sic-ut locútus est ad                            | pa- tres no- stros, *       |  |  |  |
| 11. Glóri- a   | Pa- tri, et Fí- li- o, *    |  |  |  |
| 12. Sic-ut erat in princípío, et                     | nunc, et sem- per, *        |  |  |  |




Dóminum. Dómi-num. Dóminum. Dóminum. Dóminum.  
me- o. me- o.



- |                                       |                            |  |  |  |
|---------------------------------------|----------------------------|--|--|--|
| 1. MA-GNÍ-FICAT *                     |                            |  |  |  |
| 2. Et ex- sultávit                    | spí- ri- tus me- us *      |  |  |  |
| 3. Qui-a respéxit humilitátem         | an- cíl- lae su- ae : *    |  |  |  |
| 4. Qui-a fecit mihi                   | ma- gna qui potens est : * |  |  |  |
| 5. Et mi- sericórdia eius a progéni-e | in pro- gé- ni- es *       |  |  |  |
| 6. Fe- cit poténtiam in               | brá- chi- o su- o : *      |  |  |  |
| 7. De- pó- suit pot-                  | én- tes de se- de, *       |  |  |  |
| 8. E- su- riéntes                     | im- plé- vit bo- nis : *   |  |  |  |
| 9. Suscé- pit Israel                  | pú- e- rum su- um, *       |  |  |  |
| 10. Sic-ut locútus est                | ad pa- tres no- stros, *   |  |  |  |
| 11. Glóri- a                          | Pa- tri, et Fí- li- o, *   |  |  |  |
| 12. Sic-ut erat in princípío,         | et nunc, et sem- per, *    |  |  |  |

## Magnificat.

D.




- |                                      |                    |            |
|--------------------------------------|--------------------|------------|
| 1. ánima                             | me- a              | Dó- minum. |
| 2. in Deo salu-                      | tá- ri             | me- o.     |
| 3. ecce enim ex hoc beátam me dicent | omnes gene-ra- ti- | ó- nes.    |
| 4. et sanctum                        | no- men e-         | ius.       |
| 5. timén-                            | ti- bus e-         | um.        |
| 6. dispérsit supérbos mente          | cor- dis su-       | i.         |
| 7. et exal-                          | tá- vit hú-        | miles.     |
| 8. et dívites dimí-                  | sit in- á-         | nes.       |
| 9. recordátus misericór-             | di- ae su-         | ae.        |
| 10. Abraham, et sémini e-            | ius in saé- cula.  |            |
| 11. et Spíri-                        | tu- i San-         | cto.       |
| 12. et in saécula saecu-             | ló- rum. A-        | men.       |

a.


a 2.

a 3.



Dóminum. Dóminum. Dóminum.


D.




- |                                      |                    |            |
|--------------------------------------|--------------------|------------|
| 1. ánima                             | me- a              | Dó- minum. |
| 2. in Deo salu-                      | tá- ri             | me- o.     |
| 3. ecce enim ex hoc beátam me dicent | omnes gene-ra- ti- | ó- nes.    |
| 4. et sanctum                        | no- men e-         | ius.       |
| 5. timén-                            | ti- bus e-         | um.        |
| 6. dispérsit supérbos mente          | cor- dis su-       | i.         |
| 7. et exal-                          | tá- vit hú-        | miles.     |
| 8. et dívites dimí-                  | sit in- á-         | nes.       |
| 9. recordátus misericór-             | di- ae su-         | ae.        |
| 10. Abraham, et sémini e-            | ius in saé- cula.  |            |
| 11. et Spíri-                        | tu- i San-         | cto.       |
| 12. et in saécula saecu-             | ló- rum. A-        | men.       |




## Ton. 2. Simplex.



MAGNÍ-FI-CAT \* 2. Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us \*  
Solemnis.



1. MA-GNÍ-FI-CAT \*
2. Et ex-sul-távit spí-ri-tus me-us, \*
3. Qui-a re-spéxit humilitátem an-cíl-lae su-ae : \*
4. Qui-a fe-cit mihi ma-gna qui pot-ens est : \*
5. Et mi-se-ricórdia eius a progéni-e in progé-ni-es \*
6. Fe-cit pot-éntiam in brá-chi-o su-o : \*
7. De-pó-su-it pot-én-tes de se-de, \*
8. E-su-ri-éntes im-plé-vit bo-nis : \*
9. Suscé-pit Israel pú-e-rum su-um, \*
10. Sic-ut lo-cútus est ad pa-tres no-stros, \*
11. Glóri-a Pa-tri, et Fí-li-o, \*
12. Sic-ut e-rat in princípio, et nunc, et sem-per, \*




MA-GNÍ-FI-CAT \*

Solemnis.



1. MAGNÍ-FI-CAT \*
2. Et ex-sultávit spí-ri-tus me-us \*
3. Qui-a respéxit humilitátem an-cíl-lae su-ae : \*
4. Qui-a fecit mihi ma-gna qui potens est : \*
5. Et mi-ericórdia eius a progénie in progéni-es \*
6. Fe-cit pot-éntiam in brá-chi-o su-o : \*
7. De-pó-suit pot-én-tes de se-de, \*
8. E-su-ri-éntes im-plé-vit bo-nis : \*
9. Suscé-pit Israel pú-e-rum su-um, \*
10. Sic-ut locútus est ad pa-tres no-stros, \*
11. Glóri-a Pa-tri, et Fí-li-o, \*
12. Sic-ut erat in princípio, et nunc, et sem-per, \*


D.



- |   |         |             |
|---|---------|-------------|
| 1. ánima me-                                  | a       | Dó- mi-num. |
| 2. in Deo salutá-                             | ri      | me- o.      |
| 3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes genera-ti- | ti-     | ó- nes.     |
| 4. et sanctum no-                             | men e-  | ius.        |
| 5. timénti-                                   | bus e-  | um.         |
| 6. dispérsit supérbos mente cor-              | dis su- | i.          |
| 7. et exaltá-                                 | vit hú- | mi-les.     |
| 8. et dívites dimísit                         | in- á-  | nes.        |
| 9. recordátus misericórdi-                    | ae su-  | ae.         |
| 10. Abraham, et sémini eius                   | in saé- | cu-la.      |
| 11. et Spirítu-                               | i San-  | cto.        |
| 12. et in saécula saeculó-                    | rum. A- | men.        |





Dómi-num. me- a Dóminum. me- a Dóminum.



- |   |              |             |
|---|--------------|-------------|
| 1. ánima  | me-a         | Dó- mi-num. |
| 2. in Deo salu-                                 | tá- ri       | me- o.      |
| 3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes gene-ra- ti- | ti-          | ó- nes.     |
| 4. et sanctum                                   | no- men e-   | ius.        |
| 5. timén-                                       | tí- bus e-   | um.         |
| 6. dispérsit supérbos mente                     | cor- dis su- | i.          |
| 7. et exal-                                     | tá- vit hú-  | mi-les.     |
| 8. et dívites dimí-                             | sit in- á-   | nes.        |
| 9. recordátus misericór-                        | di- ae su-   | ae.         |
| 10. Abraham, et sémini e-                       | ius in saé-  | cu-la.      |
| 11. et Spirí-                                   | tu- i San-   | cto.        |
| 12. et in saécula saecu-                        | ló- rum. A-  | men.        |

## Ton. 4. Simplex.






1. áni-	ma me- a	Dómi-num.
2. in Deo sa-	lu- tá- ri	me-o.
3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes	ge- ne- ra- ti-	ó- nes.
4. et san-	ctum no- men	e- ius.
5. ti-	mén- ti- bus	e- um.
6. dispérsit supérbos men-	te cor- dis	su- i.
7. et ex-	al- tá- vit	hú- mi- les.
8. et dívites di-	mí- sit in- á-	nes.
9. recordátus miseri-	cór- di- ae	su- ae.
10. Abraham, et sémini	e- ius in	saé- cu- la.
11. et Spi-	rí- tu- i	San- cto.
12. et in saécula sae-	cu- ló- rum.	A- men.

A transp.

A\* transp.




á-ni-ma me- a Dóminum. Dómi-num.




1. ánima	me- a	Dó-mi-num.
2. in Deo salu-	tá- ri	me- o.
3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes	ge- ne- ra- ti-	ó- nes.
4. et sanctum	no- men	e- ius.
5. ti-	mén- ti- bus	e- um.
6. dispérsit supérbos mente	cor- dis	su- i.
7. et exal-	tá- vit	hú- mi- les.
8. et dívites di-	mí- sit in- á-	nes.
9. recordátus miseri-	cór- di- ae	su- ae.
10. Abraham, et sémini	e- ius in	saé- cu- la.
11. et Spi-	rí- tu- i	San- cto.
12. et in saécula saecu-	ló- rum.	A- men.

## Ton. 6. Simplex.




## MAGNÍ-FICAT \*

## Solemnis.




- |                                     |  |                            |
|-------------------------------------|--|----------------------------|
| 1. MAGNÍ-FICAT                      |  | spí-ri-tus me-us *         |
| 2. Et ex-sultávit                   |  | an-cíl-lae su-ae : *       |
| 3. Qui-a respéxit humilitátem       |  | ma-gna qui pot-ens est : * |
| 4. Qui-a fecit mihi                 |  | in pro-gé-ni-es *          |
| 5. Et mi-ericórdia eius a progéni-e |  | brá-chi-o su-o : *         |
| 6. Fe-cit poténtiam in              |  | én-tes de se-de, *         |
| 7. De-pó-suit pot-                  |  | im-plé-vit bo-nis : *      |
| 8. E- su-riéntes                    |  | pú-e-rum su-um, *          |
| 9. Suscé-pit Israel                 |  | ad pa-tres no-stros, *     |
| 10. Sic-ut locútus est              |  | Pa-tri, et Fí-li-o, *      |
| 11. Glóri-a                         |  | et nunc, et sem-per, *     |
| 12. Sic-ut erat in princípio,       |  |                            |

## Ton. 7. Simplex.




## MAGNÍ-FICAT \*

## Solemnis.




- |                                    |  |                            |
|------------------------------------|--|----------------------------|
| 1. MAGNÍ-FICAT *                   |  | spí-ri-tus me-us *         |
| 2. Et ex-sultávit                  |  | an-cíl-lae su-ae : *       |
| 3. Qui-a respéxit humilitátem an-  |  | ma-gna qui pot-ens est : * |
| 4. Qui-a fecit mihi                |  | in pro-gé-ni-es *          |
| 5. Et mi-ericórdia eius a progénie |  | brá-chi-o su-o : *         |
| 6. Fe-cit poténtiam in             |  | én-tes de se-de, *         |
| 7. De-pó-suit pot-                 |  | im-plé-vit bo-nis : *      |
| 8. E- su-riéntes im-               |  | pú-e-rum su-um, *          |
| 9. Suscé-pit Israel                |  | ad pa-tres no-stros, *     |
| 10. Sic-ut locútus est ad          |  | Pa-tri, et Fí-li-o, *      |
| 11. Glóri-a                        |  | nunc, et sem-per, *        |
| 12. Sic-ut erat in princípio, et   |  |                            |

F.



1. ánima	me- a	Dó- mi- num.
2. in Deo salu-	tá- ri	me- o.
3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes gene-	ra- ti-	ó- nes.
4. et sanctum	no- men	e- ius.
5. tímén-	ti- bus	e- um.
6. dispérsit supérbos mente	cor- dis	su- i.
7. et exal-	tá- vit	hú- mi- les.
8. et dívites dimí-	sit in-	á- nes.
9. recordátus misericór-	dí- ae	su- ae.
10. Abraham, et sémini e-	ius in	saé- cu- la.
11. et Spirí-	tu- i	San- cto.
12. et in saécula saecu-	ló- rum.	A- men.




me- a Dómi- num. Dómi- num. Dómi- num. Dómi- num.



1. ánima	me- a	Dó- mi- num.
2. in Deo salu-	tá- ri	me- o.
3. ecce enim ex hoc b. me d. omnes gene-	ra- ti-	ó- nes.
4. et sanctum	no- men	e- ius.
5. ti-	mén- ti-	bus e- um.
6. dispérsit supérbos mente	cor- dis	su- i.
7. et exal-	tá- vit	hú- mi- les.
8. et dívites di-	mí- sit in-	á- nes.
9. recordátus miseri-	cór- di- ae	su- ae.
10. Abraham, et sémini	e- ius in	saé- cu- la.
11. et Spi-	rí- tu- i	San- cto.
12. et in saécula saecu-	ló- rum.	A- men.

Ton. 8. Simplex.



MA-GNÍ-FI- CAT \*




Et ex-sul-távit spí-ri- tus me- us \*




Solemnis.

1. MA-GNÍ-FI- CAT
2. Et ex-sul-távit spí-ri- tus me- us \*
3. Qui-a re-spéxit humilitá-  
tem an-cíl- lae su- ae : \*
4. Qui-a fe- cit mihi ma- gna qui pot- ens est : \*
5. Et mi- se- ricórdia eius a  
progéni-e in progé- ni- es \*
6. Fe- cit pot-éntiam in brá-chi- o su- o : \*
7. De- pó- su- it pot- én- tes de se- de, \*
8. E- su- ri- éntes im- plé- vit bo- nis : \*
9. Sus- cé- pit Israel pú- e- rum su- um, \*
10. Sic- ut lo- cútus est ad pa- tres no- stros, \*
11. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, \*
12. Sic- ut e- rat in princípio, et nunc, et sem- per, \*



- |                                      |                      |              |
|--------------------------------------|----------------------|--------------|
| 1. ánima                             | me- a                | Dó- mi- num. |
| 2. in Deo salu-                      | tá- ri               | me- o.       |
| 3. ecce enim ex hoc beátam me dicent | omnes gene- ra- ti-  | ó- nes.      |
| 4. et sanctum                        | no- men e-           | ius.         |
| 5. tímén-                            | ti- bus e-           | um.          |
| 6. dispérsit supérbos mente          | cor- dis su-         | i.           |
| 7. et exal-                          | tá- vit hú- mi- les. |              |
| 8. et dívites dimí-                  | sit in- á- nes.      |              |
| 9. recordátus misericór-             | li- ae su- ae.       |              |
| 10. Abraham, et sémini e-            | ius in saé- cu- la.  |              |
| 11. et Spirí-                        | tu- i San- cto       |              |
| 12. et in saécula saecu-             | ló- rum. A- men.     |              |




ánima me- a Dóminum.      ánima me- a Dóminum.





Foto Fratelli Alinari, Florentiae.



# PROPRIUM SANCTORUM.


FESTA NOVEMBRIS.

29. Omnium Sanctorum Seraphici Ordinis.


*Duplex maius.*

IN I. VESPERIS.


I. Ant. I. f



IDI turbam magnam \* quam di-nume-rá-re



nemo pót-e-rat, ex ómnibus génti-bus, stantes ante thro-




num. *Ps. 109.* DI-XIT DÓmi-nus DOmi-no ME-o : \* Sede a dex-



tris ME-is. 482.

2. Ant.


I. f




T se-ni-ó-res \* stabant in circú-i-tu thro-ni; et




ce-ci-dé-runt in conspéctu thro-ni in fá-ci-es su-as : et



ad-o-ravé-runt De-um. *Ps. 110.* CONFITÉBOR ti-bi, Dómi-ne,



in to-to CORde ME-o : \* in consí-li-o iustó-rum et congre-




*ga-ti-* One. 483.

3. Ant.


8. G

**R**


ED-EMÍSTI nos, \* Dómi-ne De-us, in Sánguine



tu-o, ex omni tri-bu, et lingua, et pópu-lo, et na-ti-ó-



ne; et fe-císti nos De-o nostro regnum. *Ps. 111.* BE-ÁTUS




vir qui timet DOMi-num : \* in mandá-tis e-ius *vo-let* NImis. 484.

4. Ant.

7. c


**B**

E-NE-DÍ-CI-TE, \* spí-ri-tus et á-nimae iustó-rum, Dómi-






no : sancti et húmi-les corde, laudá-te De- um. *Ps. 112.* LAU-




DÁTE PU- e-riD Ominum : \* laudá-te N Omen DOmi-ni. 485.



**H** YMNUS \* ómnibus Sanctis e-ius : fí- li- is Isra- el,



pópu-lo appropinquánti si- bi. *Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum



omnes GENTES : \* laudá-te e- um *omnes* PÓpu- li. 489.

### Capitulum.

*Apoc. 7, 2-3.*


**E**CCE ego Ioánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi; et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terrae et mari, dicens : Nolíte nocére terrae et mari, neque arbóribus, quoadúsque signé- mus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

### Hymnus.


8.




**P** LA- CÁ-RE, Chri-ste, sérvu- lis, Qui- bus Patris cle-  
2. Vos, purpu- rá- ti Már-ty-res, Vos can- di-dá- ti




1. mén-ti- am Tuæ ad tribú-nal grá- ti- ae Patró- na Vir-  
2. praémi- o Con-fes- si- ó-nis, éxsu- les Vo-cá- te nos



1. go pó-stu-lat. 3. Cho-ré-a ca-sta Vír-gi-num, Et quos  
2. in pá-tri-am. 4. Au-fér-te gen-tem pér-li-dam Cre-dén-  
5. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, Na-tó-



3. e-ré-mus ín-co-las Transmí-sit a-stris, Caé-li-tum  
4. ti-um de fí-ni-bus, Ut u-nus omnes ú-ni-cum  
5. que Pa-tris ú-ni-co, San-cto sí-mul Pa-rácli-to,



3. Lo-cá-te nos in sé-dibus.  
4. O-ví-le nos pa-stor regat.  
5. In sem-pi-tér-na saé-cu-la. A-men.

Y. Oráte pro nobis, omnes Sancti Ordinis Minórum.


R̄. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

#### Ad Magnificat, Antiphona.


I. D

O


Patri-árcha páupe-rum, \* Fran-cí-sce, vosque,



fí-li-i e-ius, di-ví-nae le-gis Do-ctó-res, Christi Márty-res,



san-cti Con-fessó-res, Vír-gi-nes Dó-mi-ni, A-nacho-



rí-tae, sanctaéque Mu-lí-e-res, et Be-á-ti o-mnes,



intercé-                      di- te pro no- bis.

E u o u a e.

## Oratio.


**O**MNIPOTENS, sempitérne Deus, qui Ecclésiám tuam váriis Sanctórum splendóribus semper illústras et válda protectióne confirmas : † da nobis, beáti Francísci et sanctórum eius filiórum mérita sub una celebritáte venerántibus; \* ut nunc ab ómnibus mundémur oflénsis, et tandem glória perfruámur aetérna. Per Dóminum.

*Pro Commemoratione S. Iacobi a Marchia, Conf. I. Ord.*

Ant.  
7. a

**D**

E-DIT il-li Dóminus \* sci- énti- am sanctó- rum;



honestá-vit illum in labó-ri-bus, et complé- vit labó-res

il- lí- us. E u o u a e. ∇. Iustum.

## Oratio.

**D**EUS, qui ad animárum salútem et peccatóres e vitiórum coeno ad viam virtútis revocándos, beátum Iacóbum Confesórem tuum Evangélli praecónem exímium effecísti : † concéde propítius; ut eius intercessióne a peccátis ómnibus expiáti, \* vitam consequámur aetérnam. Per Dóminum.

*Deinde, in Adventu, Com. Ferae; postea S. Saturnini, Mart. : Ant. Iste sanctus. ∇. Glória. [13].*

## Oratio.


**D**EUS, qui nos beáti Saturníni Mártiris tui concédis natalítio pérfrui : \* eius nos tribue méritis adiuvári. Per Dóminum.

*Completorium de Dominica, 82; Tonus Hymni ut supra, 93.*

## AD LAUDES.

*Antiphonae et Capitulum de I. Vesperis, 511. Psalmi de Dominica, 4.*

## Hymnus.




**S**

A- LÚTIS ae-térnae da-tor, Ie-su. red-émptis súb-



ve-ni; Virgo, pa-rens cleménti-ae, Do-na sa-lú-tem sér-



vu-lis.

2. Cohors triúmphan̄s Márti-  
rum,  
Almus Sacerdótum chorus,  
Et virginális cástitas  
Nostros reátus ábluant.

3. Quicúmque in alta síderum  
Regnátis aula príncipes,

Favéte votis súpplicum,  
Qui dona caeli flágitant.

4. Virtus. honor, laus, glória  
Deo Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculorum saecula.

Amen.


Ÿ. Oráte pro nobis, omnes Sancti Ordinis Minórum.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

## Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

**T**



E Márti-rum candi-dá- tus \* lau-dat

ex-



ér-ci-tus, Te glo-ri-ó-sus Pon-tí-fi-cum cho-rus, Te be-á-  
 tus Confessó-rum coe-tus, Te Vír-gi-num et Mu-lí-e-rum  
 laudá-bi-lis nú-me-rus, Te omnes Sancti et E-lé-cti, vo-  
 ce confi-tén-tur un-á-nimes, be-á-ta Trí-ni-tas, u-nus  
 De-us. E u o u a e.

*In Adventu, Com. Feriæ; deinde Com. S. Saturnini: Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

#### Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 46.*

*Capitulum. Ecce ego. ut in I. Vesperis, 513; R. br. Laetámini in Dómino. [34].*

#### Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Apoc. 7, 4.*

**E**T audivi número signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel.

*R. br. Exsúltent iusti. [35].*

#### Ad Nonam.

*Capitulum.*

*Apoc. 7, 14.*

**H**I sunt qui venérunt de tribulatione magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sanguine Agni.

*R. br. Iusti autem. [35].*



*Vesperae de sequenti; Com. praecedentis ut infra, et in Adventu etiam Ferae.*


*Sicubi II. Vesperae sint dicendae de Omnibus Sanctis: Omnia ut in I. Vesperis praeter ultimum Ps. 115. Crédidi, 488. et Ant. Ad Magnificat, O quam gloriósum. ut infra, 521.*

## 30. Sancti ANDREAE Apostoli.


*Duplex II. classis.*

### IN I. VESPERIS.


I. Ant. 7. c




ALVE Crux pre-ti- ó-sa, \* súsci-pe discí-pu-lum



e-ius qui pe-péndit in te, mag-íster me- us Chri-stus.



*Ps. 109. DI-XIT Dóminus DÓmino ME-o: \* Se-de a DEXtris*




ME- is. 482.


2. Ant.

8. G


**B**




E-ÁTUS André- as \* o-rábat di- cens: DÓ- mine,




Rex aetérnae gló-ri- ae, súsci-pe me pendéntem in pa-tí-



bu-lo. *In I. Vesp. Ps. 110.* CONFITĒBOR ti-bi, DÓmi-ne, in to-to  
*In II. Vesp. Ps. 112.* LAUDÁTE pú-c-



corde ME- o : \* in consí-li-o iustó-rum et congrega-ti-  
 ri DÓminum : \* lau-dá-te *nomen*




O- ne. 483.  
 DÓmi-ni. 485.


3. Ant.  
 8. G



**A** NDRÉ-AS Chri-sti fámu-lus, \* dignus De-i A-pó-



sto-lus, germánus Pe-tri, et in passi-ó-ne só-ci-us.




*In I. Vesp. Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui ti-met DÓmi-num : \*  
*In II. Vesp. Ps. 115.* CRÉ-DI-DI pro-pter quod lo-CU-tus sum : \*



in mandá-tis e-ius vo-let NImis. 484.  
 ego au-tem hu-mi-li-á-tus sum NImis. 488.


4. Ant.  
 8. G



**M** AXIMILLA Christo amá-bi-lis, \* tu-lit corpus A-pó-




sto-li : óptimo lo-co cum a-romá-tibus sepe-lí-vit.



*In I. Vesp. Ps. 112.* LAUDÁ-TE, pú-e-ri,

*In II. Vesp. Ps. 125.* IN conver-téndo Dóminus capti-vi-tá-tem



DOmi-num : \* laudá-te *nomen* DÓmi-ni. 485.


SI-on : \* fa-cti sumus sic-ut *conso-*LA-ti. 492.

5. Ant.


7. a

**Q**

UI persequebántur iustum, \* demersísti e-os Dómi-




ne in inférno : et in ligno cru-cis dux iu-sti fu-í-sti.



*In I. Vesp. Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminus Omnes GEN-


*In II. Vesp. Ps. 138.* DÓ-MINE, probásti me et CO-gno-Vísti



tes: \* laudá-te e-um

Omnes

me: \* tu cogno-vísti sessi-ó-nem me-am et re-surrecti-O-nem



POpu-li. 489.

ME-am. 497.

## Capitulum.

*Rom. 10, 10-11.*

**F**RATRES : Corde enim creditur ad iustitiam, † ore autem confessio fit ad salutem. \* Dicit enim Scriptura : Omnis qui credit in illum non confundetur.

*Hymnus.* Exsultet orbis. [3].

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terrae verba eorum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

*i. f*

**U**-NUS ex du-óbus \* qui se-cú-ti sunt Dómi-num,  
 e- rat André-as, fra-ter Si-mó-nis Pe-tri, alle- lú- ia.

E u o u a e.

## Oratio.

**M**AIESTATEM tuam Dómine suppliciter exorámus : \* ut sicut Ecclesiae tuae beátus Andréas Apóstolus exstitit praedicator et rector ; \* ita apud te sit pro nobis perpétuus intercissor. Per Dóminum.

*Com. Omnium Sanctorum Ordinis.*

*6. F*

**O** quam glo-ri-ó-sum est regnum, \* in quo cum  
 Chri-sto gaudent omnes Sancti ! a-mícti sto-lis al-bis, se-  
 quántur A-gnum quo-cúm-que í-e-rit. E u o u a e.

Ÿ. Orate pro nobis, omnes Sancti Ordinis Minórum.

℞. Ut digni efficiámur promissiõibus Christi.

*Oratio.* Omnípotens. 515.

*Deinde, in Adventu, Com. Feriae.*

### AD LAUDES.

*Antiphonae de I. Vesperis, 518. Psalmi de Dominica, 4. Hymnus.*  
Exsúltet orbis. [3]. Ÿ. Annuntiavérunt. [6].

#### Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

**C** ONCÉ-DE no-bis \* hómi-nem iustum : redde no-bis hó-  
mi-nem sanctum : ne interfí-ci- as hómi-nem De- o carum,  
iustum, mansu-é-tum et pi- um. E u o u a e.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line red staff. The first staff begins with a large 'C' time signature. The text is written below the staves, with hyphens indicating syllables that span across multiple notes. The piece concludes with a double bar line.

*In Adventu fit Commemoratio Feriae.*

#### Ad Tertiam.

*Capit. Fratres. ut in I. Vesperis, [521]. ℞. br. In omnem terram. [7].*

#### Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Rom. 10, 12-13.*

**N**OX enim est distinctio Iudaei et Graeci : nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

℞. br. Constitues. Ÿ. Nimis honoráti. [7].

#### Ad Nonam.

*Capitulum.*

*Rom. 10, 16-18.*

**I**SAÍAS enim dicit : Dómine, quis crédidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terrae verba eórum.

℞. br. Nimis honoráti. Ÿ. Annuntiavérunt. [8].

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae et Capitulum de I. Vesperis, 518. Psalmi ut in II. Vesperis Apostolorum. Hymnus. Exsúltet orbis. [3].*

℣. Annuntiavérunt ópera Dei. ℞. Et facta eius intellexérunt.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

C

UM perve-nísset \* be-â-tus André-as ad lo-cum

u-bi crux pa-rá-ta e-rat, exclamávit et di-xit : O

bo-na crux, di-u de-si-de-rá-ta, et iam concu-piscénti

â-nimo praepa-rá-ta : se-cú-rus et gaudens vé-ni-o ad te :

i-ta et tu exsúltans suscí-pi-as me, discí-pu-lum e-

ius qui pe-pén-dit in te. E u o u a e.

*Com. sequentis et, in Adventu, etiam Feriae.*

## FESTA DECEMBRIS.

¶ *Prima die libera post Festum Omnium Sanctorum Ordinis fit*

## Commem. Omnium Defunct. Seraphici Ord.

*Duplex.*

*Omnia ut in Communi Defunctorum Officio, [129].*

**Oratio.**

**D**EUS, indulgentiarum Dómine : † da animábus Fratrum, Sorórum, propinquórum et benefactorum nostrórum, quorum anniversárium diem commemorámus; \* refrigerii sedem, quiétis beatitudinem et lúminis claritátem. Per Dóminum.

## 1. B. Antonii Bonfadini, Conf. I. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

**Oratio.**

**D**EUS, qui beátum Antónium Confessórem tuum sanctimónia vitæ et animárum zelo insígnem effecisti : concéde; † ut eius méritis et intercessióne, \* in virtútibus iúgiter proficiámus. Per Dóminum.

*In Adventu Com. Ferie.*

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et in Adventu etiam Ferie.*

## 2. S. Bibianae, Virg. et Mart.

*Semiduplex.*

*Ant. Veni sponsa I. V. Spécie. [82].*

**Oratio.**

**D**EUS ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martyrii palmam coniunxisti : † mentes nostras eius intercessióne tibi caritáte coniúge; \* ut amótiis perículis, praémia consequámur aetérna. Per Dóminum.

*Com. B. Antonii : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde, in Adventu, Ferie.*

*Vesperae de seq., Com. praeced. et Ferie.*

## 3. S. Francisci Xaverii Confessoris.

*Duplex maius.**Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui Indiárum gentes beáti Francisci praedicatione et miraculis Ecclesiae tuae aggregare voluisti : † concède propítius; ut cuius gloriósa mérita venerámur, \* virtútum quoque imitemur exépla. Per Dóminum.

*Com. S. Bibianae : Ant. Veni sponsa II. V̄. Diffúsa. [86]; deinde Feriae.**In II. Vesperis. Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69]; Com. seq., Feriae et S. Barbarae, Virg. et Mart.*4. S. Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris,  
et Ecclesiae Doctoris.*Duplex. (m. t. v.)**Ant. O Doctor... beáte Petre Chrysóloge. V̄. Amávit. [58].*

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínitus praemonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclesiam tuam éligi voluisti : † praesta, quaesumus; ut quem Doctórem vitae habuimus in terris, \* intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

*Deinde Com. Feriae. Postea S. Barbarae : Ant. Veni sponsa I. V̄. Spécie. [82].*

Oratio.

**D**EUS, qui inter cétera poténtiae tuae miracula, étiam in sexu frágili victóriam mártýrii contulisti : \* concède propítius; ut qui beatae Bárbarae Vírginis et Mártýris tuae natalitia cólimus, per eius ad te exépla gradiámur. Per Dóminum.

*In II. Vesperis. Ant. O Doctor. V̄. Iustum. [58]. Com. sequentis, Feriae et S. Sabbae, Abb.*



## 5. B. Nicolai de Tavileis, Mart. 1. Ord.

*Semiduplex.**Ant.* Iste Sanctus. *Ÿ.* Glória. [13].**Oratio.**

**D**EUS, qui beátum Nicoláum fidei propagándaе zelo et martýrii palma gloriósum effecísti : † praesta nobis, quaésumus, ut eius exémplo et intercessióne, \* viam mandatórum tuórum curréntes, aetérnae vitae bravíum accíperere mereámur. Per Dóminum nostrum.

*Deinde Com. Ferae; postea S. Sabbae: Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].**Oratio.**

**I**NTERCESSIO nos, quaésumus Dómine, beáti Sabbae Abbátis comméndet : \* ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

*Vesperae de seq., Com. praeced. et Ferae.*

## 6. S. Nicolai Episcopi, Confessoris.

*Duplex.**Ant.* Sacérdos. *Ÿ.* Amávit. [43].**Oratio.**

**D**EUS, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis : † tribue, quaésumus; ut eius méritis et précibus, \* a gehénnae incendiis liberémur. Per Dóminum.

*Com. B. Nicolai de Tavileis: Ant.* Qui vult. *Ÿ.* Iustus. [17]; *deinde Ferae.**Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis et Ferae.*

## 7. S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)**Ant.* O Doctor... beáte Ambrósi. *Ÿ.* Amávit. [58].**Oratio.**

**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Ambrósium mínistrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, \* intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

*Com. S. Nicolai: Ant.* Amávit. *Ÿ.* Iustum. [48]; *deinde Ferae.**Vesperae de sequenti: Com. tantum Ferae.*




Die 8. Decembris.

# IN CONCEPTIONE IMMACULATA BEATAE MARIAE VIRGINIS.

*Duplex I. classis cum Octava communi.*

## IN I. VESPERIS.


I. Ant. I. g 2



OTA pulchra es Ma-ri- a, \* et mácu-la




o-ri-gi-ná-lis non est in te. *Ps. 109. Di-*




xir Dóminus DOMIno ME-o: \* Se-de a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.  
8. G




V

ESTIMÉNTUM tu-um \* cándidum qua-si nix, et fá-




ci- es tu- a sic-ut sol. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú- e-ri Dóminum : \*




laudá-te *nomen* Dómi-ni. 485.

## 3. Ant.


8. c



**T** u gló-ri- a Ie- rú-sa-lem, \* tu lae-tí-ti- a Isra- el, tu




hono-ri- fí- cén-ti- a póp- u- li nostri. *Ps. 121.* LAETÁTUS sum in




his, quae dicta sunt MI- hi : \* in domum Dómini I- bimus. 489.

## 4. Ant.


7. a




**B** ENE-DÍCTA es tu, \* Virgo Ma- rí- a, a Dómi- no



De- o excélso prae ómni- bus mu- li- é- ri- bus super ter- ram.



*Ps. 126.* NI- SI Dóminus aedi- fí- CAve- rit Dó- mum, \* in vanum la-



bo- ravé- runt qui aedi- fí- cant E- am. 490.

5. Ant.

3. a 2

RA-HE nos \* Virgo imma-cu-lá-ta, post te curré-

mus in odó-rem unguentó-rum tu- ó-rum. *Ps. 147. LAUDA*

IerUsa-lem DOMI- num : \* lauda De- um tu- um SI- on. 491.

Capitulum.

*Prov. 8, 22-24.*

**D**ÓMINUS possédit me in iní- tio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a principio. † Ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra íferet. \* Nondum erant abyssi, et ego iam concépta eram.

*Hymnus. Ave maris stella. [121].*

V. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Maríae Vírginis.

R̄. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**B**

E- ÁTAM me di-cent \* omnes gene- ra-ti- ónes, qui- a

fe- cit mi- hi magna qui pot- ens est, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui per immaculátam Vírginis Conceptionem dignum Filio tuo habitáculum praeparásti : † quaesumus; ut qui ex morte eiúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti,\*

nos quoque mundos eius intercessióne ad te pervenire concédas.  
Per eúndem Dóminum.

*Com. Feriae.*

*Ad Completorium et Horas diei, Hymni cantantur in tono Festorum B. M. V., 92 et 46. et in fine dicitur: Iesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine. Quae doxologia servatur per totam Octavam ad omnes Hymnos eiusdem metri, praeterquam in Officio Dominicae infra Octavam vel in die Octavae occurrentis. — Tonus vero assignatus pro Horis et Completorio servatur per totam Octavam ad easdem Horas tantum, etiam in Festis, praeterquam in ipsa Dominica occurrente.*

## AD LAUDES.

*Antiphonae et Capitulum ut in I. Vesperis, 527.*

*Psalmi de Dominica, 4.*

*Hymnus. O gloriósa Virginum. [124].*

Ÿ. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Mariáe Virgínis.

℞. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a

A - IT DÓmi-nus De- us \* ad serpéntem : In-imi-cí-  
ti- as ponam inter te et mu- lí- e-rem, et semen tu-um,  
et semen il- lí- us : i- psa cónte-ret caput tu-um, alle-  
lú- ia. E u o u a e.

Ad Primam.

*In ℞. br. Ÿ. Qui natus es de Mariá Virgine. 33. Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus, non vero in Dominica quae infra Octavam vel in Octava occurrit.*

## Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 46.**Capitulum. Dóminus possédit me. ut in I. Vesperis, 529.*

R̄. br. 

**D** E- US omní-pot-ens \* Praecínxit me virtú- te. √. Et



pó-su- it immacu-lá-tam vi- am me- am. Gló-ri- a Patri.

√. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.


R̄. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

## Ad Sextam.


Capitulum.

*Ezech. 44, 2-3.*


**P**ORTA haec clausa erit, non aperiétur, et vir non intrábit per eam, † quóniam Dóminus Deus Israel ingressus est per eam : erítque clausa Príncipi. \* Princeps ipse sedébit in ea.

R̄. br. 

**I** N hoc cognó-vi \* Quó-ni- am vo- lu- ísti me.



√. Quó-ni- am non gaudé-bit in-imí-cus me- us super me.



Gló-ri- a Patri.

√. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me.

R̄. Nec delectásti inimícos meos super me.

## Ad Nonam.

Capitulum.

*Apoc. 12, 1.*

**S**IGNUM magnum appáruit in caelo : † Múlier amícta sole, et luna sub pédibus eius, \* et in cápite eius coróna stellárum duódecim.

R̄. br.

**E**X-ALTÁBO te Dómi-ne, \* Quó-ni-am sus- ce-písti  
me. V. Nec de-lectásti in-imí-cos me-os super me. Gló-

rí a Patri.

V. Immaculáta Concéptio tua, Dei Génitrix Virgo.

R̄. Gáudium annuntiávit univérso mundo.

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in primis Vesperis, 527, praeter sequentia :*

V. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Mariae Vírginis.

R̄. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

**H**Ó-DI-E \* egréssa est virga de ra-dí-ce Iesse :  
hó-di-e si-ne ulla peccá-ti labe concépta est Ma-rí-a :  
hó-di-e contrí-tum est ab e-a ca-put serpéntis anti-

qui, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui per immaculatam Virginitatem Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti : † quaesumus ; ut qui ex morte eiusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, \* nos quoque mundos eius intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

*Commemoratio sequentis et Feriae.*

---

## 9. Bb. Elisabeth Bonae et Delphinae

## Vv. 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Ego Dominus. †. Deus meus. [89].

## Oratio.

**C**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus : \* ut, qui beatarum Virginitatem Elisabeth et Delphinae puritatem humiliter veneramur obsequio ; etiam pia conversationis imitemur exemplum. Per Dominum.

*Deinde Com. Feriae.*

*Vesperae a Capit. de seq., Com. praeced., Octavae Concept. Immac., Feriae ac S. Melchiadis, Papae et Mart.*

---

## 10. B. Petri Senensis, Conf. 3. Ord.

*Semiduplex (m. t. v.)*

*Ant.* Similabo. †. Amavit. [64].

## Oratio.

**M**ENTIS nostrae superbiam, quaesumus, Domine, sanctae humilitatis spiritu deprime : \* qui caelestibus illustrationibus eximiam beati Petri Confessoris tui humilitatem mirabiliter sublimasti. Per Dominum.

*Com. praecedentis : Ant.* Casta generatio. †. Virgines. [93] ; *deinde Com. Octavae : Ant.* Hodie. †. Immaculata. 532 ; *postea Com. Feriae ; denique S. Melchiadis : Ant.* Iste Sanctus. †. Gloria. [13].

## Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus : \* et quia pondus propriae actionis gravat, beati Melchiadis Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

*Vesperae a Capit. de seq. ; Com. praeced., S. Damasi I, Papae et Conf., Octavae Concept. Immac. et Feriae.*



## 11. B. Hugolini Eremitae, Conf. 3. Ord.

*Semiduplex.**Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

Oratio.

**C**LEMENTISSIME et miséricors Deus, qui beáto Hugolino Confessori tuo, solitúdinis amórem et evangélicae paupertátis grátiam conférre dignátus es : † concéde nobis fámulis tuis; \* ut eiúsdem imitántes exémpa, consequámur et praémia. Per Dóminum nostrum.

*Com. B. Petri : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde Com. S. Damasi : Ant. Sacerdos. [43]. V. Elégit cum.*

Oratio.

**E**XÁUDI Dómine preces nostras : † et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, \* indulgéntiam nobis tríbue placátus et pacem. Per Dóminum.

*Postea Com. Octavae : Ant. Hódie. V. Immaculáta. 532; denique Com. Ferae.*

*Vesperae de seq., Com. praeced., S. Damasi, Octavae Concept. Immac. et Ferae.*


Die 12. Decembris.

## Inventio Corporis S. P. N. Francisci Confessoris.


*Duplex maius.*

IN I. VESPERIS.


I. Ant. 7. c



CCE qui in vi-ta su-a,\* suffúlsit domum, et in




di-é-bus su- is corrobo-rá-vit templum. *Ps. 109.* DI- XIT Dó-




minus Dómino ME- o : \* Se-de a DEXtris ME- is. 482.

2. Ant.


1. g




**I**N-VÉNTUS est \* perféctus et iu-stus, et in tém-



po-re i-ra-cúndi-ae factus est re-conci-li-á-ti-o.




*Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi, Dómine, in to-to CORde ME- o : \*




in consí-li-o iustó-rum et congre-ga-ti-One. 483.

3. Ant.


5. a



**P**ÓSU-IT hú-mi-lem \* Dóminus in sublí-me, et



exal-tá-vit caput e-ius. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui timet



Dóminum : \* in mandá-tis e-ius VO-let NÍmis. 484.

4. Ant.  
3. a 2

**M** AGNUS Pa-ter \* multi-tú-di-nis génti- um, qua-si

terrae cúmu-lus, cre-vit a ma-ri usque ad ma-re.

*Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DOMI-num : \* laudá-te *no-men* DO-

mi-ni. 485.

5. Ant.  
8. G

**D** EDIT il-li \* Dóminus gló-ri- am, et exaltá-vit semen

e-ius usque ad té-rmi-nos terrae. *Ps. 116.* LAUDÁTE DÓ-

minum omnes GENTES : \* laudá-te e- um *omnes* POPU-li. 489.

Capitulum.

*Gal. 6, 14.*

**F**RATRES : Mihi autem absit gloriári. † nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, \* per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

Hymnus.

**Q** VAE Pa- tris ossa cón-ti- net Pe- támus urnam súp-


2. O Divi a- mó-ris hósti- a, Christi aemu- lá- tor ó-




1. pli-ces; Il-lámque cir-cum débi-ta Laeti ca-ná-mus.  
2. pti-me Sanctí-que templum Spí-ri-tus, Adés-to nunc psal-



1. cármi-na. 3. Pa-ter Mi-nó-rum páupe-rum Et forma  
2. lén-ti-bus. 4. Ne nos ab arce sí-de-rum, Quaeso, tu-  
\* 5. Praesta be-á-ta Trí-ni-tas, Concé-de



3. poe-ni-ténti-ae, Me-mén-to quod sumus tu-i, Quamvis  
4. é-ri dé-si-nas; Et, quas ab o-re fún-dimus, Pre-ces  
5. simplex U-ni-tas, No-stri Pa-rén-tis ár-du-a Se-quá-



3. in-ér-tes, fi-li-i.  
4. be-ní-gnus éxci-pe.  
5. mur ut ve-stí-gi-a. A-men.

℣. Ora pro nobis, beáte Pater noster Francíscce.

℞. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

*Ad Magnificat, Ant. Glorificávit, ut die 25. Maii, 717.*

#### Oratio.

**D**EUS, qui pretiõsum beáti Patris nostri Francíscí Confessõris tui corpus e tenebris in lucem proférri fecísti : da nobis, quaesumus; † ut eius intercessiõne e nocte peccatórum edúcti; \* gressus nostros in viam pacis et iustítiae dirigámus. Per Dõminum.

*Com. B. Hugolini : Ant. Hic vir. ℣. Iustum. [69]; deinde Com. S. Damasi : Ant. Dum esset. ℣. Amávit. [48]; postea Octavae : Ant. Hódie. ℣. Immaculáta. 532; denique Feriae.*


*Completorium de Dominica, 82; Tomus Hymni ut supra, 93.*

\* Sequens Conclusio, etiam ad Laudes, numquam mutatur.


## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.

7. a

**M**

I-SIT me Dómi-nus \* ut medé-rer contrí-tis corde,




et praedi-cá-rem di-em pla-cá-bi-lem. E u o u a e.


*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

8. G

**O**


- MNI-UM me servum fe-ci, \* ut plu-res lucrí-fá-ce-



rem Christo Dómi-no. E u o u a e.

3. Ant.

4. E

**P**


LÁCE-O mí-hi \* in contumé-li-is, in ne-cessi-tá-



ti-bus, in angústi-is pro Chri-sto. E u o u a e.

4. Ant.

5. a

**Q**

UIS me se-pa-rá-bit \* a ca-ri-tá-te Chri-sti? tribu-lá-




ti-o, an angústi-a, an fames, an nú-di-tas? E u o u a e.

5. Ant.

8. G

N

ULLA cre- a-tú-ra \* pót-e-rit me se-pa-rá-re a ca-



ri-tá-te De- i, quae est in Christo Ie-su. E u o u a e.


*Capitulum : Fratres. ut in I. Vesperis, 536.*

## Hymnus.


3.

F

RANCÍ- SCE, magnis sump-ti-bus Mo-lis stupéndaē ec-



clé- si- a Stru- é-tur, ut det nó-bi- lem Tu-o qui- é- tem



cór-po- ri.

2. Frangétur et mons scrúpeus :

Post sena ferme saécula  
 Consúrget et circa tuum  
 Aedes sepúlcrum tértia.

3. Huc se, geréntes múnera,  
 Christi fidéles cónferent;  
 Et emicántes lámpade  
 Muros fovébunt ósculis.

4. Ditat Deus qui páuperes,  
 Et praepoténtes déprimit,  
 Te munerári cénsuit  
 Ista benígnus glória.

5. Praesta beáta Trínitas,  
 Concéde, simplex Unitas,  
 Nostri Paréntis árdua  
 Sequámur ut vestígia. Amen.

V. Ora pro nobis beáte Pater noster Francísce.


R̄. Ut digni esficiámur promissionibus Christi.


## Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

C

COMMUNI-CÁVIT \* Christi passi- ó-ni-bus gaudens, et





nunc in re-ve-la-ti-ó-ne gló-ri-ae e-ius gaudet exsúl-  
tans. E u o u a e.


*Oratio ut supra: Com. Octavae Conc. Immac. : Ant. Ait Dóminus.*  
 V. Immaculata, 530; *deinde Com. Ferae.*

### Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 46.*

*Capitulum. Fratres. ut in I. Vesperis, 536.*

R. br.



**S** I-TÍ-VIT \* á-ni- ma me- a. V. Ad De- um fortem  
vivum. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.  
V. Ego autem mendícus sum et pauper.  
R. Dóminus sollicitus est mei.

### Ad Sextam.

Capitulum.

*Gal. 6, 16.*

**E**T quicumque hanc régulam secúti fúerint, † pax super illos,  
et misericórdia, \* et super Israël Dei.

R. br.



**E** -GO autem \* Mendí-cus sum et pauper. V. Dóminus  
sol-lí-ci-tus est me- i. Gló-ri- a Patri.  
V. Defécit caro mea et cor meum.  
R. Deus cordis mei, et pars mea Deus in aetérnum.

## Ad Nonam.

Capitulum.

Gal. 6, 17-18.

**D**E cétero nemo mihi moléstus sit; † ego enim stígmata Dómini Iesu in córpo-re meo porto. \* Grátia Dómini nostri Iesu Christi cum spírítu vestro, fratres. Amen.

Ry. br.

**D** EFÉ-CIT ca-ro me-a \* Et cor me- um. √. De- us cor-

dis me- i et pars me- a De- us in aetérnum. Gló-ri- a Patri.

√. Humiliáta est in púlvere ánima mea.

Ry. Conglutinátus est in terra venter meus.

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis praeter Ant. ad Magnificat, Húmilem spírítu, ut die 25. Maii, 718.*

*Com. sequentis, Octavae Conc. Immac. et Fervae.*

## 13. S. Luciae Virg. et Mart.

*Duplex.*

## IN I. VESPERIS.

¶ *Sicubi I. Vesperae sint dicendae : omnia fiunt ut in II. Vesperis praeter Ant. ad Magnificat ut sequitur.*


Ad Magnificat, Antiphona.

*f*

**I** N tu- a pa-ti- énti- a \* posse- dísti á-nimam tu- am,

Lú-ci- a Sponsa Christi : o- dísti quae in mundo sunt, et





cor-úscas cum Ange- lis : sán-guine própri- o in-imí-cum  
vi-cí-sti. E u o u a e.

∇. Spécie tua.

Oratio.

**E**XÁUDI nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Lúciae Virgínis et Mátyris tuae festivitáte gaudémus ; \* ita pia devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

*Com. Octavae Conc. Immac. : Ant. Hódie. ∇. Immaculáta. 532; postea Feriae.*

Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.  
I. f



**C**OLÚMNA es \* immó-bi- lis, Lú-ci- a, Sponsa  
Christi : qui- a omnis plebs te expēctat, ut accí-pi-  
as co-rónam vi-tae, alle- lú- ia. E u o u a e.


∇. Diffúsa.

*Com. Octavae Conc. Immac. : Ant. Ait Dóminus. ∇. Immaculáta. 530; deinde Feriae.*


IN II. VESPERIS.

I. Ant.

7. b




**O**-RÁN-TE\* sancta Lú-ci- a, appá-ru- it e- i be- á-




ta Agatha : conso-labá-tur ancíl-lam Chri-sti. E u o u a e.

*Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*




**L** ú-CI- A Virgo, \* quid a me pe- tis quod ipsa pót-e-




ris praestá-re contínu- o matri tu- ae? E u o u a e.

*Ps. 112. Laudáte púeri. 485.*




**P** ER te Lú-ci- a Virgo, \* cí-vi- tas Sy- ra- cu- sána




de- co- rá- bi- tur a Dómino Ie- su Chri- sto. E u o u a e.


*Ps. 121. Laetátus sum. 489.*



**B** ENE- DICO te, \* Pa- ter Dómi- ni me- i Ie- su Chri-



sti : qui- a per Fí- li- um tu- um ignis exstí- nctus est a



lá- te- re me- o. E u o u a e.

*Ps. 126. Nisi Dóminus. 490.*

5. Ant.

8. G

**S**OROR me- a Lú-ci- a, \* Virgo De- o de-vó- ta, quid  
a me pe- tis quod ipsa pót-e-ris praestá-re contínu- o

matri tu- ae? E u o u a e.

*Ps. 146. Lauda Ierúsalem. 491.**Capitulum et Hymnus. Iesu coróna. de Communi unius Virginis, [81].**Y. Diffúsa est.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. c

**T**ANTO pónde-re e- am fi-xit \* Spí-ri-tus Sanctus, ut

Virgo-Dómi-ni immó-bi-lis per-mané-ret. E u o u a e.

*Com. sequentis, Octavae Conc. Immac. et Ferae.*

## 14. Bb. Conradi ab Ophyda et Bartholi a S. Geminiano Cc. 1. et 3. Ord.

*Semiduplex.**Ant. Qui sperant. Y. Firmaméntum. [73].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beatórum Conrádi et Bártholi Confessórum tuórum méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut, qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Deinde Com. Octavae : Ant. Hódie. Y. Immaculáta. 532; pstea Ferae. Vesperae de sequenti die Octava; Com. praecedentis et Ferae.*

## 15. Octava Concept. Immaculatae B. M. V.

*Duplex maius.**Antiphonae et Psalmi de Feria; reliqua ut in Festo, 529.**In I. Vesperis Com. praecedentis: Ant. A saeculo. V̇. Iusti. [78]; postea Feriae.**In II. Vesperis Com. sequentis et Feriae.*

## 16. S. Eusebii, Episcopi et Martyris.

*Semiduplex.**Ant. Iste Sanctus. V̇. Glória. [13].***Oratio.**


**D**EUS, qui nos beáti Eusépii Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetificas: † concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, \* de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Deinde Com. Feriae.**In II. Vesp. Ant. Qui vult. V̇. Iustus. [17]; deinde Com. Feriae.*

## 21. In Festo S. THOMAE Apostoli.

*Duplex II. classis.**Omnia de Communi Apostolorum, praeter:*

Ad Magnificat in utrisque Vesp., et ad Bened. Antiphona.



**Q**UI A vi-dísti me,\* Thoma, cre-di-dí-sti: be-á-ti qui



non vi-dérunt, et cre-di-dé-runt, alle-lú-ia. E u o u a e.

*In I. Vesp. V̇. In omnem terram; ad Benedictus et in II. Vesp. V̇. Annuntiavérunt. [10].*

## Oratio.

**D**A nobis, quaesumus Domine, beati Apostoli tui Thomae solemnitatibus gloriari : † ut, eius semper et patrocinii sublevemur ; \* et fidem congrua devotione sectemur. Per Dominum nostrum.

*Deinde Com. Ferae.*

## 23. B. Nicolai Factoris, Conf. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Similabo. V. Amavit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui beatum Nicolaum Confessorem tuum ineffabili caritatis tuae igne succensum, te puro corde sectari fecisti : † da nobis famulis tuis ; ut eodem spiritu replati, et caritate ferventes, \* viam mandatorum tuorum inoffenso pede curramus. Per Dominum.

*Deinde Com. Ferae : Ant. O Rex. 180.*

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69] ; deinde Com. Ferae : Ant. O Emmanuel. 181.*

## FESTA IANUARIJ.

## 14. S. Hilarii, Ep., Conf. et Eccl. Doctoris.

*Duplex.*

*(m. t. v., nisi Festum alicubi I. Vesperas habeat.)*

*Ant. O Doctor... beate Hilari. V. Amavit. [58].*

## Oratio.

**D**EUS, qui populo tuo aeternae salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti : † praesta, quaesumus ; ut quem Doctorem vitae habuimus in terris, \* intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

*Commemoratio S. Felicis, Presbyteri et Mart. : Ant. Iste Sanctus. V. Gloria. [13].*

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam Sanctórum tuórum exémpła próvocent; quátenus, quorum solénnia ágimus, \* étiam actus imitémur. Per Dóminum  
*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et S. Mauri, Abb.*

## 15. S. Pauli primi Eremitae, Conf.

*Duplex (m. t. v.)*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, \* étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

*Com. S. Hilarii : Ant. O Doctor... beáte Hilári. V. Iustum. [58]; deinde S. Mauri : Ant. Euge. [66]. V. Os iusti. [67].*

## Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus Dómine, beáti Mauri Abbátis coméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, eius patrocinio assequámur. Per Dóminum.

*Vesperae de seq.; Com. praeced. et S. Marcelli I, Papae et Mart.*

16. Ss. Berardi, Petri, Accursii,  
Adiuti et Othonis, Protomartyr. I. Ord.

*Duplex maius.*

*In I. Vesperis. Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].*

## Oratio.

**D**EUS, qui sanctórum Mártyrum tuórum Berárdi, Petri, Accúrsii, Adiúti atque Othónis glorióso certámine Ordinis Minórum inítia consecrásti : † concéde nobis fámulis tuis; ut quorum triúmphis laetámur, \* eórum virtútes imitémur. Per Dóminum.

*Com. S. Pauli Eremitae : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde S. Marcelli : Ant. Iste sanctus. V. Glória. [13].*

## Oratio.

**P**RECES pópuli tui, quaesumus Dómine, cleménter exáudi : † ut beáti Marcelli Mártyris tui atque Pontíficis méritis adiuvémur, \* cuius passióne laetámur. Per Dóminum.

*In II. Vesperis. Ant. Gaudent. V. Exsultábunt. [38]; Com. seq. et S. Marcelli.*

## 17. S. Antonii Abbatis.

*Duplex.**Ant. Similábo. V̄. Amávit. [69].*

Oratio.


**I**NTERCÉSSIO nos, quaesumus Dómine, beáti Antónii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, \* eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

*Com. S. Marcelli. Ant. Qui vult. V̄. Iustus. [17].**Vesperae de seq.; Com. S. Pauli Apost., praecedentis ac S. Priscae, Virg. et Mart.*18. Cathedrae S. Petri,  
qua Romae primum sedit*Duplex maius.**Omnia de Communi unius Confessoris Pontificis, [39], praeler sequentia :*

In I. Vesperis.

Hymnus.

4.



**Q**UODCUMQUE in orbe né-xi-bus re-vínxe-ris, E-  
 2. Pa-tri per-énne sit per ae-vum gló-ri-a, Ti-  
 1. rit re-vínctum, Petre, in arce sí-de-rum : Et quod re-sól-  
 2. bíque laudes con-ci-námus ínclý-tas, Ae-tér-ne Na-  
 1. vit hic pót-éstas trá-di-ta, E-rit so-lú-tum caeli in al-to  
 2. te : sit, supérne Spí-ri-tus, Honor ti-bi decúsque : sancta



1. vérti-ce : In fi-ne mun-di iu-di-cá-bis saéculum.  
 2. iú-gi-ter Laudé-tur omne Trí-ni-tas per saéculum. A-men.

∇. Tu es Petrus.

℞. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona.

r. f

**T** U es pastor ó-vi-um, \* Prin-ceps Apo-sto-ló-rum :



ti-bi trá-di-tae sunt cla-ves regni cae-ló-rum. E u o u a e.

Oratio.


**D**EUS, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis regni caeléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti : † concéde ; ut intercessiónis eius auxílio, \* a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Deinde fit Commemoratio S. Pauli ante alias quascumque Commemorationes, etiam Festi Duplicis aut Dominicae.*


Pro Commem. S. Pauli Apostoli, Antiphona.

8.

**S** ANCTE Paule A-pósto-le, \* praedi-cá-tor ve-ri-tá-



tis, et doctor Génti-um : intercéde pro no-bis ad De-um,



qui te e-lé-git.



℣. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.  
 ℞. Praedicátor veritátis in univérso mundo.

## Oratio.

**D**EUS, qui multitudínem Géntium beáti Pauli Apóstoli praedi-  
 catione docuísti : \* da nobis, quaesumus ; ut cuius com-  
 memoratióne cólimus, eius apud te patrocínia sentiámus. (Per  
 Dóminum.)

*Deinde Com. S. Antonii : Ant. Hic vir. ℣. Iustum. [69] ; postea  
 S. Priscae : Ant. Veni sponsa I. ℣. Spécie. [82].*

## Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui beátae Priscae  
 Vírginis et Mártiris tuae natalítia cólimus, et ánnua solem-  
 nitáte laetémur, et tantae fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.  
 8. G

**Q**

UODCÚMQUE \* li-gáve-ris super terram, e-rit li-gátum

et in cae-lis : et quodcúmque sólve-ris super ter-ram,

e-rit so-lú-tum et in cae-lis : di-cit Dóminus Simó-ni

Petro. E u o u a e.

℣. Exáltent eum in ecclésia plebis.  
 ℞. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

*Oratio. Deus, qui beáto Petro. 549.*

*Deinde fit Com. S. Pauli, ut in Vesperis, 549.*

*Postea S. Priscae : Ant. Simile est. ℣. Diffúsa. [83].*

## In II. Vesperis.

*Omnia de Communi unius Confessoris non Pontificis, [48], praeter Hymnum Quodcúmque. 548.*

℣. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi.

℞. Ad sacrificándum hóstiam laudis.

*Ad Magnificat, Ant. Dum esset. [48]; deinde Com. S. Pauli : Ant. Sancte Paule. 549. ℣. Tu es vas. 550; postea Com. sequentis; deinde SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum, Mm.; denique S. Canuti Regis, Mart.*

## 19. Bb. Thomae a Cora, Caroli a Setia et Bernardi a Corleone, Cc. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Qui sperant. ℣. Firmaméntum. [73].*

Oratio.

**D**EUS, qui nos beatórum Thomae, Cároli et Bernárdi Confessorum tuórum méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Com. SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum : Ant. Istórum. ℣. Laetámini. [32].*

Oratio.

**E**XÁUDI Dómine pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocinio supplicántem : \* ut et temporális vitae nos tríbuas pace gaudére, et aetérnae reperíre subsidium. Per Dóminum.

*Postea Com. S. Canuti. Ant. Iste Sanctus. ℣. Glória. [13].*

Oratio.

**D**EUS, qui ad illustrándam Ecclésiám tuam, beatum Canútm regem martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : † concéde propítius; ut sicut ipse Domínicae passiónis imitátor fuit, ita nos per eius vestígia gradiétes, \* ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis.*

## 20. SS. Fabiani Papae et Sebastiani Mm.

*Duplex.**Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].***Oratio.**

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, \* beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercessio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

*Com. praecedentis : Ant. A saéculo. V. Iusti. [78].**Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis.*

## 21. S. Agnetis Virg. et Mart.

*Duplex.***IN I. VESPERIS.**

*Sicubi I. Vesperae dicendae sint integrae, omnia dicuntur ut in II. Vesperis, praeter ea quae hic habentur propria : Ultimus Ps. 116. Laudáte Dóminum omnes gentes. 489.*

*Hymnus. Iesu coróna Virginum. [81]. V. Spécie.***Ad Magnificat, Antiphona.**


8. G

**B** E- ÁTA Agnes \* in mé-di- o flammárum expán-

sis má-ni-bus o-rá-bat : Te dépre- cor, vene-ránde, co-lén-

de, Pa-ter me-tu-én- de : qui- a per sanctum Fí-li- um

tu- um mi-nas evá-si sacrí-le-gi ty-ránni, et carnis




spurcí-ti-as immacu-lá-to cãlle transí-vi: et ec-ce vé-  
 ni-o ad te, quem amá-vi, quem quaesí-vi, quem semper  
 optá-vi. E u o u a e.

*Com. SS. Fabiani et Sebastiani : Ant. Gaudent. √. Exsultábunt. [38].*

Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.  
4. E




**E**CCĒ quod concu-pí-vi, \* iam ví-de-o: quod spe-rá-  
 vi, iam té-ne-o: il-li sum iuncta in caelis, quem in terris  
 pó-si-ta, to-ta devo-ti-ó-ne di-lé-xi. E u o u a e.  
 √. Diffúsa est.

Ad Tertiam.


*Capitulum. Confitebor. ut in II. Vesperis, 555. Rj. br. Spécie tua. [84].*

IN II. VESPERIS.

I. Ant.  
7. c



**I**NGRĒSSA Agnes \* turpi-tú-di-nis lo-cum, Ange-lum



Dómi-ni praepa-rá-tum invé-nit. E u o u a e.

*Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*

2. Ant.

7. c

**M**

ECUM e-nim hábe-o \* custódem córpo-ris me-i,



Ange-lum Dómi-ni. E u o u a e.


*Ps. 110. Confitébor. 483.*

3. Ant.


7. c

**A**

NNULO su-o subarrhá-vit me \* Dóminus me-us Ie-



sus Christus, et tamquam sponsam de-co-rá-vit me co-ró-na.



E u o u a e.


*Ps. 111. Beátus vir. 484.*

4. Ant.

8. G

**B**

ENE-DICO te, \* Pa-ter Dómi-ni me-i Ie-su Christi,




qui-a per Fí-li-um tu-um ignis exstíctus est a lá-te-




re me- o. E u o u a e.

*Ps. 112.* Laudáte púeri. 485.



**C**ONGAUDÉTE mecum, \* et congratu- lámi-ni, qui a



cum his ómni-bus lú-ci-das sedes accé-pi. E u o u a e.

*Ps. 146.* Lauda Ierúsalem. 491.


Capitulum.

*Eccli. 51, 1-3.*


**C**ONFITEBOR tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvató-rem meum. † Confitebor nómini tuo : quóniam adiútor et protéctor factus es mihi, \* et liberásti corpus meum a perditíone.

*Hymnus.* Iesu coróna Virginum. [81]. √. Diffúsa est.


Ad Magnificat, Antiphona.




**S**TANS be- á-ta Agnes \* in mé-di- o flammae,



expánsis má-ni-bus, ō-rá- bat ad Dómi-num : Omní-pot-



ens, ado-rán- de, cō-lén- de, tre-ménde : bene-dí-co



te, et glo-rí-fi-co nomen tu- um in ae-térnum. E u o u a e.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius; ut qui beátae Agnétiſ Vírginiſ et Mártýriſ tuae solémnia cólimus, \* eius apud te patrocínia ſentiámus. Per Dóminum.

*Com. ſequentiſ; Completorium de Feria.*

---

## 22. SS. Vincentii et Anastasii, Martyrum.

*Semiduplex.*

*Ant. Iſtórum. V̄. Laetámini. [32].*

## Oratio.

**A**DÉSTO Dómine ſupplicatióniſ noſtriſ : † ut qui ex iniquitáte noſtra reoſ noſ eſſe cognóſcimus, \* beatorum Mártýrum tuórum Vincéntii et Anaſtáſii interceſſióne liberémur. Per Dóminum noſtrum.

*Vesperae a Capit. de ſequenti; Com. praeced. et S. Emerentianae Vírg. et Mart.*

---

## 23. S. Raymundi de Peñafort, Conf.

*Semiduplex. (m. t. v.)*

*Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui beátum Raymúndum poeniténtiae ſacraménti inſígnem míníſtrum elegíſti, et per maris undaſ mirabíliter traduxíſti : † concéde; ut eiſ interceſſióne dignoſ poeniténtiae fructuſ fácere, \* et ad aetérnae ſalútis portum perveníre valeámus. Per Dóminum.

*Com. SS. Vincentii et Anastasii : Ant. Gaudent. V̄. Exſultábunt. [38]; deinde S. Emerentianae : Ant. Veni Sponſa I. V̄. Spécie. [82].*

## Oratio.

**I**NDULGÉNTIAM nobiſ, quaéſumus Dómine, beáta Emerentiána Vírgo et Mártýr implóret : \* quae tibi grata ſemper éxſtitit et mérito caſtitátis, et tuae profeſſióne virtútis. Per Dóminum.

*Vesperae de ſeq.; Com. praecedentiſ.*

## 24. S. Timothei Episcopi, Martyris.

*Duplex.**Ant. Iste Sanctus. V. Glória. [13].*

Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, \* beáti Timóthei Mártiris tui atque Pontíficis intercessió gloriosa nos próteget. Per Dóminum.

*Com. S. Raymundi : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69].**Vesperae de seq. ; Com. S. Petri et praecedentis.*

## 25. In Conversione S. Pauli Apostoli.

*Duplex maius.*


## IN I. VESPERIS.

1. Ant.


8. G

**E**

- GO plantávi, Apól-lo ri-gávit : De- us au- tem



in-creméntum † de-dit, alle-lú- ia. *Post Sept. de- dit.*



E u o u a e.


*Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*

2. Ant.

8. G

**L**

IBÉNTER glo- ri- ábor \* in infirmi-tá-tibus me- is,







ut inhá-bi-tet in me virtus Chri-sti. E u o u a e.  
*Ps. 110. Confitébor. 483; in II. Vesp. Ps. 112. Laudáte púeri. 485.*

3. Ant.

4. A

G

RÁ-TI- A De- i \* in me vácu- a non fu- it : sed grá-



ti- a e-ius semper in me ma- net. E u o u a e.


*Ps. 111. Beátus vir. 484; in II. Vesp. Ps. 115. Crédidi. 488.*

4. Ant.


8. G

D


AMÁSCI, \* praepó- si- tus gentis Arétae regis vó-



lu- it me comprehénde- re : a frátribus per mu- rum sub-



míssus sum in sporta : et sic evá- si manus e-ius in nó-



mi- ne Dómi- ni. E u o u a e.

*Ps. 112. Laudáte púeri. 485; in II. Vesp. Ps. 125. In conver- téndo. 492.*

5. Ant.

8. G


T

ER virgis caesus sum, \* semel la- pi- dá- tus sum :





ter naufrá-gi- um pértu- li      pro Chri- sti nómi- ne.



E u o u a e.

*Ps. 116.* Laudáte Dóminum. 485; *in II. Vesp. Ps. 138.* Dómine probásti. 497.

Capitulum.

*Act. 9, 1-2.*

**S**AULUS adhuc spirans minárum et caedis in discípulos Dómini, accessit ad príncipem sacerdotum, † et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas : \* ut si quos inuenisset huius viae viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Ierúsalem.

*Hymnus. Egrégie doctor. ut die 29. Iunii, 761.*


∇. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

R̄. Praedicátor veritátis in univérso mundo.


Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**V**




ADE Ana-ní- a,\* et quae-re Saulum : ecce e- nim



o- rat : qui- a vas e- lecti- ó- nis est mi- hi, ut portet no- men



me- um co- ram Génti- bus, et ré- gi- bus, et fí- li- is Is- ra- el.



E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli praedica-  
tione docuísti : † da nobis, quaesumus; ut qui eius hódie  
Conversionem cólimus, \* per eius ad te exémpa gradiámur. Per  
Dóminum.

*Com. S. Petri : Ant. Tu es pastor. V. Tu es Petrus. 549. Oratio.*  
Deus, qui beáto Petro. 549; *deinde Com. S. Timothei : Ant. Qui vult.*  
*V. Iustus. [17].*

## Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.  
I. g

**V** os qui se-cú-ti e-stis me, \* sedé-bi-tis super sedes,  
iu-di-cántes du-ó-de-cim tri-bus Isra-el, di-cit Dóminus.  
E u o u a e.

E u o u a e.

*V. Tu es vas. 559. Oratio. Deus qui univérsum. ut supra.*

*Com. S. Petri. Ant. Tu es pastor. V. Tu es Petrus. 549. Oratio.*  
Deus, qui beáto Petro. 549.

## Ad Tertiam.

*Capitulum. Saulus adhuc. ut in I. Vesp. R. br. In omnem terram. [7].*

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae, Capitulum, et Hymnus ut in I. Vesperis; Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum.*

*V. Tu es vas electionis, sancte Paule Apóstole.*

*R. Praedicátor veritátis in univérso mundo.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**S** ANCTE Paule A-pósto-le, \* praedi-cá-tor ve-ri-tá-tis, et doctor Génti-um : intercède pro no-bis ad De-um, qui te e-lé-git. E u o u a e.

*Com. S. Petri, ut supra, 549, deinde Com. sequentis.*

## 26. S. Polycarpi Episcopi, Martyris.

*Duplex.*

*Ant. Iste Sanctus. V. Glória. [13].*

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beáti Polycárpi Mátyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius ; ut cuius natalítia cólimus, \* de eíusdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis.*

27. S. Ioannis Chrysostomi Episc., Conf.  
et Ecclesiae Doctoris.

*Duplex. (m. t. v.)*

*Ant. O Doctor... beáte Ioánes Chrysóstome. V. Amávit. [58].*

*In II. Vesperis. Ant. O Doctor. V. Iustum. [58]; Com. sequentis et S. Agnetis Virg. et Mart. secundo.*

*Oratio.*

**E**CCLESIAM tuam, quaesumus, Dómine, grátia caeléstis amplíficet : \* quam beáti Ioánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Dóminum.

28. Bb. Rogerii a Tuderto, Odorici  
a Portu Naone et Aegidii a Laurentiana.

Cc. 1. Ord.

*Semiduplex.*


*Ant.* Qui sperant. √. Firmaméntum. [73].

Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatorum Rogerii, Odorici et Aegidii Confessorum tuorum exempla nos provocent; \* quatenus, quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

*Com.* S. Agnetis.

*Ant.*  
I.



**S**TANS a dextris e-ius \* Agnus nive candi-di or,



Christus si-bi sponsam et martyrem consecra-vit.

√. Spécie tua.

Oratio.

**D**EUS, qui nos annua beatae Agnetis Virginis et Martyris tuae solemnitate laetificas : † da, quaesumus; ut quam veneramur officio, \* etiam pie conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis.*

29. S. Francisci Salesii Episc., Conf.  
et Ecclesiae Doctoris.

*Duplex (m. t. v.)*

*Ant.* O Doctor... beate Francisce. √. Amavit. [58].

## Oratio.

**D**EUS, qui ad animárum salútem beátum Francíscum Confes-sórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti : † concéde propítius; ut caritátis tuae dulcédine perfúsi, \* eius dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. A saéculo. V. Iusti. [78].*

*Vesperae de seq.; Com. praeced. et S. Martínae, Virg. et Mart.*

## 30. S. Hyacinthae de Mariscottis, Virg. 3. Ord.

*Duplex maius.*

*In I. Vesperis. Ant. Veni sponsa I. V. Spécie. [82].*

## Oratio.

**D**EUS, qui beátam Hyacíntham Virginem tuam iugis mortifi-catiónis et caritátis víctimam effecísti : † eius nobis exémplo et intercessióne concéde; \* ut peccáta nostra dellére, et te semper diligere valeámus. Per Dóminum.

*Com. S. Francisci Salesii : Ant. O Doctor... beáte Francisce. [58]. V. Iustum; deinde Com. S. Martínae : Ant. Simile est. V. Diffusa. [97].*

## Oratio.

**D**EUS, qui inter cetera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu fráigili victóriam mártýrii contulísti : † concéde propítius; ut qui beátae Martínae Virgínis et Mártýris tuae natalítia cólimus, \* per eius ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

*In II. Vesperis. Ant. Veni sponsa II. V. Diffusa, [86]; Com. seq., S. Petri Nolasci Conf. et S. Martínae.*

31. Bb. Ludovicae Albertoniae  
et Paulae Gambará-Costa, Viduar. 3. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Inítium sapiéntiae. V. Iustus Dóminus. [104].*

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnípotens Deus : † ut veneránda nobis beatárum Ludovícae et Paulae intercésio tríbuat caeléste subsidium; \* quarum vita mirábilis ómnibus salutáre praestat exémpulum. Per Dóminum.

*Deinde Com. S. Petri Nolasci : Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui in tuae caritátis exéplum, ad fidélium redemptió-  
nem sanctum Petrum Ecclésiám tuam nova prole foecundáre  
divínitus docuísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde; a peccáti  
servitúte solútis, \* in caelésti pátria perpétua libertáte gaudére.  
Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Postea Com. S. Martinæ. Ant. Simile est. V̄. Diffúsa. [97].*

*Vesperæ a Capit. de seq.; Com. præced., S. Ignatii Episc. et Mart., ac  
S. Petri Nolasci.*



FESTA FEBRUARII.

1. Bb. Eustochii et Veridianæ,  
Virginum 2. et 3. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Ego Dóminus. V̄. Deus meus. [89].*

Oratio.

**F**IDÉLES tuos, quaésumus, Dómine, intercedéntibus beáti Vir-  
gínibus Eustóchio et Veridiána, ita córpore et mente purífica : †  
ut a nóxiis delectatió nibus elongéntur, \* ac tua iúgiter suavitate  
pascántur. Per Dóminum.

*Com. præced. : Ant. Vita vestra. V̄. Memóriam. [109]; deinde  
S. Ignatii : Ant. Iste Sanctus. V̄. Glória. [13].*

Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram respice, omnípotens Deus : † et quia  
pondus próprie actiόνis gravat, \* beáti Ignatii Mártiris tui  
atque Pontíficis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

*Postea Com. S. Petri Nolasci : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69].*

*Vesperæ de seq.; Com. præced. et S. Ignatii.*



Die 2. Februarii.

## In Purificatione B. Mariae Virginis.

*Duplex II. classis.*

### IN I. VESPERIS.

*Antiphonae et Psalmi ut in Circumcisione, 231.*

Capitulum.

*Malach. 3, 1*

**E**CCE ego mitto Angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam. † Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos quaeritis, \* et Angelus Testamenti quem vos vultis.

*Hymnus. Ave maris stella. [121].*


℣. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.

℞. Non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Ad Magnificat, Antiphona. I. D




E-NEX \* pu- e-rum portá- bat, pu- er au-tem



se-nem regé- bat : quem Virgo pépe- rit, et post partum Virgo



permán-sit : ipsum quem génu- it, ad-o-rá- vit.



E u o u a e.



## Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, maiestátem tuam súpplīces exorámus : † ut sicut unigénitus Fīlius tuus hodiérna die cum nostrae carnis substántia in templo est praesentátus ; \* ita nos fácias purificátis tibi méntibus praesentári. Per eúmdem Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. Casta generátio. V. Virgines. [93]; deinde S. Ignatīi : Ant. Qui vult. V. Iustus. [17].*

**Ad Completorium.** *Tonus Hymni ut supra, 92.*

## AD LAUDES.

*Antiphonae et Capitulum de II. Vesperis; Psalmi de Dominica, 4. Hymnus. O gloriósa. [124].*

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R̄. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. f

**C**UM indú-ce-rent \* pú-e-rum Ie-sum pa-réntes e-  
 ius, accé-pit e- um Sí-me-on in ulnas su- as, et  
 be-ne-dí-xit De-um dí-cens : Nunc dimít-tis, Dó-  
 mi- ne, servum tu- um in pa-ce. E u o u a e.

## Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 46.*

*Capitulum. Ecce ego. ut in I. Vesperis. R̄. br. Spécie tua. V. Adiu-vábit eam. [84].*

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Malach. 3, 1-2.*

**E**CCE véniet, dicit Dóminus exercítuum : † et quis póterit cogitare diem advéntus eius, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, \* et quasi herba fullónum.

*R.* br. Adiuvábit eam. *Ÿ.* Elégit eam. [85].

## Ad Nonam.

## Capitulum.

et in Antó- ni- o Digne commendá- tur. *Ps. 10.* CON-



FITÉ- BOR ti- bi Dómine in to- to corde ME- o : \* in consí- li- o




iustó- rum et congrega- ti- One. 483.

3. Ant.


3. a 2

Q

UI dum sa-pi-énti- am \* Saé- cu-li calcá-vit,

Prudens summi gló- ri- am Pa- tris ex- al- tá- vit. *Ps. III.* BE- Á-

TUS vir qui TImet · DOMI- num : \* in mandá- tis e- ius vo- let





Nimis. 484.

4. Ant.

4. E

A

U- GU- STÍ- NI prími- tus \* Régu- lae subiéctus, Sub

Francisco pé- ni- tus Mun- do fit ab- iéctus. *Ps. 112.* LAU-DÁTE pú- e- ri DOMI- num : \* laudá- te *nomen* DOMI- ni. 485.

5. Ant.


5. a

Q


UO- RUM vi- tam mó- ribus \* Hic pro- fi- te- bá- tur,



Glo- ri- ó- sis pá- tribus Iam con- glo- ri- á- tur.



*Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum omnes GENTes : \* laudá-te e-um



Omnes Popu-li. 489.


Capitulum.

*Sap. 7, 7-8.*

**O**PTÁVI, et datus est mihi sensus; et invocávi, et venit in me  
spíritus sapiéntiae; † et praepósui illam regnis et sédibus, \*  
et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus.

Hymnus.


5.



**E**n gra-tu-lémur hó-di-e Chri-sto Re-gi iu-cún-  
2. Fran-císci Pa-tris aému-lus, Sic il-li se con-tém-




1. di-us, In cu-ius au-la gló-ri-ae Iam iú-bi-lat Antó-  
2. pe-rat, Ut fonte ma-nans rívu-lus A-quas vi-tae cir-cúm-



1. ni-us. 3. Lon-ge la-té-que díflu-it, Si-tí-que mor-tis  
2. fe-rat. 4. Hic stíg-ma-tum qui bá-íu-lo Pa-tri na-tus in-



3. á-ri-dos Ver-bo sa-lú-tis ímbu-it, Dans ro-re sacro  
4. ní-ti-tur, Dum praé-di-cat de tí-tu-lo, Con-fí-xus il-le



3. ví-vi-dos. 5. Sub tan-to du-ce mí-li-tans, Vin-cén-do se non  
 4. cérni-tur. 6. Nos in campo cer-támi-nis Pa-trum ze-lán-tes  
 \* 7. Praestet hoc Na-ti Gé-ni-tor, Hoc Ge-ni-tó-ris



5. vínci-tur; Du-ci mí-les co-há-bi-tans, Iam bel-lo non  
 6. gló-ri-am, Hic sub re nostri nó-mi-nis Vin-cá-mus i-  
 7. Gé-ni-tus, Ac, par u-trí-que Cón-di-tor, Pa-rá-cli-tus



5. con-cú-ti-tur.  
 6. gno-mí-ni-am.  
 7. hoc Spí-ri-tus. A-men.

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

6. c

**O**

pro-les Hi-spá-ni-ae, \* Pavor infi-dé-li-um,




No-va lux I-tá-li-ae, Nó-bi-le de-pó-si-tum Urbis Pa-




du-á-nae! Fer, Antóni, grá-ti-ae Christi patro-

\* Haec Conclusio numquam mutatur.



cí- ni- un : Ne pro-lápsis vé-ni- ae Tempus breve cré-di-



tum Dé-flu- at in-á- ne. E u o u a e.

## Oratio.


**E**CCLESIAM tuam, Deus, beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva laetíficet : † ut spirituálibus semper muniátur auxiliis, \* et gáudiis pérfriui mereátur aetérnis. Per Dóminum.

*Com. S. Ioannis : Ant. Hic vir. √. Iustum. [69].*


## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.


2. D



**D** O- MUS ab An- tó- ni- o \* Supra pe- tram, Dó-



minum, Pó- si- ta, per- stá- bit; Quam ma- ris e- lá- ti- o,




Fluctus seu vox flúminum Ultra non turbá- bit. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

3. a 2



**L** AETUS tu- o iú- bi- lat \* In conspé- ctu, Dómi- ne,



Quo iam intro- í- vit : Lu- men, quod es, sí- mi- lat Hunc



ti- bi, qui lúmi- ne Frú- i- tur, quo i- vit. E u o u a e.

3. Ant.


4. g

**T**

o- TUS in te sí- ti- ens, \* De- us, ad te ví- gi-



lans, Exsti- tit de lu- ce : Tu fons inde- fí- ci- ens, Tu lux




il- li rú- ti- lans, Qui sí- tis in cru- ce. E u o u a e.

4. Ant.

5. a

**C**

AELI, terrae, má- ri- um \* Be- ne- dí- cant Dómi- num



Cunctae cre- a- tú- rae : Qui tot per Antó- ni- um Signis




auget hómi- num Vi- tae spem fu- tú- rae. E u o u a e.

5. Ant.

6. c

**A**

NGE- LÓRUM ór- di- nes \* Laudent in Antó- ni- o



Dóminum de cae- lis, Dum in terris hómi- nes Gra- tu- lán-




tur praémi- o Fámu- li fi- dé- lis. E u o u a e.

*Capitulum. Optávi. ut in I. Vesperis, 729.*

Hymnus.

2.

I



E-SU, lux ve-ra ménti- um, Nos il- lústra di- lúcu-



lo, Tot signis per Antó-ni- um Opá-co fulgens saécu-lo.

2. Hic nautis in naufrágio  
Signo salútis ádfuit;  
Quibus sub lucis rádio  
Viae ducátum praebuit.
3. Haeréticum lux fidei  
Signo purgat; dum iácitur  
Ab alto, vasis vítrei  
Fragílitas non frángitur.

4. Irrisor lucis grátiae  
Signórum, languet cléricus;  
Post votum surgens, glóriæ  
Sancti fit testis públicus.

- \*5. Per hunc nos, Pater lúminum,  
Signes, et Lux de Lúmine,  
Illustratóris hóminum  
Cum Spíritus munímine.

Amen.


∇. Ora pro nobis, beáte Antóni.

R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.


Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

G



AU- DE, fe-lix Pádu- a, \* Quae thesáurum póssi-



des, Cu-ius cla-ra ví-si- o Dignum fo-re ló-cu-lum In

\* Haec Conclusio numquam mutatur.



a-ra monstrá-vit. Tu signis irrígu-a, Tot in tu-o pró-  
 vides Mí-se-ris Antó-ni-o : Serva re-i tí-tu-lum,  
 Quae sic te di-tá-vit : Sed tu nos ad árdu-a, Pa-ter his  
 qui praé-si-des, Quo-rum es possés-si-o, Transfer quos hic vín-  
 cu-lum Mortis inclí-ná- vit. E u o u a e.

## Ad Tertiam.

*Capitulum.* Optávi. *ut in I. Vesperis, 729. R̄. br. Amávit eum. de Communi, [66].*

## Ad Sextam.

*Capitulum.**Sap. 7, 11-13.*

**V**ENÉRUNT autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumérabilis honéstas per manus illius. † Et laetátus sum in ómnibus, quóniam antecedébat me ista sapiéntia, et ignorábam quóniam horum ómnium mater est. \* Quam sine fictióne dídici, et sine invidia commúnico, et honestátem illius non abscondo.

*R̄. br. Os iusti. de Communi, [67].*

## Ad Nonam.

*Capitulum.**Sap. 7, 15.*

**M**IHI autem dedit Deus dícere ex senténtia, et praesúmere digna horum, quae mihi dantur; \* quóniam ipse sapiéntiae dux est, et sapiéntium emendátor.

*R̄. br. Lex Dei. de Communi, [68].*

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, 727, praeter sequentia :*

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

O

Ie-su \*perpé-tu-a Lux, tot in Antó-

ni-o Signis dans splendó-rem, De quo non incóngru-a

No-bis glo-ri- á-ti-o Ti-bi dat ho- nó-rem: Grá-ti-a

per hunc tu-a Nos in va-se própri-o Ferre da liquó-

rem, Lám-pa-de non vá-cu-a Lumen det re-lí-gi-o, Cá-ri-

tas ardó-rem: Do- nec in do- mo su-a Pa-ter fru-i praé-

mi-o Do-net post labó- rem. E u o u a e.

*Com. sequentis.*

14. S. Basilii Magni, Episc., Conf.  
et Ecclesiae Doctoris.

*Duplex (m. t. v.)*

*Ant.* O Doctor... beáte Basili. *Ÿ.* Amávit. [58].

*Oratio.*

**E**XÁUDI, quaesumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Basilii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitate deférimus: † et qui tibi digne méruit famulári, \* eius intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

*In II. Vesperis: Ant.* O Doctor... beáte Basili. *Ÿ.* Iustum. [58]; *Com. seq. et Ss. Viti, Modesti atque Crescentiae, Mm.*

15. B. Iolentae Ducissae, Vid. 2. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Simile est. *Ÿ.* Spécie. [97].

*Oratio.*

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui beátam Ioléntam ab honóribus divitísque misericórditer abstraxísti, et húmilem Filii tui crucem et carnis mortificatiónem elígere fecísti: † eius méritis et intercessióne concéde; \* ut terréna ómnia despiciámus, ac caeléstia sincéro corde quaerámus. Per eúndem Dóminum.

*Com. Ss. Viti, Modesti atque Crescentiae, Mm.: Ant.* Lux perpétua. *Ÿ.* Sancti et iusti. [23]. (*Extra T. P. Ant.* Istórum. *Ÿ.* Laetámini. [32].)

*Oratio.*

**D**A Ecclésiae tuae, quaesumus Dómine, sanctis Martýribus tuis Vito. Modésto atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitate proficere: † ut prava despiciens, quaecúmque recta sunt \* líbera exérceat caritate. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis.*

16. B. Guidi a Cortona, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex (m. t. v.)*

*Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].

## Oratio.

**D**EUS, qui beátum Guidum Confessórem tuum religiósae perfectiónis exémpLAR, et evangélicae praedicationis ministrum praeuísti : † eius, quaesumus, intercessióne concéde; \* ut per bona ópera próximis nostris lucis exémpLA monstrémus. Per Dóminum.

*Com. B. Iolentae : Ant. Manum suam. V. Diffúsa. [99].*

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69].*

## 18. S. Ephraem Syri, Diac., Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex.*

*In I. Vesperis : Ant. O Doctor... beáte Ephraem. V. Amávit. [58].*

## Oratio.

**D**EUS, qui Ecclesiám tuam beáti Ephraem Confessóris tui et Doctóris mira eruditióné et praecláris vitae méritis illustráre voluísti : † te súplices exorámus; ut, ipso intercedénte, \* eam advérsus erróris et pravitatís insídias perénni tua virtúte deféndas. Per Dóminum.

*Com. Ss. Marci et Marcelliani, Mm. : Ant. Lux perpétua. V. Sancti et iusti. [23]. (Extra T. P. Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].)*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus, omnípotens Deus : † ut, qui sanctorúm Mártyrum tuórum Marci et Marcellíani natalítia cólimus; \* a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. ac Ss. Gervasii et Protasii, Mm.*

## 19. S. Iulianae de Falconeriis, Virg.

*Duplex.*

## Capitulum.

*2. Cor. 10, 17-18.*


**F**RATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est : \* sed quem Deus comméndat.

## Hymnus.


8.

C


AE-LÉ- STIS Agni nú- pti- as, O Iu- li- á- na, dum  
2. Sponsúmque suf- fi- xum cru- ci No- ctes di- ésque dum




1. pe- tis, Domum pa- térnám dé- se- ris, Cho- rúmque du- cis Vír-  
2. gemis, Do- ló- ris icta cúspi- de, Sponsi re- fers i- má-



1. ginum. 3. Quin septi- fórmí vúl- ne- re Fles ad ge- nu De-  
2. gi- nem. 4. Hinc morte fes- sam pró- xima Non u- si- tá- to  
5. Ae- térne re- rum Cóndi- tor, Ae- tér- ne Fi- li



3. í- parae : Sed cre- scit in- fú- sa fle- tu, Flammásque tol-  
4. te modo So- lá- tur et nu- trit De- us, Da- pem su- pér-  
5. par Patri, Et par u- trí- que Spí- ri- tus, So- li ti- bi



3. lit cá- ri- tas.  
4. nam pórrigens.  
5. sit gló- ri- a. A- men.

∇. Spécie. *Ant.* Veni Sponsa I. [82].

## Oratio.

**D**EUS, qui beátam Iuliánam Vírginem tuam extrémó morbo laborántem pretiósó Fílii tui Córpore mirabíliter recreáre dignátus es : † concéde quaésumus ; ut eius intercedéntibus méritis, \* nos quoque eódem in mortis agóne refécti ac roboráti, ad caeléstem pátriam perducámur. Per eúmdem Dóminum.

*Com. S. Ephraem : Ant.* O Doctor... beáte Ephraem. ∇. Iustum. [58].

*Deinde Com. Ss. Gervasii et Protasii, Mm. : Ant.* Lux perpétua. ∇. Sancti et iusti. [23]. (*Extra T. P. Ant.* Istórum. ∇. Laetámini. [32].)

## Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gervásii et Protásii solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis \* accendámur exémplic. Per Dóminum.

*In II. Vesperis: Hymnus ut supra, V. Diffúsa. Ant. Veni Sponsa II. [86]; Com. seq., diei Octavae S. Antonii de Padua, Conf. 1. Ord., et S. Silverii, Pap. et Mart.*

## 20. B. Michelinae a Pisauro, Vid. 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Simile est. V. Spécie. [97].*

## Oratio.

**D**EUS, qui beátam Michelínam a terrénis solútam afféctibus ad amórem tuum dispositióne admirábili transtulisti : † tríbue nobis, quaesumus; ut eius méritis et imitatioe a nóxiis cupiditátibus expediti, \* quae tibi sunt plácita líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

*Deinde Com. diei Octavae S. Antonii, Conf. : Ant. O proles. V. Ora pro nobis. 730.*

## Oratio.

**S**UBVÉNIAT plebi tuae quaesumus, Dómine, praeclári Confessóris tui beáti Antónii devóta et iugis orátio : † quae in praesénti nos tua grátia dignos effíciat, \* et in futúro gáudiis donet aetérnis. (Per Dóminum.)

*Denique Com. S. Silverii, Pap. et Mart. : Ant. Iste sanctus. V. Glória. [13].*

## Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram respice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actióis gravat, \* beáti Silvérii Mártyris tui atque Pontíficis intercessio gloriósa nos protégat. Per Dóminum.

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis.*

## 21. S. Aloisii Gonzagae, Conf

*Duplex.*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

## Oratio.

**C**AELĒSTIUM donórum distribútor Deus, qui in angélico iúvene Aloísio miram vitæ innocéntiam pari cum poeniténtia sociásti : † eius méritis et précibus concéde; \* ut innocéntem non secúti, poeniténtem imitémur. Per Dóminum.

*Com. B. Michelinae : Ant. Manum suam. V̄. Diffusa. [99].*

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. præcedentis.*

---

## 22. S. Paulini, Episc. et Conf.

*Duplex.*

*Ant. Sacérdos. V̄. Amávit. [43].*

## Oratio.

**D**EUS, qui ómnia pró te in hoc saéculo relinquéntibus, céntuplum in futúro et vitam aetérnam promisísti : † concéde propítius; ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhaeréntes, \* valeámus terréna despícere, et sola caeléstia desideráre : Qui vivis.

*Com. S. Aloisii : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69].*


*In II. Vesperis : Ant. Amávit. V̄. Iustum. [48].*

---

## 23. Vigilia S. Ioannis Baptistae.

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus, omnipotens Deus : ut familia tua per viam salutis incédât; † et beáti Ioannis Praecursóris hortaménta sectándo, \* ad eum quem praedíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum : Qui tecum.





Die 24. Iunii.

IN NATIVITATE  
SANCTI IOANNIS BAPTISTAE.

*Duplex I. classis cum Octava communi.*

IN I. VESPERIS.

I. Antiphona. 7. a



-PSE prae-í-bit \* ante illum in spí-ri-tu et  
virtú-te E-lí- ae, pa-rá-re Dómi-no plebem per-  
fé-ctam. *Ps. 109.* DI- XIT Dómi-nus DOmi-no ME- o : \*


Se-de a DEXtris ME- is. 482.

2. Ant.  
8. G


I

IO- ÁNNES \* est nomen e-ius : vinum et sí-ce-ram non






bi-bet, et mul- ti in na-ti-vi-tá-te e-ius gaudé-bunt.



*Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi Dómi-ne in to-tò corde ME-o : \* in




consí-li- o iustó-rum et congrega-ti- One. 483.




**E**x ú-te-ro senectú-tis \* et sté-ri-li Io-ánnes na-




tus est, Praecúrsor Dómi-ni. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir, qui Tmet




DOminum : \* in mandá-tis e-ius *vo-let* NI-mis. 484.



**I**-STE pu- er \* magnus co-ram Dómi-no : nam et ma-



nus e-ius cum i- pso est. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú- e-ri DOmi-



num : \* laudá-te *nomen* DOmi-ni. 485.

5. Ant.

5. a

N

AZARAE-US \* vo-cá-bi-tur pu-er iste : vinum et sí-

ce-ram non bi-bet, et omne immúndum non mandu-cá-

bit, ex ú-te-ro matris su-ae. *Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum omnes

GENtes : \* laudá-te e-um Omnes POpu-li. 489.

Capitulum.

*Isaiae 49, 1.*

AUDITE insulae, et attendite pópuli de longe : † Dóminus ab útero vocávit me, \* de ventre matris meae recordátus est nóminis mei.

Hymnus.


2.

U


Tr que-ant laxis re-soná-re fi-bris Mi-ra ge-  
2. Nún-ti-us celso vé-ni-ens O-lým-po, Te pa-tri

1. stó-rum fámu-li tu-ó-rum, Sol-ve pol-lú-ti lá-bi-i  
2. magnum fo-re na-sci-tú-rum, No-men, et vi-tae sé-ri-em


1. re-á-tum, Sancte Io-á-nnes. 3. Il-le pro-míssi dú-  
2. ge-rénda-e Or-di-ne pro-mít. 4. Ventris obtrú-so ré-  
5. Sit de-cus Patri, ge-



3. bi-us su- pérni, Pér-di-dit promptae módu-los loqué-  
 4. cubans cu- bí- li Sén-se-ras Re- gem thá-lamo ma-nén-  
 5. nitaé-que Pro-li, Et ti-bi com-par utri- úsque vir-



3. lae; Sed re- for- má-sti gé-ni- tus per-émp-tae Or-ga-  
 4. tem : Hinc pa-rens na- ti mé-ri- tis u-tér-que Ab-di-  
 5. tus, Spí- ri- tus semper, De- us u- nus o- mni Tém-po-



3. na vo- cis.  
 4. ta pandit.  
 5. ris ae-vo. A-men.

Y. Fuit homo missus a Deo.

R. Cui nomen erat Ioánnes.


### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G


**I**



NGRESSO \* Zacha-rí- a templum Dómi-ni, appá-



ru- it e- i Gábri- el Ange-lus, stans a dextris altá-



ris incén-si. E u o u a e.

### Oratio.

**D**EUS, qui praesentem diem honorabilem nobis in beáti Ioánnis Nativitáte fecisti : † da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum : \* et ómnium fidélium mentes dírige in viam salutis aetérnae. Per Dóminum.

## AD LAUDES et per Horas:

*Antiphonae ut in II. Vesperis, 747; Psalmi de Dominica, 4.*


Capitulum.

*Isaiae 49, 1.*

**A**UDITE insulae, et attendite populi de longe : † Dominus ab útero vocávit me, \* de ventre matris meae recordátus est nóminis mei.

Hymnus.

2.



**O** nimis fe-lix me-ri-tique celsi, Né-sci-ens la-  
 bem ní-ve-i pu-dó-ris : Praé-pot-ens Martyr, nemo-rúm-  
 que cultor, Má-xi-me Va-tum.

2. Serta ter denis álios coró-  
 nant  
 Aucta creméntis, duplicáta  
 quosdam;  
 Trina te fructu cumuláta  
 centum  
 Néxibus ornant.


3. Nunc potens nostri méritis  
 opímis  
 Péctoris duros lápides revéllé  
 Asperum<sup>1</sup>planans iter, et re-  
 fléxos  
 Dírige calles.

4. Ut pius mundi Sator et Red-  
 émptor  
 Méntibus culpae sine labe  
 puris  
 Rite dignétur véniens beátos  
 Pónere gressus.

5. Láudibus cives célebrent su-  
 péрни  
 Te Deus simplex, paritérque  
 trine,  
 Súpplices et nos véniam pre-  
 cámur :  
 Parce redémptis. Amen.

Alter Tonus.

I.



**O** nimis fe-lix me-ri-tique cel-si, Né-sci-ens la-



bem níve- i pu-dó- ris : Praépot-ens Martyr, nemo-rúmque



cul- tor, Má- xime Va- tum.


∇. Iste puer magnus coram Dómino.

℞. Nam et manus eius cum ipso est.

### Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

**A**



-PÉRTUM est \* os Zacha- rí- ae, et prophe- távit di-




cens : Be- ne- dí- ctus De- us Is- ra- el. E u o u a e .

### Ad Tertiam.


*Capitulum. Audíte. de Laudibus, 745.*

℞. br.

**F**



u- IT homo \* Mis- sus a De- o. ∇. Cu- i nomen e- rat



Io- ánnes. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

∇. Inter natos mulierum non surréxit maior.

℞. Ioánnē Baptísta.

## Ad Sextam.


## Capitulum.

*Isaiae 49, 5-6.*

**E**T nunc haec dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi : † Dedi te in lucem géntium, \* ut sis salus mea usque ad extrémum terrae.

Ry. br. 

**I** NTER na-tos mu-lí-e-rum \* Non surré-xit ma-ior.



∇. Io- ánne Baptista. Gló-ri- a Patri.

∇. Elisabeth Zacharíaе magnum virum génuit.

Ry. Ioánnem Baptístam, Praecursórem Dómini.

## Ad Nonam.


## Capitulum.

*Isaiae 49, 7.*

**R**EGES vidébunt et consúrgent príncipes, † et adorábunt Dómi-num Deum tuum, \* et sanctum Israël, qui elégit te.

Ry. br. 

**E** - LI-SABETH Zacha-rí-ae \* Magnum vi- rum génu-it.




∇. Io- ánnem Baptístam, Praecursó-rem Dómi-ni. Gló-ri- a.

∇. Iste puer magnus coram Dómino.

Ry. Nam et manus eius cum ipso est.

## IN II. VESPERIS.

## I. Antiphona. 3. a

- LISABETH Zacha-rí-ae \* magnum vi-rum gé-




nu- it, Io- ánnem Baptístam, Praecursó-rem Dómi-ni. *Ps. 109.* DI-




XIT Dóminus DOMino ME- o : \* Sede a dextris ME- is. 482.




**I** NNU- ÉBANT \* patri e-ius quem vellet vo-cá-ri




e- um : et scripsit di-cens : Io- ánnes est nomen e- ius.




*Ps. 110.* CONFITÉBOR ti-bi, Dómine, in to-to corde ME- o : \* in




consí- li- o iustó-rum et congre-ga- ti- O-ne. 483.




**I** O- ÁNNES vo-cá-bi-tur \* nomen e-ius, et in na-ti-vi-




tá-te e- ius mul-ti gaudé-bunt. *Ps. 111.* BE- ÁTUS vir qui TI-




met DOMinum : \* in mandá-tis e-ius vo-let NImis. 484.




**I** NTER na-tos \* mu-lí- e- rum non surré-xit ma-ior




Io- ánne Baptí-sta. *Ps. 112.* LAUDÁTE, PU-e-ri, DOMI-num : \*



laudá-te nomen DOMi-ni. 485.



**T** U pu- er, \* prophé- ta Altíssimi vo- cábe-ris: prae-í-



bis ante Dóminum pa-rá-re vi- as e- ius. *Ps. 116.* LAUDÁTE




Dóminum Omnes GENTes : \* laudá-te e- um omnes POPu- li. 489.

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, 743.*

℣. Iste puer magnus coram Dómino.

℞. Nam et manus eius cum ipso est.

Ad Magnificat, Antiphona.



**P** U-ER \* qui na-tus est nobis, plus quam prophé- ta est ;



hic est e-nim de quo Salvá-tor a- it : Inter na-tos mu-lí- e-





rum non surrexit maior Ioanne Baptista. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui praesentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis Nativitate fecisti : † da populis tuis spirituárium grátiam gaudiórum; \* et ómnium fidélium mentes dirige in viam salutis aetérnae. Per Dóminum.

*Com. sequentis.*

25. S. Gulielmi, Abbatis.

*Duplex.*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui infirmitati nostrae ad terendam salutis viam in Sanctis tuis exéplum et praesídium collocásti : † da nobis ita beati Gulielmi Abbátis mérita vnerári, \* ut eiusdem excipiámus suffrágia, et vestigia prosequámur. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et Octavae S. Ioannis.*

26. Ss. Ioannis et Pauli, Mm.

*Duplex.*

IN I. VESPERIS.

V. Laetámini in Dómino.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**A** -STI-TÉ-RUNT \* iusti ante Dómi-num, et ab ín-

vi-cem non sunt sepa-rá-ti : cá- li- cem Dó- mi- ni bi-



bé- runt, et amí-ci De- i appel-lá-ti sunt. E u o u a e.


## Oratio.

**Q**UAESUMUS omnipotens Deus : ut nos gemináta laetitia hodiér-  
nae festivitátis excípiat, † quae de beatórum Ioánnis et  
Pauli glorificatióne procédit; \* quos éadem fides et pássio vere  
fecit esse germános. Per Dóminum.


*Deinde Com. S. Gulielmi : Ant. Hic vir. ∇. Iustum. [69]; denique  
Octavae S. Ioánnis : Ant. Puer. ∇. Iste puer. 749.*

## Pro Commemoratione ad Laudes.


Ant.  
I. g




**I**-sti sunt Sancti, \* qui pro De- i amó- re




mi-nas hómi-num contempse-runt : sancti Márty-res in regno



cae-ló-rum exsúltant cum Ange- lis : o quam pre-ti- ósa



est mors Sanctó-rum! qui assí-du- e assí-stunt ante Dómi-




num, et ab ínvi- cem non sunt se-pa- rá- ti. E u o u a e.

∇. Exsultábunt.

## IN II. VESPERIS.

I. Ant.  
8. G



**P**ÁULUS et Io- ánnes \* dixé-runt lu- li- áno : Nos unum




De um có-limus, qui fe-cit caelum et ter-ram. E u o u a e.

*Ps. 109.* Dixit Dóminus. 482.


2. Ant.

8. G


**P**AULUS et Io-ánnes \* dixé-runt ad Te-renti-á-num :



Si tu-us dómi-nus est Iu-li-ánus, ha-bé-to pa-cem cum il-



lo : no-bis á-li-us non est ni-si Dómi-nus Ie-sus Chri-




stus. E u o u a e. *Ps. 110.* Confitébor. 483.


3. Ant.

I. f

**I**O-ÁNNES et Paulus, \* agnoscéntes ty-ránni-dem Iu-



li-áni, fa-cultá-tes su-as paupé-ri-bus e-rogá-re coepé-




runt. E u o u a e. *Ps. 111.* Beátus vir. 484.

4. Ant.

I. a 3

**S**ANCTI spí-ri-tus \* et á-nimae iustó-rum, hymnum dí-



ci-te De- o, alle- lú- ia. E u o u a e.


*Ps. 112.* Laudáte púeri. 485

5. Ant.  
I. f

O- ÁNNES et Paulus \* di-xé-runt ad Gal-li- cánum : Fac



vo-tum De-o caeli, et e-ris victor mé-li- us quam fu- í-sti.



E u o u a e. *Ps. 115.* Crédidi. 488.

*Capitulum et Hymnus de Communi, [30].*

∇. Exsultábunt Sancti in glória.

℞. Laetabúntur in cubílibus suis.

### Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

ISTI sunt \* du-ae o- lívae, et du- o cande- lá-



bra lu-cénti- a ante Dóminum : ha- bent pot- e- stá- tem



cláude-re cae-lum nú-bibus, et ape-rí-re portas e- ius :

qui a linguae e-ó-rum claves cae-li factae sunt.

E u o u a e.

*Com. seq. et Octavae S. Ioannis.  
Completorium de Feria.*

## 27. B. Benvenuti ab Eugubio, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

**Oratio.**

**D**ÓMINE Iesu, qui beátum Benvenútum Confessórem perfécta sui abnegatióne imitatórem tui gloriósum effecisti : † da nobis, quaésumus; ut voluntátem tuam semper exsequétes, \* eiúsdem glóriæ partícipes esse mereámur : Qui vivis et regnas.

*Com. Octav. S. Ioannis : Ant. Puer. V̄. Iste puer. 749.  
Vesperae de seq.; Com. praeced. et Octavae S. Ioannis.*

## 28. S. Irenaei Episc. et Mart.

*Duplex.*

*Ant. Iste Sanctus. V̄. Glória. [13].*

**Oratio.**

**D**EUS, qui beáto Irenaeo Mártiri tuo atque Pontífici tribuísti ut et veritáte doctrínae expugnáret hæreses, et pacem Ecclésiæ feliciter confirmáret : † da, quaésumus, plebi tuae in sancta religióne constántiam; \* et pacem tuam nostris concéde temporíbus. Per Dóminum.

*Com. B. Benvenuti : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69].  
Deinde Com. Octavae S. Ioannis : Ant. Puer. V̄. Iste puer. 749.  
Vesperae de sequenti, sine Com.*




Die 29. Iunii.

# SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI


*Duplex I. classis cum Octava communi.*

## IN I. VESPERIS.


1. Ant. 8. G




ETRUS et Io-annes \* ascendé-bant



in templum, ad ho-ram o-ra-







ti- ó-nis no-nam. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómi-






no ME-o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.  
7. b**A**

RGÈN-TUM \* et aurum non est mi- hi : quod autem



há-be- o, hoc ti-bi do. *In I. Vesp. Ps. 110. CONFITÈBOR ti-bi,*  
*In II. Vesp. Ps. 112. LAUDATE*Dómi-ne, in to-to COR-de ME- o : \* in consí-li- o iustó-  
PU-e-ri DÓminum : \* lau-dá-terum et congre-GA-ti- O- ne. 483.  
NOMen DÓmi-ni. 485.3. Ant.  
8. c**D**

I-XT Ange-lus ad Petrum : \* Circúm-da ti-bi vesti-



méntum tu- um, et séque-re me. *In I. Vesp. Ps. 111. BE-ÁTUS*  
*In II. Vesp. Ps. 115. CRÉ-DI-DI*vir, qui ti-met DÓmi-num : \* in mandá- tis e-ius vo-  
pro- pter quod lo- CU-tus sum : \* ego au- tem hu-mi-li- á- tuslet NImis. 484.  
sum NImis. 488.

4. Ant.  
7. c 2**M**

I-SIT Dóminus \* Ange-lum su- um, et li-be-rávit me

de manu He-ró-dis, al-le- lú- ia. *In I. Vesp. Ps. 112. LAU-*  
*In II. Vesp. Ps. 125. IN*DÁ-TE, PU- e-ri DÓmi-num: \* laudá-  
convertén-to Dóminus capti-vi-TA- tem SI- on: \* fa-ctite NO-men DÓmi-ni. 485.  
sumus sic-ut CONso- LA- ti. 492.5. Ant.  
7. c**T**

U es Petrus, \* et super hanc petram aedi- fi-cá-

bo Ecclé-si- am me- am. *In I. Vesp. Ps. 116. LAUDÁTE DÓ-*  
*In II. Vesp. Ps. 138. DÓ-MINE pro-*minum, Omnes GEN- tes: \* laudá- te e- um,  
básti me et CO-gno- VISTI me: \* tu cogno- ví-sti sessi- ó-nemOmnes POpu-li. 489.  
me- am et re-surrecti- O- nem ME- am. 497.



## Capitulum.

*Act. 12, 1-3.*

**M**ISIT Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. †  
 Occidit autem Iacobum fratrem Ioánnis gládio. \* Videns  
 autem quia placéret Iudaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

## Hymnus.

4.


**D**E CÔ-RA lux aeterni-tá-tis áure-am Di-em  
 be-á-tis irri-gá-vit ígnibus, A-posto-ló-rum quae  
 co-ró-nat Prínci-pes, Re-ísque in astra lí-be-ram pandit  
 vi-am. 2. Mun-di Ma-gíster atque cae-li Iá-ni-tor, Ro-  
 mae pa-réntes, arbi-tríque génti-um, Per-ensis il-le,  
 hic per cru-cis victor ne-cem, Vi-tae se-ná-tum laure-á-ti  
 pós-si-dent. 3. O Roma fe-lix, quae du-ó-rum Prínci-pum




Es consecrá-ta glo-ri- ó- so sángui-ne : Ho- rum cru- ó-



re purpu-rá-ta cé-te-ras Excél-lis orbis u-na pulchri-tú-




di-nes. 4. Sit Tri- ni- tá-ti sempi- térna gló-ri- a, Honor,



pot-é-stas, atque iu- bi- lá-ti- o, In u- ni- tá-te



quae gu- bérnat ómni- a Per u- nivér- sa aeterni- tá-tis



saécu- la. A- men.

### Alter Tonus.

I.



**D**

E- CÓRA lux ae- terni- tá- tis áure- am Di- em



be- á- tis irri- gá- vit ígni- bus, Apo- sto- ló- rum quae co- rónat



Prínci-pes, Re-ís-que in as-tra lí-be-ram pandit vi-am.

Ÿ. In omnem terram exívit sonus eórum.

℞. Et in fines orbis terrae verba eórum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

*I. f.*



**T** U es pastor ó-vi-um, \* Prin-ceps Apo-sto-ló-rum :



ti-bi trá-di-tae sunt cla-ves regni cae-ló-rum. E u o u a e.

### Oratio.

**D**EUS, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : † da Ecclésiae tuae eórum in ómnibus sequi praecéptum, \* per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

### AD LAUDES et per Horas.

*Antiphonae et Capitulum ut in I. Vesp., 755; Psalmi de Dominica, 4.*

### Hymnus.

4.

**B**

E- Á-TE Pastor Petre, cle-mens ácci-pe Vo-ta



pre-cántum, crimi-númque víncu-la Ver-bo re-sólve,

cui pot-é-stas trá-di-ta Ape-rí-re terris caelum, apértum  
 cláude-re. 2. E-GRÉ-GI-E Doctor Paule, mo-res ínstru-e,  
 Et nostra te-cum péctora in cae-lum trahe : Ve-lá-ta  
 dum me-rí-di-em cernat si-des, Et so-lis instar so-la re-  
 gnet cá-ri-tas. 3. Sit Tri-ni-tá-ti semp- térna gló-ri-a,  
 Honor, pot-é-stas, atque iu-bi-lá-ti-o, In u-ni-tá-  
 te quae gu-bérnat ómni-a, Per u-nivér-sa aeterni-tá-tis  
 saécu-la. A-men.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta eius intellexérunt.

## Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

Q UODCUMQUE \* li-gáve-ris super terram, e- rit li-gá-tum

et in cae- lis ; et quodcúmque sólve-ris super ter-ram,

e- rit so-lú-tum et in cae- lis : dí- cit Dóminus Simó- ni

Pe- tro. E u o u a e.

## Ad Tertiam.

*Capitulum.* Misit. *ut in I. Vesperis, 758. R̄. br.* In omnem terram. [7].  
 √. Constitues.

## Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Act. 12, 5.*

**P**ETRUS quidem servabátur in cárcere. † Orátio autem fiebat sine intermissióne \* ab Ecclésia ad Deum pro eo.

*R̄. br.* Constitues eos. [7]. √. Nimis.

## Ad Nonam.

*Capitulum.*

*Act. 12, 11.*

**E**T Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum, † et erípuit me de manu Heródis, \* et de omni exspectatióne plebis Iudaeórum.

*R̄. br.* Nimis honoráti sunt. [8]. √. Annuntiavérunt.

## IN II. VESPERIS.

Ubi non est faciendum Officium S. Pauli in ecclesia propria.

*Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis de Communi Apostolorum, [8].  
Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis Festi, 758.*

∇. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona. I. D

ODI-E \* Si-mon Petrus ascén- dit cru- cis  
pa-tí- bu- lum, alle- lú- ia : hó- di- e Clavi- cu- lá- ri- us regi  
gaudens migrá- vit ad Chri- stum : hó- di- e Paulus Apósto-  
lus, lumen orbis terrae, incli- ná- to cá- pi- te, pro Chri-  
sti nómi- ne marty- ri- o co- roná- tus est, alle- lú- ia.  
E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui hodiérnam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti : † da Ecclesiae tuae, eorum in ómnibus sequi praeceptum, \* per quos religionis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

*Ubi vero fit Officium S. Pauli in ecclesia propria vel hoc Festum extra diem suam celebratur :*

### In I. Vesperis.

*Antiphonae et Psalmi ut die 25. Ianuarii, 557.*

Capitulum.

2. Tim. 4, 7-8.


**B**ONUM certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. †  
In réliquo repósita est mihi coróna iustitiae, \* quam reddet  
mihi Dóminus in illa die iustus iudex.

*Hymnus. Egrégie Doctor. 761.*

Ÿ. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.


℞. Praedicátor veritátis in univérso mundo.

#### Ad Magnificat, Antiphona.


8. G 

**S**

ANCTE Paule A-pósto-le, \* praedi-cá-tor ve-ri-tá-



tis et doctor Génti- um; intercède pro no-bis ad De- um,



qui te e-lé-git. E u o u a e.

*Oratio. Deus qui multitudinem. 765.*

*Com. S. Petri tantum : Ant. Tu es pastor. 760.*

Ÿ. Tu es Petrus.

℞. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

#### Oratio.

**D**EUS qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis regni  
caeléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti : †  
concede, ut intercessiónis eius auxílio, \* a peccatórum nostrórum  
néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

## 30. Commemoratio S. Pauli Apostoli.

*Duplex maius.**Ad Laudes Antiphonae Ego plantávi. cum reliquis ut die 25. Ian. 557; Psalmi de Dominica. 4.*

Capitulum.

2. Tim. 4, 7-8.

**B**ONUM certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. †  
In réliquo repósita est mihi coróna iustítiae, \* quam reddet  
mihi Dóminus in illa die iustus iudex.

*Hymnus. Exsúttet orbis gáudiis. [3].*

Ÿ. Tu es vas electiónis, sancte Paule Apóstole.

Ź. Praedicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

**V**os qui se-cú-ti estis me, \* sedé-bi-tis super se-  
des, iu-di-cántes du-óde-cim tri-bus Isra-el, di-cit Dóminus.  
E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui multitúdinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedi-  
cacióné docuísti : † da nobis, quaésumus; ut cuius natalítia  
cólimus, \* eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Com. S. Petri : Ant. Tu es pastor. 760. Ÿ. Tu es Petrus. Oratio. Deus, qui beáto Petro. 764.*

*Deinde Com. S. Ioannis : Ant. Apértum est. 746. Ÿ. Iste puer. Oratio ut in die Festi.*

Ad Tertiam.

*Capitulum. Bonum certámen. ut supra. Ź. br. In omnem terram. [7].*  
Ÿ. Constitúes.



## Ad Sextam.

## Capitulum.

2. Cor. 12, 7-9.

**N**E magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stimulus carnis meae, ángelus sátanae, qui me colaphízet. † Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me : \* et dixit mihi : Súfficit tibi grátia mea.

R̄. br. Constitues eos. [7]. V̄. Nimis.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

1. Cor. 15, 9-10.

**E**GO enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiám Dei. † Grátia autem Dei sum id quod sum, \* et grátia eius in me vácuá non fuit.

R̄. br. Nimis honoráti sunt. [8]. V̄. Annuntiavérunt.

*Vesperae de sequenti; Com. praeced., S. Petri Ap., ac diei Oct. S. Ioannis.*

*Sicubi tamen II. Vesperae S. Pauli dicendae sint integrae, Antiphonae et Psalmi sumuntur de Com. Apost. [8]; Capit., Hymn., V̄. et Antiphona ad Magnif. ut in I. Vesp., 764; et fit Com. S. Petri: Ant. Tu es pastor. 760. V̄. Tu es Petrus. Oratio. Deus, qui beáto Petro. 764; deinde Com. sequentis Festi Pretiosissimi Sanguinis et diei Octavae S. Ioannis Baptistae: Ant. Ingresso. V̄. Fuit homo. 744.*





## FESTA IULII.


Die 1. Iulii.

# Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.


*Duplex II. classis.*

## IN I. VESPERIS.

1. Ant. 7. a




UIS est iste \* qui ve-nit de Edom, tinctis



vésti-bus de Bosra? Iste formó-sus in sto-la su- a.




*Ps. 109.* DI-XIT Dóminus DÓmi-no ME-o : \* Sede a DEXtris




ME- is. 482.


2. Ant.  
8. c




**E**-GO \* qui loquor iustí-ti-am, et pro-pugná-tor



sum ad salvándum. *Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi, Dómine, in




to-to corde ME-o : \* in consí-li-o iustó-rum et congrega-




ti- One. 483.

3. Ant.  
4. A  
**V** ESTITUS e-rat \* veste aspérsa sán-gui-ne, et vo-




cá-tur nomen e-ius Verbum De- i. *Ps. III.* BE-ÁTUS vir, qui




timet DOMinum : \* in mandá-tis e-ius vo-let NImis. 484.


4. Ant.  
8. c  
**Q** UARE ergo \* rubrum est induméntum tu-um, et



vestiménta tu-a sic-ut calcánti-um in torcu-lá-ri?



*Ps. 112.* LAUDÁTE pú-e-ri DOMinum : \* laudá-te nomen DOM-




mi-ni. 485.



5. Ant.

2. D

T



ÓRCU-LAR \* calcá-vi so-lus, et de génti-bus non

est vir me-cum. *Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum, omnes GÉNtes: \*

laudá-te e-um, omnes Popu-li. 489.

Capitulum.

*Hebr. 9, 11-12.*

**F**RATRES : Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per  
 ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est,  
 non huius creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitu-  
 lórum, sed per próprium Sánguinem introívit semel in Sancta, \*  
 aetérna redemptióne invénta.


Hymnus.

8.


F

E-STI-VIS ré-sonent cómpi-ta vó-cibus, Ci-  
 2. Quem du-ra mó-ri-ens Chri-stus in árbo-re Fu-


1. ves lae-tí-ti-am frónti-bus éx-plicent: Tae-dis flammí-  
 2. dit mul-típli-ci vúlne-re Sánguinem, Nos fa-cti mé-



1. fe-ris ór-di-ne pród-e-ant Instrú-cti pú-eri et se-  
 2. mo-res dum có-li-mus, de-cet Sal-tem fún-de-re lá-cri-



1. nes. 3. Humá-no géne-ri per-ní-ci-es gravis  
 2. mas. 4. Clamó-rem vá-lidum summus ab aé-the-re



3. A- dá-mi vé-te-ris crí-mi-ne cón-ti-git : Adámi in-té-  
4. Languén-tis Gé-ni-ti si Pa-ter áu-di-it, Pla-cá-ri pó-




3. gri-tas et pí-e-tas no-vi Vi-tam réd-di-dit ó-mnibus.  
4. ti-us Sán-gui-ne dé-bu-it, Et no-bis vé-ni-am da-re.




5. Hoc qui cúm-que sto-lam Sán-guine pró-lu-it, Abs-tér-  
6. A recto in-stá-bi-lis trá-mi-te póstmodum Se nul-  
7. No-bis pro-pí-ti-us sis, Gé-ni-tor pot-ens, Ut quos



5. git mácu-las ; et ró-se-um decus, Quo fi-at sí-  
6. lus rétrahat, me-ta sed úl-tima Tangá-tur : trí-  
7. u-nígenae Sán-gui-ne Fí-li-i E-místi et plá-



5. mi-lis pró-ti-nus Ange-lis Et Re-gi plá-ce-at, ca-  
6. bu-et nó-bi-le praé-mi-um, Qui cur-sum De-us ád-iu-  
7. ci-do Flá-mi-ne ré-cre-as, Caeli ad cúl-mi-na tráfse-



5. pit.  
6. vat.  
7. ras. A-men.

∇. Redemísti nos, Dómine, in Sán-guine tuo.  
℞. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

3. a

**A**

CCESSISTIS \* ad Si- on montem, et ci-vi-tá-tem De- i

vi-véntis, Ie-rú-sa-lem cae-léstem, et Te-staménti no-vi me-

di- a-tó-rem Ie-sum, et Sángui-nis aspersi- ó-nem mé-li- us lo-

quéntem quam A-bel. E u o u a e.

## Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti ac eius Sángvine placári voluísti : † concéde, quaesumus, salúti nostrae prétium solénni cultu ita venerári, atque a praeséntis vitae malis eius virtúte deféndi in terris; \* ut fructu perpétuo laetémur in caelis. Per eúndem Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. Sancte Paule. √. Tu es vas. 764; Oratio. Deus qui multitudínem. 765; deinde Com. S. Petri Ap. : Ant. Tu es pastor. 760. √. Tu es Petrus. Oratio. Deus qui beáto. 764; postea Com. diei Octavae S. Ioannis : Ant. Ingréso. √. Fuit homo. 744.*

## AD LAUDES et per Horas.

I. Ant.

I. g

**H**

I qui amícti sunt \* sto-lis albis, qui sunt? et unde

ve-né-runt? E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.  
1. a 3**H**

i sunt, \* qui vené-runt de tri-bu-la-ti-ó-ne magna,

et lavé- runt sto-las su- as in SÁngvine Agni.

E u o u a e.

3. Ant.  
6. F**I**

D-E-O \* sunt ante thro-num De- i, et sérv- unt

e- i di- e ac no-cte. E u o u a e.

4. Ant.  
7. a**E**

T ipsi vi-cé-runt \* dra-có-nem propter SÁngui-nem

Agni, et propter testaméntum Verbi su- i. E u o u a e.

5. Ant.  
8. G**B**

E-Á-TI \* qui la-vant sto-las su- as in Sán- gui-ne

Agni. E u o u a e.

## Capitulum.

*Hebr. 9, 11-12.*

**F**RATRES : Christus assistens pón-tifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non huius creati6nis : † neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium Sánguinem introívit semel in Sancta, \* aetérna redempti6ne invénta.

## Hymnus.

2. **S** ALVÉTE, Christi vúlne-ra, Imménsi amó- ris pí-  


gno-ra, Quibus per-énnes rí- vu- li Manant rubéntis Sánguinis.

2. Nitóre stellas víncitis,  
 Rosas odóre et bálsama,  
 Prétó lapillos Indicos,  
 Mellis favos dulcédine.

3. Per vos patet gratíssimum  
 Nostris asýlum méntibus;  
 Non huc furór minántium  
 Umquam penétrat hóstium.

4. Quot Iesus in praetório  
 Flagélla nudus éxcipit!  
 Quot scissa pellis úndique  
 Stillat Cruóris gúttulas!

5. Frontem venústam, proh dol-  
 lor!  
 Coróna pungit spínea,  
 Clavi retúsa cúspide  
 Pedes manúsque pérforant.

6. Postquam sed ille trádedit  
 Amans, volénsque spíritum,  
 Pectus ferítur láncea,  
 Gemínusque liquor éxsilit.

7. Ut plena sit redéptio,  
 Sub torculári stríngitur,  
 Suíque Iesus ímmemor,  
 Sibi nil resérvat Sánguinis.

8. Veníte, quotquot críminum  
 Funésta labes íncit:  
 In hoc salútis bálneo  
 Qui se lavat, mundábitur.


\*9. Summi ad Paréntis déxteram  
 Sedénti habénda est grátia,  
 Qui nos redémit Sángvine,  
 Sanctóque firmat Spíritu.

Amen.

∇. Iustificáti in Sángvine Christi.


℞. Salvi érimus ab ira per ipsum.

## Ad Benedictus, Antiphona.


3. g **E** - RIT sanguis Agni \* vo-bis in signum, di-cit Dó-  


\* Haec Conclusio numquam mutatur.






mi-nus: et vi-dé-bo sán-gui-nem, et transí-bo vos, nec



e-rit in vo-bis pla-ga dispé-dens. E u o u a e.

*Com. diei Oct. S. Ioannis: Ant. Apértum est. ∇. Iste puer. 746.*


, Ad Primam.



*In R̄. br.* Qui tu-o nos Sán-gui-ne redemí-sti.

Ad Tertiam.


*Capitulum. Fratres. ut in I. Vesperis, 769.*




*R̄. br.*

**R**

EDE-MÍSTI NOS DÓmi-ne \* In Sán-gui-ne tu-o.



∇. Ex omni tri-bu, et lingua, et pó-pu-lo, et na-ti-ó-ne.



Gló-ri-a Patri.

∇. Sanguis Iesu Christi Fílii Dei.

*R̄.* Emúndat nos ab omni peccáto.

Ad Sextam.

Capitulum.

*Hebr. 9, 13-14.*

**S**I sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatió-nem carnis: † quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, \* emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti!

Ry. br.

**S**

ANGUIS Ie-su Christi Fí-li-i De-i \* Emúndat



nos. V. Ab omni peccá-to. Gló-ri- a Patri.

V. Christus diléxit nos.

Ry. Et lavit nos in Sánguine suo.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Hebr. 9, 19-20.*

**A**CCIPIENS Móyses sánguinem vitulórum et hircórum cum aqua, et lana coccínea, et hyssópo, † ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens : \* Hic sanguis Testaméti, quod mandávit ad vos Deus.


Ry. br.

**C**

HRISTUS di-lé-xit nos, et la-vit nos \* In Sánguine



su- o. V. Et fe-cit nos regnum, et sa-cerdó-tes De-o et



Patri. Gló-ri- a Patri.

V. Iustificáti in Sánguine Christi.

Ry. Salvi érimus ab ira per ipsum.

*Vesperae de sequenti; Com. praeced. et diei Oct. S. Ioannis.*

*Sicubi tamen hoc Festum habeat II. Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I. Vesperis, 767, exceptis versu Te ergo quaesumus. et Ant. Ad Magnificat Habébitis. ut infra, 778.*



Die 2. Iulii.

# In Visitatione B. Mariae Virginis.

*Duplex II. classis.*

## IN I. VESPERIS.

1. Ant. 8. G

XSURGENS Ma-rí-a \* áb-i-it in montá-na

cum festi-na-ti-óne in ci-vi-tá-tem Iu-da. *Ps. 109.* DI-XIT

Dóminus Dómi-no ME-o : \* Sede a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.  
2. D

INTRÁ-VIT Ma-rí-a \* in do-mum Zacha-rí-ae, et

sa-lu-tá-vit E-lí-sabeth. *Ps. 112.* LAUDÁTE, pú-e-ri, DOMI-

num : \* laudá-te *nomen* DOMI-ni. 485.

3. Ant.

3. a 2

U

T audí-vit \* sa-lu-ta-ti-ónem Ma-rí-ae E-lí-sa-

beth, exsultá-vit infans in ú-te-ro e-ius, et replé-ta est

Spí-ri-tu Sancto, al-le-lú-ia. *Ps. 127.* LAETÁTUS sum in his

quae DÍcta sunt MI-hi : \* In domum Dómi-ni I-bimus. 489.

4. Ant.

7. a

B

ENE-DÍCTA tu \* inter mu-lí-e-res, et be-ne-díctus

fructus ventris tu- i. *Ps. 126.* NI-SI Dóminus aedi-fiCAve-rit

Dónum, \* in vanum labo-ravé-runt qui aeDI-fi-cant E-am. 490.


5. Ant.

I. f


E

X quo facta est \* vox sa-lu-ta-ti-ónis tu-ae in

áuri-bus me- is, exsultá-vit infans in ú-te-ro me- o,



al-le-lú-ia. *Ps. 147.* LAUDA Ie-RU-sa-lem DÓmi-num: \* lauda



De-um tu-um, SI-on. 491.

*Capitulum. Ab initio. et Hymnus. Ave maris stella. de Communi B. M. V., [121].*

∇. Benedicta tu in muliéribus.

℞. Et benedíctus fructus ventris tui.


Ad Magnificat, Antiphona.

8. G


**B**



E-ÁTA es\* Ma-rí-a, quae cre-di-dísti: per-fi-ci-én-



tur in te quae dicta sunt ti-bi a Dómino, alle-lú-ia.



E u o u a e.


Oratio.

**F**ÁMULIS tuis, quaesumus Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre: † ut quibus beátae Vírginis partus exstítit salútis exórdium, \* Visitatiónis eius votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.


Pro Commemoratione praecedentis, Antiphona.

I. D<sub>2</sub>


**H**



ABÉ-BI-TIS au-tem\* hunc di-em in monuméntum:



et ce-le-brá-bi-tis e-um sol-émnem Dómi-no in gene-



ra-ti- ó-ni-bus vestris cultu sempi-tér-no. E u o u a e.

∇. Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni.

℞. Quos pretioso Sanguine redemisti.

### Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternae Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti ac eius Sanguine placari voluisti : † concede, quaesumus, salutis nostrae pretium solenni cultu ita venerari, atque a praesentis vitae malis eius virtute defendi in terris; \* ut fructu perpetuo laetemur in caelis.

*Deinde Com. diei Octavae S. Ioannis : Ant. Puer. ∇. Iste puer. 749.*

*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V., 92 et 46.*

## AD LAUDES et per Horas.

*Antiphonae ut in I. Vesperis, 776; Psalmi de Dominica, 4; Capitulum. Ab initio. et Hymnus. O gloriosa. de Communi B. M. V., [124].*

∇. Benedicta tu in mulieribus.

℞. Et benedictus fructus ventris tui.

### Ad Benedictus, Antiphona.


8. G

**C**


UM audisset \* sa-lu-ta-ti-ónem Ma-rí-ae E- lí-sa-



beth, exclamá-vit vo-ce magna et di-xit : Unde hoc mi-



hi, ut vé-ni- at ma-ter Dómi-ni me- i ad me? alle-lú- ia.



E u o u a e.

*Com. Ss. Processi et Martiniani Martyrum: Ant. Vestri capilli. [34].*  
 V̄. Exsultábunt.

Oratio.

**D**EUS, qui nos sanctórum Mártýrum tuórum Procéssi et Martiniáni gloriósis confessiónibus circúmdas et prótegis: \* da nobis et eórum imitatióne proficere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

*Ad Horas, Ant. de I. Vesperis, 776; Capit. et R̄R̄. br. ut in Festis B. M. V., [125].*

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, 776, praeter ea quae sequuntur:*

V̄. Benedícta tu in muliéribus.

R̄. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**B** E-ÁTAM me di-cent \* omnes ge-ne-ra-ti-ó-nes, qui-a  
 ancíl-lam húmi-lem respé-xit De-us, alle-lú-ia.  
 E u o u a e.

*Com. sequentis.*

## 3. S. Leonis II. Pap. Conf.

*Semiduplex.*

*Ant. Sacérdos. V̄. Amávit. [43].*


Oratio.

**D**EUS, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coequásti: † concéde propítius; ut qui commemoratiónis eius festa percólimus, \* vitae quoque imitémur exempla. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis et Octav. Ss. Petri et Pauli.*

Pro Commemoratione Octavae ad Laudes, Antiphona.

6. F



G

LORI- Ó-SI \* prínci-pes ter-rae, quómo-do in vi-ta



su-a di-le-xé-runt se, i-ta et in mor-te non sunt



se-pa-rá-ti. E u o u a e.

∇. In omnem terram exiit sonus eórum.

℞. Et in fines orbis terrae verba eórum.

Oratio.

**D**EUS, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli mártýrio consecrásti : † da Ecclésiae tuae eórum in ómnibus sequi praecéptum, \* per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

#### 4. B. Raymundi Lulli, Mart. 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Iste Sanctus. ∇. Glória. [13].


Oratio.

**D**EUS, qui beátum Raymúndum Mártýrem tuum animárum zelo ac fidei dilatándaе stúdio decorásti : † concéde nobis fámulis tuis : \* ut ipsíus précibus et intercessióne, fidem quam tua grátia suscepimus firmiter ad mortem usque teneámus. Per Dóminum.

*Com. S. Leonis : Ant.* Amávit. ∇. Iustum. [48].

Pro Commemoratione Octavae, Antiphona.

8. G



P

ETRUS A-pósto-lus, \* et Paulus doctor Génti- um, ipsi





nos docu- é- runt legem tu- am Dómine. E u o u a e.

∇. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℞. Mémoires erunt nóminis tui Dómine.

*Oratio.* Deus qui hodiérnam. 781.

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis et Octav. Ss. Petri et Pauli.*

## 5. S. Antonii-Mariae Zaccaria, Conf.

*Duplex.*

*Ant.* Similábo. ∇. Amávit. [64].

*Oratio.*

**F**AC NOS, Dómine Deus, supereminéntem Iesu Christi sciéntiam spíritu Pauli Apóstoli ediscere : † qua beátus Antónius-Maria mirabiliter eruditus, \* novas in Ecclésia tua clericórum et vírginum famílias congregávit. Per eúndem Dóminum nostrum.

*Com. B. Raymundi : Ant.* Qui vult. ∇. Iustus. [17].

*Deinde Com. Octavae : Ant.* Petrus Apóstolus. ∇. Constítues. 781.

*Vesperae de seq.; Com. praeced.*

## 6. Octava Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

*Duplex maius.*

*Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas de occurrenti Hebdomadae die, ut in Psalterio : reliqua de Comm. Apostolorum, [1], praeter sequentia :*

**In I. Vesperis.**

∇. Constítues eos príncipes super omnem terram.

℞. Mémoires erunt nóminis tui Dómine.

*Ad Magnificat, Antiphona.* Petrus Apóstolus. 781.

*Oratio.*

**D**EUS, cuius dextera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit, et coapóstolum eius Paulum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit : † exáudi nos propítius et concéde ; \* ut ambórum méritis aeternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Com. S. Antonii-Mariae : Ant.* Hic vir. ∇. Iustum. [69].

## In II. Vesperis.

∮. Constitues eos. *Ad Magnificat, Ant. Petrus Apóstolus. 781.*  
*Com. sequentis : Ant. O quam. ∮. Sacérdotes. 784.*

## 7. Ss. Cyrilli et Methodii Pontificum, Conf.

*Duplex.*

*In I. Vesperis, quando dicendae sunt, dicitur :*

Hymnus.


8.

**S**

É- DI-BUS cae-li ní-ti-dis re-cé-ptos Dí-cite athlé-  
 2. Hos amor fratres so-ci-á- vit u-nus, Unaque abdú-




1. tas gé-mi-nos, fi-dé-les: Slá-vi-cae du-plex có-lumen decúsque  
 2. xit pí-e-tas e-ré-mo, Ferre quo mul-tis cé-le-rent be-á-tae



1. Dí-ci-te gen-tis. 3. Lu-ce quae templis sú-pe-ris re-ní-  
 2. Pí-gno-ra vi-tae. 4. Dé-bi-tam cin-cti mé-ri-tis co-ró-



3. det, Búl-ga-ros complent, Mó-ravos, Bo-hé-mos: Mox fe-ras  
 4. nam, Pérgite o fle-cti lá-crí-mis pre-cántum: Pri-sca vos



3. turmas nume-ró-sa Petro A-gmi-na du-cunt. 5. Quae-  
 4. Sla-vis o-pus est da-tó-res Do-na tu-é-ri. 6. Gen-



5. que vos clamat ge-ne-ró- sa tel- lus Servet ae-tér-nae  
6. tis hu-mánae Sa-tor et Red-émptor, Qui bo-nus no- bis



5. fi-de- i ni- tó-rem: Quae de-dit prin-ceps, da-bit i- psa  
6. bo-na cuncta praebes, Sint ti-bi gra- tes, ti-bi sit per




5. semper Ro- ma sa- lú- tem.  
6. omne Gló- ri- a saeclum. A- men.


∇. Sacerdótes tui induántur iustítiam.

℞. Et Sancti tui exsúltent.

#### Ad Magnificat, Antiphona.



pa- cem, evange- li-zánti- um bo- na, di-cénti- um Si- on :



Regná-bit De- us tu- us. E u o u a e.

#### Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Slavóniae gentes per beátos Confessóres tuos atque Pontífices Cyríllum et Methódium ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: † praesta ut quorum fêstivítate gloriámur, \* eórum consórtio copulémur. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione ad Laudes, Antiphona.

8. c

**I**N sancti-tá-te \* et iu-stí-ti- a servi- é-runt Dómino  
 ómni-bus di- ébus su- is: íd-e- o sto-lam gló-ri-ae ín-du- it

il-los Dómi-nus De- us Is- ra-el. E u o u a e.

∅. Sapiéntiam Sanctórum narrent pópuli.

R̄. Et laudem eórum núntiet Ecclésia.

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis, ut infra.*¶ *Sicubi II. Vesp. de Ss. Cyrillo et Methodio sint dicendae, Hymnus. Sédibus. ut in I. Vesperis, cetera ut infra.*

## 8. S. Elisabeth Reginae, Vid. 3. Ord.

*Duplex maius.*

Capitulum.

*Prov. 31, 10-11.*

**M**ULIEREM fortem quis invéniet? Procul et de últimis finibus  
 prétium eius. † Confidit in ea cor viri sui, \* et spóliis non  
 indigébit.

In I. Vesperis.

Hymnus.

**I.**  
**D**O- MÁ-RE cor- dis ímpe- tus E- lí- sabeth Fortis,  
 2. En fúlgi- dis re- cé-pta cae- lí sé- dibus, Si- de-

1. in-ópsque De- o Serví-re, regno praé-tu-lit. 3. Nunc regnat  
 2. re-aé- que domus Di- tá-ta sanctis gáudi- is. 4. Pa- tri pot-



3. inter caé-li-tes be- á-ti- or, Et premit a-stra, do-cens  
4. éstas, Fi- li- ó-que gló-ri- a, Per- pe-tu- úmque de-cus




3. Quae ve- ra sint re-gni bona.  
4. Ti- bi sit, al- me Spí- ri- tus. A- men.

Ÿ. Ora pro nobis, beáta Elísabeth.

R̄. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

#### Ad Magnificat, Antiphona.



**A** U-DÍ-TE ergo, reges, \* et intel-lí-gi-te; dí-sci- te,



iú-di-ces fí-ni- um terrae. E u o u a e.


#### Oratio.

**C**LEMENTÍSSIME Deus, qui beátam Elísabeth Regínam, inter ceteras egrégias dotes, béliici furóris sedándi praerogátiva decorásti : † da nobis eius intercessiõne, post mortális vitae, quam suppliciter pétimus, pacem, \* ad aetérna gáudia perveníre. Per Dóminum.

#### Pro Commemoratione praecedentis, Antiphona.



**I** -STI sunt \* vi-ri sancti, fa-cti amí- ci De- i,



di-ví-nae ve-ri-tá-tis praecó-ni- o glo-ri- ó- si : lin- guae.



e-ó-rum claves cae-lí factae sunt. E u o u a e.

℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam.

℞. Et Sancti tui exsúltent.


### Ad Laudes.

*Capitulum. Mulierem. ut in I. Vesperis, 785.*


#### Hymnus.

I.

O




-PES de-cús-que ré-gi-um re-lí-que-ras, E-lí-  
 2. Prae-i, vi-ám-que, dux sa-lú-tis, ín-di-ca : Sequé-  
 3. Be-á-ta cá-ri-tas, in ar-ce sí-derum Pot-ens



1. sa-beth, De-i di-cá-ta nú-mi-ni : Re-cé-pta nunc be-  
 2. mur : O sit u-na mens fi-dé-li-um, Odor bo-nus sit  
 3. lo-cá-re nos per omne saé-cu-lum ! Patri-que, Fi-li-



1. á-ris in-ter Ange-los : Li-bens ab hó-sti-um tu-é-re  
 2. omnis á-cti-o, tu-is Id ín-nu-it ro-sis o-pér-ta  
 3. ó-que summa gló-ri-a, Ti-bí-que laus per-én-nis, alme



1. nos do-lis.  
 2. cá-ri-tas.  
 3. Spí-ri-tus. A-men.

℣. Méritis et précibus beátae Elísabeth.

℞. Propítius esto Dómine pópulo tuo.

## Ad Benedictus, Antiphona.

7. c 2

**T** u gló-ri-a Ie-rú-sa-lem, \* tu lae-tí-ti-a Isra-el, tu

hono-ri-fi-cénti-a pó-pu-li tu-i. E u o u a e.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. ut infra.*

¶ *Sicubi II. Vesp. dicendae sint integrae: Hymnus. Domáre. ut in I. Vesp. 785; Ant. ad Magnificat. Elisabeth. ut infra, 790.*

## 9. Ss. Nicolai et X Sociorum, Mm. 1. Ord.

*Duplex maius.*

## In I. Vesperis.

Capitulum.

*Apoc., 12, 11.*

**S**ANCTI vicérunt propter Sanguinem Agni, † et propter verbum testimónii sui, \* et non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem.

## Hymnus.

5.

**M** ÁRTYRUM vir-tus \* va-li-dúmque robur, Palma vi-


2. Hac di-e sacra pópu-lus fi-dé-lis Mí-li-tes

1. ctórum, de-cus et co-ró-na, Chri-ste Rex, tanti mémo-  
2. Christi, fí-de-i co-lúmna, Agmen in-víctum ce-le-


1. rum tri-úmphi Vó-ci-bus adsis. 3. In-ter hos Ordo  
2. brá-re di-gno Cármi-ne ge-stit. 4. Fér-vi-di sacro  
5. Sit Pa-tri virtus,



3. mé-ri- to Mi- nó- rum Unde- cim cla- ros ré- co- lit so- dá-  
 4. pi- e- tá- tis igne, Pá- bu- lum prae- bent póp- u- lo sa- lú-  
 5. honor et pot- é- stas; Fí- li- o sit laus pá- ri- lis per ae-



3. les, Qui su- a pri- mi me- ru- é- re mor- te Tól- le- re  
 4. tis; Nec minae ter- rent : De- us i- pse corda Pró- vi- dus  
 5. vum; Flá- mi- ni Sancto ré- so- nent per- énni Cánti- ca



3. palmas.  
 4. af- flat.  
 5. vo- ce. A- men.

℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte iusti.

℞. Et gloriámini, omnes recti corde.

### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G




**I** N pot- énti- a \* bráchi- i tu- i Dómi- ne dispér-



gens su- pérbos, respe- xísti humi- li- tá- tem servó- rum



tu- ó- rum : et ecce be- á- tos e- os di- cent omnes gene- ra-



ti- ó- nes. E u o u a e.



## Oratio.

**D**EUS, qui sanctórum Mártyrum tuórum Nicolái et Sociórum eius gloriósum pro fide tua certámen aeternitátis láurea decorásti : † concéde propítius, ut eórum méritis et imitatióne certántes in terris ; \* cum ípsis coronári mereámur in caelis. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione S. Elisabeth, Antiphona.

5. a

**E**

- LÍ-SA-BETH, \* pa-cis et pátri-ae ma-ter, in caelo



tri-úmphans, do-na no-bis pa-cem. E u o u a e.

∇. Ora pro nobis, beáta Elísabeth.

*Oratio.* Clementissime. 786.

## Ad Laudes.


*Capitulum.* Sancti vicérunt. ut in I. Vesperis, 788.

## Hymnus.


8.

**N**

OCTE iam vul-sa, ru-ti-lántis astri Splendor il-lú-



strat pú-gi-lum tri-úmphos Qui modo in campo ce-ci-dé-re



fortes Gorcomi-énsi.

2. Astra conscéndunt : Deus  
ipse laetos  
Excipit caeli dómibus, su-  
préma  
Luce donándos, Deus ipse  
merces  
Factus in aevum.

3. Plaudit et tellus, celebrátque  
sanctum  
Mártyrum nomen ; vólitat per  
oras  
Fama victórum, meritósque  
digna  
Laude repéndit.

4. O triumpháli redimíta serto,  
Mártyrum Christi veneránda  
proles,  
Huc tuis adsis memor, ac pot-  
énti  
Nos prece salva.

5. Sit Patri virtus, honor et  
potéstas;  
Fílio sit laus párilis per  
aevum;  
Flámíni Sancto résonent per-  
énni  
Cántica voce. Amen.

∇. Exsultábunt Sancti.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

**D**

Ó- MINUS De- us Is-ra- el \* vi- si- tá- vit et fe- cit red-

empti- ó- nem servó- rum su- ó- rum; glo- ri- fi- cá- vit no-

men e- ó- rum in aetérnum, et e- ré- xit cornu sa- lú- tis

no- bis. E u o u a e.

Ad Tertiam.

*Capitulum. Sancti vicérunt. ut in I. Vesperis, 788. Rj. br. Laetámini. de Communi, [34].*

Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Sap. 5, 17.*

**I**USTI accipient regnum decóris et diadéma speciéi de manu Dómini; \* quóniam dēxtera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos.

*Rj. br. Exsúltent iusti. de Communi, [35].*

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Hebr. 12, 22-23.*

ACCESSISTIS ad Sion montem et civitatem Dei viventis, † Ierusalem caelestem, \* et multorum millium Angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis.

R̄. br. Iusti autem. *de Communi*, [35].

## In II. Vesperis.

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, 788.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

4. E



E - XALTÁ - VIT \* DÓ - mi - nus hú - mi - les servos su - os,  
 et suscé - pit e - os in taberná - cu - la sancta, re - cordá -  
 tus mi - se - ri - córdi - ae su - ae. E u o u a e.  
 V̄. Exsultábunt.


*Com. sequentis, ut infra, et Ss. VII. Fratrum Mm. et Rufinae ac Secundae Vv. et Mart.*

## 10. Bb. Emmanuelis Ruiz et VII. Sociorum, Martyrum 1. Ord.

*Duplex.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. d




I N nullo terre - ámi - ni \* ab adver - sá - ri - is; qui - a



vo-bis do-ná- tum est pro Chri- sto, non so-lum ut in e- o



cre-dá- tis, sed ut ét-i- am pro il-lo pa- ti- ámi-ni.



E u o u a e.

℣. Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum.

℞. Omnes qui sperátis in Dómino.

#### Oratio.

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui Beátis Emmanuéli et Sóciis eius grátiam contulisti, ut confessiónem tui Nóminis effúso sáanguine confirmárent; † multiplica misericórdiam tuam, \* ut eórum méritis et précibus cristiánus pópulus in fídei confessióne firmétur, et gens in ténebris ámbulans ad lumen Evangélii perducátur: Qui vivis.

*Deinde Com. Ss. VII. Fratrum, Mm. et Ss. Rufinae ac Secundae, Vv. Mm. Ant. Istórum. ℣. Laetámini. [32].*

#### Oratio.

**P**RAESTA quaesumus, omnipotens Deus: † ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, \* pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.


#### Ad Laudes.

℣. Propter te Dómine, mortificámur tota die.

℞. Aestimáti sumus sicut oves occisiónis.


#### Ad Benedictus, Antiphona.

5. a



**D**

I-CO au-tem vo- bis, \* amí- cis me- is : ne ter-re- á-



mi- ni ab his qui occí-dunt corpus, et post haec non ha-



bent ámpli- us quid fá-ci- ant. E u o u a e.

*Com. Ss. Mart. : Ant. Vestri capilli. ∇. Exsultábunt. [34].*

*Vesperae de seq., Com. praeced., Ss. Martyrum (VII Frat. etc.), et S. Pii I. Papae et Martyris.*

## 11. S. Veronicae de Iulianis, Virg. 2. Ord.

*Duplex manus.*


*Ant. Veni Sponsa I. ∇. Spécie. [82].*

**Oratio.**

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui beátam Verónicam Vírginem, Passiónis tuae signis mirábilem effecísti : † concéde propítius ; ut carnem crucifigéntes, \* ad gáudia aetérna perveníre mereámur : Qui vivis.

*Pro Commemoratione praecedentis, Antiphona.*

I. g




**D**


ÓMINUS De- us \* aspí-ci- et ve-ri-tá- tem, et



conso-lá-bi-tur in vo- bis : Rex mundi de-fúnctos nos



pro su- is lé-gibus in ae-térnae vi-tae re-surrecti- ó-ne



sus- ci- tá- bit. E u o u a e.

☩. Pretiōsa in conspēctu Dómini.

R̄. Mors Sanctórum eius.

*Deinde Com. Ss. Mart. (VII Fratr. etc.): Ant. Gaudent. ☩. Exsultábunt. [38]; postea S. Pii I., Papae et Mart. : Ant. Iste Sanctus. ☩. Glória. [13].*

Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus: † et quia pondus própriae actiónis gravat, \* beáti Pii Mártyris tui atque Pontíficis intercēssio gloriōsa nos prótegat. Per Dóminum.

*In II. Vesp. : Ant. Veni Sponsa II. ☩. Diffúsa. [86]. Com. seq. et Ss. Naboris et Felicis Mm.*

## 12. S. Ioannis Gualberti, Abbatis.

*Duplex.*

*Ant. Similábo. ☩. Amávit. [64].*

Oratio.

**I**NTERCÉSSIO nos, quaesumus Dómine, beáti Ioánnis Abbátis commēdet: † ut quod nostris méritis non valémus, \* eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

*Com. Ss. Naboris et Felicis, Martyrum : Ant. Istórum. ☩. Lac-támini. [32].*

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus Dómine: \* ut sicut nos sanctórum Mártyrum tuórum Náboris et Felicis natalítia celebránda non déserunt, ita iúgiter suffrágiis comiténtur. Per Dóminum:

*Vesperae de sequenti; Com. praeced. et S. Anacleti, Pap. et Martyris.*

## 13. S. Francisci Solani, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius (m. t. v.)*

In I. Vesperis.

☩. Amávit eum.


Ad Magnificat, Antiphona.

7. d


**A**FFER fí-li-os me-os \* de longínquo, et fí-li-as



me- as ab extré- mis terrae, di- cit Dóminus : et omnem



qui ínvo- cat nomen me- um, in gló- ri- am me- am cre- á- vi



e- um. E u o u a e.

#### Oratio.

**D**EUS, qui plúrimas Américae gentes per beátum Francíscum ad sinum Ecclesiae perduxísti : † eius méritis et précibus indignatióem tuam a peccátis nostris avérte; \* et in gentes, quae te non cognovérunt, timórem Nóminis tui benignus immítte. Per Dóminum.

*Com. S. Ioannis Gualberti : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde Com. S. Anacleti, Papae et Mart. : Ant. Iste Sanctus. V. Glória. [13].*


#### Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Anacleti Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, \* de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

#### Ad Laudes.

V. Iustum.


#### Ad Benedictus, Antiphona.



7. a

**S**

IGNA a- posto- lá- tus me- i \* facta sunt su- per vos



in omni pa-ti- énti- a, in signis et prod-í-gi- is, et vir-tú-  
ti-bus. E u o u a e.

*Com. S. Anacleti : Ant. Qui odit. ♯. Iustus. [15].*

*Vesperae de seq. ; Com. praeced.*

¶ *Sicubi II. Vesp. de S. Francisco Sol. sint dicendae : Ant. ad Magnificat  
Lex veritátis. 801.*


## 14. S. BONAVENTURAE, Episc. Conf.

et Eccl. Doct. 1. Ord.


*Duplex II. classis.*

### IN I. VESPERIS.


I. Ant. I. g




CCÉ vir bo-nus \* et be-ní-gnus, ve-re-cúndus



vi-su, mo-déstus mó-ri-bus et e-lóqui-o de-có-rus.



*Ps. 109. DI-XIT Dóminus DOmi-no ME-o : \* Se-de a dextris*



ME- is. 482.



2. Ant.

2. D

**I** N ómni-bus \* se- ípsum praebu- it exémplum bo-  
 nó-rum ópe-rum, in doctrí-na, in integri-tá-te, in gra-  
 vi-tá-te. *Ps. 110.* CONFITÉ-BOR ti-bi Dómi-ne in to-to corde

ME-o : \* in consí-li-o iustó-rum et congre-ga-ti- One. 483.

3. Ant.


3. a

**F** ECIT quod plá-cu- it De-o \* et fórti-ter i- vit  
 in vi-a Patris su- i. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui TImet DOMI-  
 num : \* in mandá-tis e-ius vo-let NI-mis. 484.

4. Ant.

4. A

**L** ONGE divulgá-tum est \* nomen e-ius, et di- léctus  
 est in pa-ce su- a. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú-e-ri DOmi-num : \*




laudá-te *nomen* D<sup>O</sup>mi-ni. 485.

5. Ant.


5. a

**D**

ÓMI-NUS mansu-é- tis \* da-bit grá-ti- am, gló-ri- am



sa-pi- éntes possi-dé- bunt. *In I. Vesp. Ps. 116. LAUDÁ-TE Dóminum*  
*In II. Vesp. Ps. 131. ME-MÉNTO Dómine*



omnes GENTes : \* laudá-te e- um O-mnes POpu-li. 489.  
DA- vid, \* et omnis mansueT<sup>U</sup>-di-nis e- ius. 494.

Capitulum.

*Sap. 8, 2.*


**S**APIÉNTIAM amávi et exquisívi a iuventúte mea, † et quaesívi  
sponsam mihi eam assúmere, \* et amátor factus sum formae  
illius.

Hymnus.


8.

**E**


N di- es lu- cet ve- ne- rán- da no- bis, Qua de- cus  
2. Indo- lem nactus plá- ci- dam, be- nígnam, Ma- tris ut




1. nostrum, iubar et co-ró-na, Do-ctor et pa- stor pene-  
2. vo- to Dó-mi- no di- cá- tum Se vi- det, promptus péne-




1. trá- vit a- strá : Pró- mi- te cantum. 3. E- lo- quens, mi-  
2. trat li- bénsque Claustra Mi- nó- rum. 4. San- ctus hinc vi-  
5. Sint Pa- tri sum-



3. tis, fá-ci-lis, mo-déstus, Mó-ri-bus castus, fá-ci-e de-  
 4. vens mé-ri-to vo-cá-tus, A-cta dum Patris cá-lamo no-  
 5. mo, ge-ni-tó-que Verbo, Ac ti-bi, ve-rax utri-úsque



3. có-rus, O-mni-bus ca-rus, si-bi corda ne-xu Vinxit  
 4. tántem, Spí-ri-tu mi-re pla-ci-déque raptum, Cernit  
 5. Flamen, Cum qui-bus regnas De-us u-nus, i-dem, Laudis




3. amó-ris.  
 4. Aquí-nas.  
 5. ho-nó-res. A-men.

Alter Tonus, ad libitum.


8.

**E**

8. N di-es lu-cet ve-ne-ránda no-bis, Qua de-cus



nostrum, iubar et co-róna, Doctor et pa-stor pe-netrá-vit



astra : Prómi-te cantum.


℣. Ora pro nobis, beáte Bonaventúra.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.


## Ad Magnificat, Antiphona.

2. D


O



Doctor ó-ptime, \* Ecclé-si-ae sanctae lu-men,



be-á-te Bonaventú-ra, di-vinae le-gis a-má-tor : de-



pre-cá-re pro no-bis fí-li-um De-i. E u o u a e.


## Oratio.

**D**EUS, qui Ecclesiae tuae beátum Bonaventúram, Confessórem tuum atque Pontíficem, Doctórem miráblem tribuísti : † concéde propítius ; \* ut apud te hunc pium semper intercessórem habére mereátur. Per Dóminum.


## Pro Commemoratione S. Francisci Solani, Antiphona.

6. F

L




EX ve-ri-tá-tis \* fu-it in o-re e-ius, et in-í-



qui-tas non est invénta in lá-bi-is e-ius : in pa-



ce et in aequi-tá-te ambu-lá-vit cum Dómi-no,



et multos avértit ab in-iqui-tá-te. E u o u a e.


Ÿ. Iustum. *Oratio.* Deus qui plúrimas. 796.

## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.  
3. a 2



**E** -GO Dómi-nus \* dabo vo-bis pastó- rem iuxta




cor me- um, et pascet vos sci- énti- a et do-ctrí- na.




E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*


2. Ant.  
7. a



**S** A-PI-ÉNTI- A e-ius \* pu-dí- ca fu- it et pa-cí- fi-




ca, mo-désta, su- a-dí-bi- lis, bo-nis consénti- ens, ple- na mi-




se-ri-córdi- a et frú-cti-bus bo- nis. E u o u a e.

3. Ant.  
4. E



**P** RAEVÁLU- IT \* ampli- fi- cá- re ci- vi- tá- tem, et ad-éptus




est gló-ri- am in conversa- tí- ó- ne gen- tis. E u o u a e.

4. Ant.  
8. G**B**

ENE-DÍ-CTUS De-us, \* qui de-dit nobis vi-rum sa-



pi-éntem, et e-ru-dí-tum et sen-sá-tum, atque prudén-tem.



E u o u a e.

5. Ant.  
1. g**S**

A-PI-ÉNTI-AM e-ius \* enarrábunt gentes, et lau-



dem e-ius enunti-á-bit Ecclé-si-a. E u o u a e.

*Capitulum, Hymnus et V. ut in II. Vesperis, 804.*

## Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

**Q**

UI do-cti fú-e-rint \* fulgébunt quasi splendor firma-



ménti: et qui ad iustí-ti-am e-rú-di-unt multos, qua-si



stellae in perpé-tu-as ae-terni-tá-tes. E u o u a e.

## Ad Tertiam.

*Capitulum Sapiéntiam. ut infra; R̄. br. Amávit. de Communi, [46].*

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Sap. 8, 7.*

**L**ABÓRES sapiéntiae magnas habent virtútes; † sobrietátem enim et prudéntiam docet, et iustítiam et virtútem: \* quibus utílius nihil est in vita homínibus.

*R̄. br. Elégit eum. de Communi, [47].*

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Sap. 8, 16.*

**I**NTRANS in domum meam, conquiescam cum sapiéntia; † non enim habet amaritúdinem conversátio illíus, nec taédium convíctus illíus, \* sed laetítiam et gáudium.

*R̄. br. Tu es sacérdos. de Communi, [47].*

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae et Psalmi ut in I. Vesperis, 797; ultimus Ps. 131. Memento Dómine. 494.*

## Capitulum.

*Sap. 8, 2.*


**S**APIÉNTIAM amávi, et exquisívi a iuventúte mea, † et quaesívi sponsam mihi eam assúmere, \* et amátor factus sum formae illíus.

## Hymnus.

8.


**Q**

UI po-li se-dem, mé-ri-tis pa-rá-tam, Iam te-nes  
2. Absti-nens a-ra, pi-e-tá-te ductus, Cor-de su-






3. re-có-lens do-ló-res      In ru-be-scéntis lá-te-ris cavér-  
 4. Ge-nitrí-cis almae,      Cor-de transfi-xae mé-di-tans agó-  
 5. Trí-a-di per ae-vum, Quae ti-bi mentem trí-bu-it be-ní-



3. na    Aspi-cis mae-rens, pe-netrásque cla-re Dógma-  
 4. nem; Iú-gi-ter nu-tris    gemi-násque flammas Dul-cis  
 5. gnam: Lu-ce nunc nostras    fé-ri-ens ad-ú-rat    I-gne




3. ta pu-ra.  
 4. a-mó-ris.  
 5. su-pérno.      A-men.

## Alter Tonus, ad libitum.


8.

**Q**

UI po-li se-dem, mé-ri-tis pa-rá-tam, Iam tenes



in-ter Súpe-ros be-á-tus, Da tu-as no-bis re-se-rá-re di-



gne      Cármi-ne lau-des.

¶. Ora pro nobis. *Ant. ad Magnificat. O Doctor. et Oratio ut in I. Vesperis, 801.*

*Com. seq. et S. Henrici Imperatoris, ut infra.*



## 15. SS. Sepulcri D. N. I. C.

*Duplex maius.*

¶ *Sicubi I. Vesperae sint dicendae, omnia sumantur de II. Vesperis, exceptis ultimo Ps. 131. Meménto Dómine. 494. et V. cum Ant. ad Magnificat.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

**D** E-PO-NENTES Dóminum \* de Cru- ce, po-su- é-runt

e- um in monuménto, quod e- rat excí- sum in petra, in quo

nondum quisquam pó-si- tus e- rat, al-le- lú- ia. E u o u a e.

∇. Tuum Sepúlcrum adorámus, Dómine, allelúia.

℞. Et recólimus tuam gloriósam Resurrectiόνem, allelúia.

## Oratio.

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui pro nobis mortem subíre, et in Sepúl- cro depósitus, tértia die resúrgere voluísti: † concéde fá- mulis tuis; ut qui Sepúlcri tui memóriam recólimus, \* Resurrecti- ónis quoque glóriæ partícipes esse mereámur: Qui vivis et regnas.

*Deinde fit Com. S. Henrici: Ant. Similábo. ∇. Amávit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui hodiérna die beátum Henrícum, Confessórem tuum, de terréni cúlmine impérii ad regnum actérnum transtulísti: † te súpplíces exorámus; ut sicut illum, grátiae tuae ubertáte prae- véntum, illécebras saéculi superáre fecísti, \* ita nos fácias eius imitatióne, mundi huius blandiménta vitáre, et ad te puris mén- tibz perveníre. Per Dóminum.

## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.

8. G

**S**

URRÉ-XIT \* Dóminus de Sepúlcro, qui pro no- bis

pe-péndit in ligno, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

8. G

**I**

-PSUM Gentes \* depre-cabúntur, et e-rit Sepúlcrum

e-ius glo-ri- ó-sum, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.

7. a

**B**

ENE-DICTA \* gló-ri- a Dó-mi-ni de loco sancto

su- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.

6. F

**S**

URRÉ-XIT Christus \* de Se-púlcro, qui li-be-rá- vit

tres pú- e-ros de camí-no ignis ardén-tis, alle-lú- ia.

E u o u a e.

5. Ant.

I. g

**E** - GO Dó-minus \* domum ma- ie-stá-tis me-ae et  
locum pedum me- ó- rum glo- ri- fi-cá-bo, al-le-lú- ia.

E u o u a e.

Capitulum.

*Act. 13, 29.*

**C**UM consummássent ómnia quae de Iesu scripta erant, † depo-  
nentes eum de ligno, \* posuérunt eum in monumento.

Hymnus.

8.

**A** UDÍTE, tristes ínfe-ri, Turbae freméntes hósti- um,  
Vestrae ru- ínae núnti- um, Sacri Sepúlcri gló-ri- am.

- |  |  |
|--|--|
| <p>2. En iam, futúri cónscius,<br/>Illam Prophéta praécinit,<br/>Et gloriósum pósteris<br/>Narrat Sepúlcrum saéculi.</p> <p>3. Hic ille Rex fortíssimus,<br/>Fractis avérni víribus,<br/>Et, mortis excússo iugo,<br/>Primum trophaéa súscitat.</p> <p>4. Candóre tectus véstium,<br/>Novóque lucis fúlgure<br/>Delápsus astris núntius,<br/>Hic excubávit Angelus.</p> <p>5. Iam temperándum lácrimis,<br/>Satis datum suspíriis,</p> | <p>Gravi dolóre saúciae<br/>Hic audiérunt féminae.</p> <p>6. Et vos, Magístri fúnere<br/>Plane simul commórtui,<br/>Vestro dolóri gáudium<br/>Tulistis hic, Apóstoli.</p> <p>7. Tu vero, Christe, máxima<br/>Tui Sepúlcri glória,<br/>Mortem resúrgens víceras,<br/>Nos morte culpae líberans.</p> <p>8. Deo Patri sit glória,<br/>Et Fílio, qui a mórtuis<br/>Surréxit, ac Paráclito<br/>In sempitérna saécula. Amen.</p> |
|--|--|

☩. Tuum Sepúlcrum adorámus, Dómine, allelúia.

☩. Et recólimus tuam gloriósam Resurrectiónem, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D

**A**

B- E- ÚNTES Judaé-i \* mu-ni- é-runt Sepúlcrum, ad-  
volvéntes lá-pi-dem ad ósti- um monuménti, et signántes

e- um cum custó-dibus, alle-lú- ia. E u o u a e.

*Com. S. Henrici : Ant. Euge. ☩. Iustum. [66].*

Ad Tertiam.

*Capitulum. Cum consummássent. ut in II. Vesperis, 813.*

☩. br.

**T**

U- UM Sepúlcrum ado-rámus Dómi-ne : \* Alle- lú- ia,  
alle-lú-ia. ☩. Et re-có- limus tu- am glo-ri- ó- sam Re- surre-

cti- ónem. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

☩. Vere locus iste sanctus est, allelúia.

☩. Et ego nesciébam, allelúia.

Ad Sextam.

Capitulum.


*Act. 13, 30-31.*

**D**EUS vero suscitávit eum a mórtuis tértia die, † qui visus est per dies multos his qui simul ascénderant cum eo de Galilaéa in Ierúsalem, \* qui usque nunc sunt testes eius ad plebem.

R̄. br.

V

ERE lo-cus iste sanctus est, \*Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



V̄. Et ego nesci-ébam. Gló-ri-a Patri.

V̄. Te decet hymnus, Deus, in Sion, allelúia.

R̄. Et tibi reddétur votum in Ierúsalem, allelúia.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Act. 13, 34-35.*

Q UOD autem suscitávit eum a mórtuis ámplius non reversúrum in corruptiónem, ita dixit : † Quia dabo vobis sancta Dávid fidélia. \* Ideóque et álias dixit : Non dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.

R̄. br.

T

E de-cet hymnus, De-us, in Si-on, \*Alle-lú-ia, al-



le-lú-ia. V̄. Et ti-bi reddé-tur vo-tum in Ie-rú-sa-lem. Gló-ri-a.

V̄. Lápidem quem reprobavérunt aedificántes, allelúia.

R̄. Hic factus est in caput ánguli, allelúia.


## IN II. VESPERIS.

1. Ant.


3. a

E


-GO Dómi-nus \* dabo sancti-fi-ca-ti-ónem me-am



in mé-di-o e-órum in perpé-tu-um, et e-rit tabernácu-lum



me-um in e-is. *Ps. 109.* DI-XIT DÓmi-nus DÓmi-no ME- o : \*



Se-de a dextris ME- is. 482.

2. Ant.


6. F

O


quam me-tu-éndus est \* lo-cus iste! ve-re



non est hic á-li-ud ni-si domus De- i et por- ta



cae-li. *Ps. 110.* CONFI-TÉBOR ti-bi, Dómi-ne, in to-to corde




ME- o : \* in consí-li- o iustó-rum et congrega-ti- One. 483.

3. Ant.


1. f

V


OTA me- a Dó-mi-no reddam \* in conspéctu omnis



pópu- li e-ius, in átri- is domus Dómi- ni, in mé-




di- o tu- i Ie-rú-sa-lem. *Ps. 115.* CRÉ-DI-DI propter QUOD loCU-




tus sum : \* Ego autem humi-li- á-tus sum NImis. 488.

4. Ant.  
1. g


**S**OLVE calce-aménta tu-a \* de pé-dibus tu- is;



lo-cus e-nim in quo stas sanctus est. *Ps. 121.* LAETÁTUS




sum in his quae Dicta sunt MI-hi : \* In domum Dómi-ni




I-bimus. 489.

5. Ant.  
2. D


**T**RÁ- DITE manus Dómi-no, \* et ve-ní-te ad sanctu-á-



ri- um e-ius: quod sancti- fi-cá-vit in aetérnum. *Ps. 136.* SUPER



flúmi-na Baby-ló-nis il-lic sé-dimus et FLE-vimus : \* cum re-



corda-rémur SI- on. 495.

## Capitulum.

Act. 13, 29.

CUM consummássent ómnia quae de Iesu scripta erant, † depónentes eum de ligno, \* posuérunt eum in monumento.

## Hymnus.

5.

S


ACRI Sepúlcri gló-ri-am, Chri-sti tri-úmphis  
2. Hu-ius ve-tú-stis saécu-lis Cistér-na sým-bo-



1. ín-cly-tam, Dul-ci re-plé-ti gáudi-o Lae-tis ca-námus  
2. lum de-dit, Quo mis-sus o-lim, cárce-rem Io-seph ha-bé-bat



1. vó-ci-bus. 3. Hoc quem fi-dé-lis fór-ti-um Am-bit  
2. ínno-cens. 4. Hoc et tu-us, Dáni-el, la-cus; Et quae



3. ca-térva mí-li-tum, A re-ge do-cto cóndi-tus Ex-  
4. sopó-re lángui-dum Io-nam ra-tis por-tá-ve-rat, Hoc



3. prés-sit o-lim léctu-lus. 5. O pe-tra gemmis cá-ri-or!  
4. in fi-gú-ra núnti-at. 6. Nam tu nec au-ri mún-er-a,



5. The-sáure cun-ctis dí-ti-or! Qua-lem nec au-la prín-  
6. Nec prín-ci-pum flu-xas o-pes, Sed il-lud immén-sum





5. ci-pum Nec ga- za claudit dí- vi-tum. 7. At, Chri- ste, di- tas  
6. sacri Prétí- um tu- lí- sti Córpo- ris. 8. De- o Pa- tri sit



7. qui tu- um Ca- ro Sepúl- crum Sángui- ne, Tu- os, ro- gá-  
8. gló- ri- a, Et Fí- li- o, qui a mór- tu- is Sur- ré- xit, ac





7. mus, sérvu- los Do- nis tu- is fac dí- vi- tes.  
8. Pa- rá- cli- to, In sempi- térna saécu- la. A- men.

∇. Introíbimus in tabernáculum eius, allelúia.

℞. Adorábimus in loco ubi stetérunt pedes eius, allelúia.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



runt iúve- nem se- déntem a dextris, co- o- pértum sto- la cán-



di- da, et obstupu- é- runt, alle- lú- ia. E u o u a e.

#### Oratio.

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui pro nobis mortem subíre, et in Sepúl- cro depósitus, tértia die resúrgere voluísti : † concéde fámulis tuis; ut qui Sepúlcri tui memóriam recólimus, \* Resurrectiónis quoque glóriæ partícipes esse mereámur. Qui vivis et regnas.

*Com. sequentis, Canonizationis S. P. N. Francisci, S. Henrici et S. Mariae-Magdalenaë Postel.*

## 16. Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo.

*Duplex maius.*

*Ant.* Sancta María. [122], *in cuius fine dicitur* : quicumque cèlebrant tuam solénnem Commemorationem.

Oratio.

**D**EUS qui beatíssimae semper Vírginis et Genítricis tuae Maríaе singulári título Carméli Ordinem decorásti : † concéde propítius; ut cuius hódie Commemorationem solénni celebrámus officio, eius muníti praesídiis, \* ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Qui vivis et regnas.

Pro Com. Canonizationis S. P. N. Francisci, Antiphona.

I.

G

LO-RI-FI-CÁ-VIT \* il-lum De- us in conspéctu re-

gum, et iussit il- li co-ram pópu- lo su- o, et ostén-dit

il- li gló- ri- am su- am.

V. Gloríus apparuísti in conspéctu Dómini.

R̄. Propterea decórem índuit te Dóminus.

Oratio.

**D**EUS, qui ad sectándas Unigéniti tui vias beátum Francíscum ducem ac praeeptórem nobis tribuere dignátus es : † concéde propítius; ut, cuius hódie memóriam cólimus, \* eius in caelis glóriae partícipes éffici mereámur. (Per eúndem Dóminum nostrum.)

*Postea Com. S. Henrici* : *Ant.* Hic vir. V. Iustum. [69], *Oratio.* Deus. 806; *deinde S. Mariae-Magdalenaë Postel, Virg.* : *Ant.* Veni Sponsa I. V. Spécie. [82].

## Oratio.

**D**EUS, humilium celsitudo et in te sperantium robur, qui sanctam Mariam-Magdalenam Virginem tuam virtutibus mirabilem effecisti, ac per eam nova Ecclesiam tuam prole foecundasti : † concède propitius, ut eius auxilio et imitatione, a terrénis expediti ; \* semper caeléstia capiámus. Per Dóminum.

*Ad Completorium et Horas Tonus Hymni ut supra, 92 et 46.*

Pro Com. B. M. V. de Monte Carmelo, ad Laudes, Antiphona.

6. c  
**C** APUT tu- um \* ut Carmé-lus : et comae cá-pi-tis

tu- i sic- ut púrpu-ra re-gis, vincta caná-li-bus, alle-

lú- ia. E u o u a e.

∇. Diffúsa est.

Pro Com. Canonizationis S. P. N. Francisci, Antiphona.

4.  
**C** OMMUNI-CÁ-VIT \* Christi passi- ó-ni-bus gaudens, et

nunc in re- ve- la-ti- ó- ne gló-ri-ae e- ius gaudet exsúltans.

∇. Coróna áurea super caput eius.

∇. Expréssa signo sanctitátis, glóriæ et honóris.

*Postea Com. S. Mariae-Magdalenaë : Ant. Símile est. ∇. Spécie. [83].*

## In II. Vesperis.

∇. Dignare me.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**G** LÓRI- A Lí-bani \* da-ta est e- i, de-cor Carmé-  
li et Sa-ron, alle-lú- ia. E u o u a e.  
*Com. sequentis et Canonizationis S. P. N. Francisci.*

## 17. S. Alexii, Confessoris.

*Semiduplex.*

*Ant.* Similábo. ∇. Amávit. [64].

Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Aléxii Confessoris tui ánnua solemnitate laetificas: † concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, \* étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Pro Com. Canonizationis S. P. N. Francisci, Antiphona.

8. G

**H** ÚMI-LEM spí-ri-tu \* suscí-pi- et gló- ri- a, qui- a  
omnis qui se ex-ál-tat humi-li- á-bi-tur; et qui se  
hu-mí-li- at, exaltá-bi-tur.

∇. Posuísti, Dómine, super caput eius.

R̄. Corónam de lápide pretiósó.

*Vesperae de sequenti; Com. praeced. et Ss. Martyrum.*

## 18. S. Camilli de Lellis, Confessoris.

*Duplex* (m. t. v.)*Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].

Oratio.

**D**EUS, qui sanctum Camillum, ad animárum in extrémó agóne luctántium subsidium, singulári caritátis praerogátiva decorásti : † eius, quaesumus, méritis spíritum nobis tuae dilectiónis infúnde; \* ut in hora éxitus nostri hostem vincere, et ad caeléstem mereámur corónam pervenire. Per Dóminum.

*Com. S. Alexii : Ant.* Hic vir. *Ÿ.* Iustum. [69]; *deinde S. Symphorosae et Septem Filiorum eius, Martyrum : Ant.* Istórum. *Ÿ.* Laetámini. [32].

Oratio.

**D**EUS, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum Symphorósae et Filiórum eius natalítia cólere : \* da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praecedentis.*

## 19. S. Vincentii a Paulo, Confessoris.

*Duplex* (m. t. v.)*Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].

Oratio.

**D**EUS, qui ad evangelizándum paupéribus, et ecclesiástici órdis decórem promovéndum, beátum Vincéntium apostólíca virtúte roborásti : † praesta, quaesumus; ut cuius pia mérita venerámur, \* virtútum quoque instruámur exémplic. Per Dóminum nostrum.

*Com. S. Camilli : Ant.* Hic vir. *Ÿ.* Iustum. [69].

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et S. Margaritae, Virg. et Mart.*

## 20. S. Hieronymi Aemiliani, Confessoris.

*Duplex* (m. t. v.)*Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].

## Oratio.

**D**EUS, misericordiárum Pater : per mérita et intercessiõnem beáti Hierónymi, quem órphanis adiutórem et patrem esse voluísti : † concéde; ut spíritum adoptiõnis, quo filii tui nominámur et sumus, \* fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

*Com. S. Vincentii a Paulo : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde Com. S. Margaritae, Virginis et Martyris : Ant. Veni Sponsa I. V. Spécie. [82].*

## Oratio.

**I**NDULGÉNTIAM nobis, quaesumus Dómine, beáta Margaríta Virgo et Martyr implóret : \* quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis et tuae professiõe virtútis. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced., diei Octavae S. Bonaventurae, ac S. Praxedis, Virginis.*

## 21. B. Angelinae a Marsciano, Vid. 3. Ord.

*Ant. Simile est. V. Spécie. [97].*

## Oratio.

**D**EUS, qui beátam Angelinam exímiae humilitátis et caritátis dono decorásti : † concéde propítius; ut eius exéempla sectántes, \* aetérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

*Com. S. Hieronymi : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; deinde Com. Octavae S. Bonaventurae : Ant. O Doctor... beáte Bonaventúra. V. Ora pro nobis, beáte Bonaventúra, 801.*

## Oratio.

**D**EUS, qui sanctum Bonaventúram Confessórem atque Pontíficem, Ecclesiæ Doctórem Seráphicum tribuísti : † concéde; nos et eius eruditiõe proficere, \* et tuae caritátis igne succénderi.

*Postea Com. S. Praxedis, Virg. : Ant. Veni Sponsa I. V. Diffúsa. [82].*

## Oratio.

**E**XÁUDI nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Praxedis Vírginis tuae festivitáte gaudémus; \* ita piae devotiõnis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

*Vesperae de seq.; Com. praeced. et S. Mariae-Magdalенаe, Poenitentis.*

## 22. S. Laurentii a Brundusio, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.**Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].***Oratio.**

**D**EUS, qui ad árdua quaeque pro Nóm̄inis tui glória et animárum salúte, beáto Lauréntio Confessóri tuo spír̄itum consílii et fortitúd̄inis contulisti : † da nobis in eód̄em spír̄itu, \* et agénda cognóscere, et cón̄gita, eius intercessióne, perfícere. Per Dóminum.

*Com. B. Angelinae : Ant. Manum suam. V̄. Diffúsa. [99].***Pro Com. S. Mariae-Magdalенаe Poenitentis, Antiphona.**

7. a

**I**N di-é- bus il-lis, \* mú-li- er quae e-rat in ci-vi-  
 tá-te pec-cá-trix, ut cognó- vit quod Ie-sus accú-bu- it in  
 domo Simónis le-pró-si, áttu- lit a-labá- strum un-  
 guénti: et stans retro se-cus pe-des Dómi-ni Ie-su,  
 lá- crimis coepit ri-gá-re pedes e- ius, et ca-píl- lis  
 cá-pi-tis su- i tergé- bat: et oscu-la-bá- tur pe-des



e- ius, et unguén- to ungé- bat. E u o u a e.

℣. Elégit eam Deus, et praeclégit eam.

℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam.


Oratio.

**B**EÁTAE Maríae-Magdalénae, quaésumus Dómine, suffrágiis adiuvémur : † cuius précibus exorátus, \* quatríduánum fratrem Lázarus vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


Pro Com. S. Mariae-Magdalenaee, ad Laudes, Antiphona.

6. C


**M**



A-RÍ- A ergo \* unxit pe-des Ie-su, et extérsit



ca-píl-lis su- is : et domus implé-ta est ex odó- re



unguén-ti. E u o u a e.

℣: Elégit eam. *ut supra.*

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. ℣. Iustum. [69]; Com. seq., S. Mariae-Magdalenaee et S. Liborii.*

## 23. S. Apollinaris Episcopi, Martyris.

*Duplex.*

*Ant. Iste sanctus. ℣. Glória. [13].*

Oratio.

**D**EUS, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : † tribue nobis, quaésumus, fámulis tuis; ut cuius venerándam celebrámus festivitátem, \* précibus eius indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.



Pro Commemoratione S. Mariae-Magdalенаe, Antiphona.

8. G

**M**

Ú-LI- ER, \* quae e-rat in ci-vi-tá-te' peccátrix, áttu-

lit a-la-bástrum unguénti : et stans secus pe-des Dómi-ni,

lá- crimis coepit ri-gá-re pe-des e- ius, et ca-píl-lis cá-pi-tis

su- i tergé- bat. E u o u a e.

Ÿ. Elégit eam Deus, et praelégit eam.

Ŕ. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

*Postea Com. S. Liborii, Episc. Conf. : Ant. Sacérdos. Ÿ. Amávit. [43].*

Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : \* ut beáti Libórii Confes-  
sóriis tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotió-  
nem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

*In II. Vesperis : Ant. Qui vult. Ÿ. Iustus. [17]; Com. seq. et S. Chri-  
stinae, Virg. et Martyris.*

## 24. B. Cunegundis, Virg. 2. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Veni Sponsa I. Ÿ. Spécie. [82].*

Oratio.

**D**EUS, qui beátam Cunegúndem dulcédinis tuae benedictiónibus  
praevenísti, ac vírginem étiam in coniúgio conservásti : †  
praesta, quaesumus, ut ipsa intercedénte, per vitae puritátem tibi  
iúgiter adhaerére; \* et per eius vestigia gradiétes ad te pervenire  
feliciter mereámur. Per Dóminum.

*Com. S. Christinae, Virg. et Mart. : Ant. Simile est. V. Diffusa. [83].*

Oratio.

**I**NDULGENTIAM nobis, quaesumus Domine, beata Christina Virgo et Martyr impleret : \* quae tibi grata semper existit et merito castitatis, et tuae professione virtutis. Per Dominum.

*Vesperae de sequenti.*

## 25. S. IACOBI, Apostoli.

*Duplex II. classis.*

*Omnia de Communi Apostolorum, [1].*

Oratio.

**E**STO Domine plebi tuae sanctificator et custos : † ut Apostoli tui Iacobi munita praesidiis, \* et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat. Per Dominum.

*In Laudibus tantum fit Com. S. Christophori, Martyris : Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui beati Christophori Martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboreremur. Per Dominum.

*In II. Vesperis Com. sequentis.*

## 26. S. ANNAE, Matris B. Mariae Virginis.

*Duplex II. classis.*

*Omnia de Communi unius nec Virginis nec Martyris, [94].*

*Ant. Simile est. V. Specie. [97].*

Oratio.

**D**EUS, qui beatae Annae gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis unigeniti Filii tui mater felici mereretur : † concede propitius, ut cuius solennia celebramus ; \* eius apud te patrociniis adiuvemur. Per eundem Dominum.

*In II. Vesperis Com. sequentis.*

27. B. Mariae-Magdalenaе Martinengo,  
Virg. 2. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Veni Sponsa I. V. Spécie. [82].*

**Oratio.**

**D**EUS, qui in beáta María-Magdaléna Virgine tua innocéntiae et mortificatiónis exéplum misericórditer tribuísti : † concede; ut abiéctis saeculáribus desidériis, \* per veritátis ac iustítiae sémitas ad te feliciter veniámus. Per Dóminum.

*Ad Laudes fit Com. S. Pantaleonis, Mart. : Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

**Oratio.**

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut intercedente beáto Pantaleóne Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum.

*In II. Vesperis : Ant. Veni Sponsa II. V. Diffúsa. [86]. Com. sequentis.*

28. Ss. Nazarii et Celsi, Martyrum,  
Victoris I. Papae, Mart., ac Innocentii I. Papae, Conf.

*Semiduplex.*

*Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].*

**Oratio.**

**S**ANCTORUM tuorum nos, Dómine, Nazáarii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat : \* et fragilitáti nostrae subsidium dignánte exóret. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et Ss. Martyrum ut infra.*

29. S. Marthae, Virginis.

*Semiduplex.*

*Ant. Veni Sponsa I. V. Spécie. [82].*

**Oratio.**

**E**XÁUDI nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Marthae Virginitate festivitáte gaudémus; \* ita piaе devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum.

*Com. Ss. Nazarii et Soc. : Ant. Gaudent. V. Exsultábunt. [38].*

*Deinde Ss. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis, Martyrum : Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].*

Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus Dómine : ut sicut pópulus cristiánus Mártýrum tuórum Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis temporáli solemnitate congáudet, ita perfruátur aetérna; \* et quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq. ; Com. praeced. et Ss. Abdon et Sennen, Mm.*

30. Bb. Simonis a Lypnica, Petri a Molleano et Archangeli a Calataphimo, Cc. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

Oratio.

**D**EUS, qui nos beatórum Simónis, Petri et Archángeli Confessorum tuórum méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Com. S. Marthae : Ant. Veni Sponsa II. V. Diffúsa. [86].*

*Deinde Com. Ss. Abdon et Sennen, Mm. : Ant. Istórum. V. Laetámini. [32].*

Oratio.

**D**EUS, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiae contulísti : † da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; \* ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitatibus liberári. Per Dóminum.

*Vesperae de seq. ; Com. praecedentis.*

31. S. Ignatii, Confessoris.

*Duplex maius.*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui ad maiórem tui Nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militántem Ecclésiám roborásti : † concéde; ut eius auxílio et imitatióne certántes in terris, \* coronári cum ipso mereámur in caelis. Per Dóminum.

*Com. praecedentis : Ant. A saéculo. V. Iusti. [78].*

*Vesperae de seq.; Com. S. Pauli Ap., praeced. et Ss. Machabaeorum, Mn.*


## FESTA AUGUSTI.

## 1. Festum Sancti Petri ad Vincula.


*Duplex maius.*

## IN I. VESPERIS.


i. Ant.  
8. G




**H**E-RÓ-DES rex \* appó-su-it ut appre-hénde-ret et



Petrum : quem cum appre-hendísset, mi-sit in cárce-rem,



vo-lens post Pascha pro-dú-ce-re e-um pó-pu-lo.




E u o u a e.

*Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*

2. Ant.  
3. g



**P**ETRUS qui-dem \* serva-bá-tur in cárce-re : o-rá-ti-o



autem fi-é-bat si-ne intermissi-ó-ne ab Ecclé-si-a




ad De-um pro e-o. E u o u a e.

*Ps. 110. Confitébor. 483.*

3. Ant.  
8. c

**D**

I-XIT Ange-lus ad Petrum : \* Circúm-da ti-bi ve-



stiméntum tu-um, et séque-re me. E u o u a e.

*Ps. 111. Beátus vir. 484.*

4. Ant.  
7. c 2

**M**

I-SIT Dómi-nus \* Ange-lum su-um, et li-be-rá-vit



me de má-nu He-ró-dis, al-le-lú-ia. E u o u a e.

*Ps. 112. Laudáte púeri. 485.*

5. Ant.  
7. c

**T**

U es Petrus, \* et su-per hanc petram aedi-fi-



cábo Ecclé-si-am me-am. E u o u a e.

*Ps. 116. Laudáte Dóminum: 489.*

## Capitulum.

Act. 12, 1-2.

**M**ISIT Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. †  
Occidit autem Iacobum, fratrem Ioánnis, gládio. \* Videns  
autem quia placéret Iudaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

## Hymnus.

4.

**M**I-RIS mo-dis re-pén-te li-ber, fér-re, a, Christo  
iubén-te, vin-cula Petrus éx-u-it : Oví-lis il-le pastor  
et re-ctor gre-gis, Vi-tae reclú-dit pá-scu-a et fontes  
sacros, Ovés-que servat cré-di-tas, ar-cet lu-pos. 2. Pa-  
tri per-én-ne sit per aevum gló-ri-a; Ti-bí-que laudes  
conci-ná-mus ín-cly-tas, Aetér-ne Na-te; sit, su-pér-ne Spí-  
ri-tus, Ho-nor ti-bi de-cús-que : sancta iú-gi-ter Laudé-tur  
om-ne Trí-ni-tas per saé-cu-lum. A-men.

∇. Tu es Petrus.

R̄. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f

**T** u es pastor óvi- um, \* Prin-ceps Apo-sto- ló-rum :

ti-bi trá-di-tae sunt cla-ves regni cae-ló-rum. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis absolútum, illaésum abire fecisti : † nostrórum, quaésumus, absólve víncula peccatórum ; \* et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

*Deinde Com. S. Pauli : Ant. Sancte Paule. ∇. Tu es vas. 764. Oratio. Deus qui multitudínem. 765 ; postea Com. S. Ignatii : Ant. Hic vir. ∇. Iustum. [69] ; denique Ss. Machabaeorum, Mm. : Ant. Istórum. ∇. Laetámini. [32].*

Oratio.

**F**RATÉRNA NOS Dómine Mártyrum tuórum coróna laetíficet : \* quae et fidei nostrae praébeat increménta virtútum, et múltiplici nos sufrágio consolétur. Per Dóminum.

*Pro Com. ad Laudes : Ant. Quodcúmque. 762. ∇. Tu es Petrus. et Oratio ut supra ; deinde Com. S. Pauli : Ant. Sancte Paule. ∇. Tu es vas. 764. Oratio. Deus qui multitudínem. 765 ; postea Ss. Machabaeorum. : Ant. Vestri capilli. ∇. Exsultábunt. [34].*

Ad Tertiam.

*Capitulum. Misit Heródes. ut in I. Vesperis. R̄. br. In omnem terram. de Communi, [7].*

*Vesperae de seq. ; Com. praeced., S. Pauli et S. Alphonsi-Mariae de Ligorio, Ep., Conf. et Eccl. Doctoris.*

¶ *Sicubi II. Vesp. de S. Petro sint dicendae, Antiphonae, Capitulum, Hymnus et ∇. ut in I. Vesp., 826 ; Psalmi ut in II. Vesp. Apostolorum, [8] ; Ant. ad Magnificat. Solve iubénte. 834.*





Die 2. Augusti.

# Dedicatio Patriarchalis Basilicae S. Mariae Angelorum de Portiuncula


*Duplex II. classis.*

## IN I. VESPERIS.


I. Ant. 8. c



-TE in domum \* Matris vestrae: fá-ci-at vo-bíscum



Dóminus mi-se-ri-córdi-am. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómino




ME-o: \* Sede a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.


4. A

**B**

ENE-DÍCTA \* inter mu-lí-e-res, et bene-dí-cá-tur



in taber-nácu-lo su-o. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú-e-ri DÓminum: \*



laudá-te *nomen* DÓmi-ni. 485.

4

3. Ant.

8. G

**L**

AETÉTUR á-nima vestra \* in mi-se-ri-córdi-a e-ius,

et non confundémi-ni in laude ipsí-us. *Ps. 121.* LAE-TÁTUS sum in his quae dicta sunt MI-hi : \* In domum *Dómi-ni*

I-bimus. 489.

4. Ant.

8. G

**F**

E-CIT vi-dénti-bus no-bis \* signa ingénti-a, et

custo-dí-vit nos in omni vi-a, per quam ambu-lávimus.

*Ps. 126.* NI-SI Dóminus aedi-fi-cáve-rit DOmum \* in vanum labo-

ravé-runt qui aedí-fi-cant E-am. 490.

5. Ant.


2. D

**I**


NCLI-NÁ-VIT super nos \* mi-se-ri-córdi-am, ut da-ret



no-bis vi-tam, et sublimá-ret domum De-i nostri.



*Ps. 147.* LAUDA Ie-rú-sa-lem DOMinum: \* lauda De-um tu-um



SI-on. 491.

Capitulum.

*Eccli. 24, 21-22.*

**E**GO quasi líbanus non incísus vaporávi habitatiómem meam, †  
et quasi bálsamum non mistum odor meus. \* Ego quasi tere-  
bínthus exténdi ramos meos, et rami mei honóris et grátiae.

Hymnus.

8.

**C**


ANTIBUS sacris hó-di-e re-súl-tet, Ca- ra Fran-  
2. Dí-xe-rat Ie-sus: Fá-ci-am quod optas; Quisquis huc,




1. cisco, Ma-ri-á- lis ae-des, Mi-ra cui Chri- stus, ro-gi- tán-  
2. Ma-ter, vé-ni- et su- ósque Fle-bit er- ró- res, pla-cet hunc




1. te Ma-tre, Do-na pro-fú-dit. 3. Am-bi-unt turmae só-li-um  
2. ab omni Sólve- re noxa. 4. Hinc su- is a-ram cumu-lá-




3. Ma-rí-ae Ac sibi optá-tam cá-pi-unt sa-lú-tem Hic, ubi ae-  
4. re do-nis Vír-gi-ni sacram, ru-dí-úsque te-ctum Adve-nae



3. tér-nae re-se-rá-ta perstat Iá-nu-a vi-tae. 5. Par-va,  
4. cer-tant de-co-rá-re, cer-tant Assi-si-énses. 6. Mil-le  
7. Laus so-



5. cui Chri-stus bene-dí-xit, au-la Cín-gi-tur va-sto ni-  
6. nam surgunt, á-li-as per o-ras, Templa, queis ipsum de-  
7. net iu-gis Trí-a-di su-prémae, Mo-ta quae gra-tis pré-



5. ti-dó-que templo; Fama et il-lí-us ma-gis in-de to-  
6. cus, i-psa iu-ra Cón-tu-lit Pe-trus, da-ta cui sacró-  
7. ci-bus Ma-rí-ae, Són-ti-bus do-nat vé-ni-am, re-mís-



5. tum Oc-cu-pat orbem.  
6. rum Summa pot-é-stas.  
7. sa Vín-di-ce poe-na. A-men.


∩. Coram ómnibus vivéntibus confitémini eí.

ⱼ. Quia fecit vobíscum misericórdiam suam.


### Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

O



be-á-ta Virgo Ma-rí-a\* Tu, vé-ni-ae ve-na! Tu, grá-



ti-ae Ma-ter! exáudi nos fí-li-os tu-os, qui hó-di-e



fúndimus pre-ces ante conspéctum tu-um. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui per sanctíssimam Genitrícem tuam, super Angelórum choros exaltátam, homínibus dispensáre bona cuncta voluísti : † per ipsam tríbue nobis, de tibi consecráta eius Aede memóriam agéntibus; \* ut nunc peccatórum indulgéntiam et gratiárum cópiam impetrémus, ac tandem beatórum spirítuum consórtium et gáudium caeléstis mansiónis habeámus. Qui vivis.

## Pro Commemoratione S. Petri, Antiphona.

4. E

**S**OLVE, \* iubénte De- o, terrárum Petre ca-té-nas :

qui fa- cis ut pá-te-ant cae- lésti- a regna Be- á- tis.

E u o u a e.

∇. Tu es Petrus.

℞. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

Oratio. Deus, qui. 829.

*Deinde Com. S. Pauli: Ant. Sancte Paule. ∇. Tu es vas. 764. Oratio. Deus, qui multitudinem. 765; postea S. Alphonsi-Mariae, Ep. Conf. et Eccl. Doctoris: Ant. O Doctor... beáte Alphónse-Maria. ∇. Amávit. [58].*

## Oratio.


**D**EUS, qui per beátum Alphónsum-Mariám Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsum, Ecclésiám tuam nova prole foecundásti : † quaesumus, ut eius salutáribus mónitis edócti et exémpis roboráti; \* ad te pervenire feliciter valeámus. Per Dóminum.

Ad Completorium. *Tonus Hymni ut supra, 92.*


## AD LAUDES et per Horas.

1. Ant.  
3. a

**B**E- Á-TUS homo \* qui au-dit me, et qui ví-gi-lat



ad fo-res me-as quo-tí-di-e, et obsérvat ad po-stes




ó-sti-i me-i! E u o u a e. *Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

5. a

**I**

NCLINÁ-TE \* aurem vestram, et ve-ní-te ad me;



audí-te, et vivet á-nima vestra. E u o u a e.

3. Ant.

1. D

**S**

ANCTI-FI-CÁ-VI domum hanc,\* ut pó-ne-rem nó-men



me-um i-bi in sempí-térnum; et e-runt ó-cu-li me-i et




cor me-um i-bi cunctis dí-é-bus. E u o u a e.

4. Ant.

3. a 2

**E**

-GO \* di-li-géntes me dí-li-go; et qui ma-ne ví-



gi-lant ad me, invé-ni-ent me. E u o u a e.

5. Ant.  
7. a

**O** -CU-LI quoque me- i \* e- runt a-pérti, et au-  
res me- ae e-réctae ad o-ra-ti- ó-nem e- ius qui in lo-  
i- sto o-ráve-rit. E u o u a e.

*Capitulum. Ego quasi. ut in I. Vesperis, S32.*

## Hymnus.

2.

**R** E-GÍ-NA cae-li páupe-rem Almo simul cum Fí-  
li- o Digná-tur Aedem ví- se-re, Cincta Ange- lô- rum  
míl- li-bus.

2. Hinc aula facta Caélitum  
Aedes sacráta cernitur,  
Novo refúlgens lúmine  
Hymnisque laetis pórsonans.

3. Francíscus orans, áltius  
Mirátur haec; et, Fílium  
Dum flexo adórat póplite,  
Matrem salútat grátiae.

4. Et inde Christo súpplicat  
Ut quisquis Aedem poénitens  
Intret, benígnam críminum  
Repórtet indulgéntiam.

5. Votis rogántis, Vírgine  
Favénte, Christus ánnuit,  
Suíque amóris ómnibus  
Hic iuge signum pórrigit.

6. Veníte, gentes, próspéra  
Intráte Matris límina :  
Hic obtinéntur múnera,  
Hic expiántur crímina.

7. Iesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

Ÿ. Ave Regína caelórum. R̄. Ave Dómina Angelórum.

*Ad Benedictus : Ant. Ave Maria. 188; deinde Com. S. Alphonsi : Ant. Euge. V. Iustum. [45]; postea S. Stephani I. Papae et Mart. : Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Stéphaní Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas : \* concéde propítius, ut cuius natalítia cólimus; de eíusdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Ad Primam. In R. br. V. Qui natus. 33.*

*Ad Tertiam. Tonus Hymni ut supra, 46.*

*Capitulum. Ego quasi. ut in II. Vesperis, 840.*

R. br.



**I** N Dómi-no \* Laudá-bi-tur á-ni-ma me- a. V. Au-



di- ant mansu- é-ti, et laeténtur. Gló-ri- a Patri, et Fí-



li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

V. Veníte filii, audíte me. R. Timórem Dómini docébo vos.

## Ad Sextam.

Capitulum.

*Eccli. 24, 24-25.*

**E**GO mater pulchrae dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctae spei. † In me grátia omnis viae et veritátis; \* in me omnis spes vitae et virtútis.

R. br.



**V** E-NÍ-TE fí-li- i, \* Audí-te me. V. Ti-mó-rem Dómi-



ni do-cé-bo vos. Gló-ri- a Patri.

V. En próferam vobis spíritum meum.

R. Et osténdam vobis verba mea.




## Ad Nonam.

## Capitulum.


*Eccli. 24, 30-31.*

**Q**UI audit me, non confundétur; † et qui operántur in me, non peccábunt : \* qui elúcidant me, vitam actérnam habébunt.

Ry. br.



**E** N pró-fe-ram vo-bis \* Spí-ri- tum me- um. V. Et



osténdam vo-bis verba me- a. Gló-ri- a Patri.


V. Qui me invénerit, invéniet vitam.

Ry. Et háuriet salútem a Dómino.


## IN II. VESPERIS.

## 1. Ant.


7. c



**I** NDU- E te de-có-re \* et honó-re e-ius, quae a




De- o ti-bi est sempi-térnae gló-ri-ae. *Ps. 109.* DI- XIT Dó-




mi-nus DÓmi-no ME- o : \* Se-de a DEXtris ME- is. 482.


## 2. Ant.

7 a 3




**L** UCE \* splé-ndi-da fulgé- bis, et omnes fi-nes ter-






rae laudábunt te. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU-e-ri DÓminum : \* lau-




dá-te nomen Dómi-ni. 485.




**D**E-US e-nim \* osténdet splendó-rem su-um in te,



omni qui sub caelo est. *Ps. 121.* LAETÁTUS sum in his quae




Dicta sunt MI- hi : \* In domum Dómi- ni I-bimus. 489.




**N**A-TI- ÓNES \* ex longínquo ad te vé-ni- ent; et




mú-ne-ra de-fe-réntes, ado-rábunt in te Dómi-num, et



terram tu- am in sancti- fi- ca- ti- ó-nem ha-bé-bunt.



*Ps. 126.* NI- SI Dómi-nus aedi- fi- cáve-rit DÓmum, \* in vanum



labo-ravé-runt qui aedí-fi-cant E-am. 490.

5. Ant.


8. G

**A**


DDÚ-CET e-nim \* De-us Isra-el fí-li-os tu-os




ad te, cum iucundi-tá-te in lúmi-ne ma-ie-stá-tis su-ae,



cum mi-se-ri-córdi-a et iustí-ti-a quae est ex ipso.



*Ps. 147.* LAUDA Ie-rú-sa-lem D*O*mi-num, \* lauda De-um



tu-um SI-on. 491.

Capitulum.

*Ecli. 24, 21-22.*


**D**EUS, qui in beáto Bonaventúra Confessóre tuo exímium obediéntiae exémpulum constitúere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut eius imitatióne voluntátem nostram abnegántes, \* mandátis tuis perpétuo inhaerére valeámus. Per Dóminum.

¶ *In Eccl. consecratis Com. Octavae Dedicacionis : Ant. O quam metuéndus. V̄. Domum. [118].*

*Deinde Com. S. Evaristi, Papae et Mart. : Ant. Iste Sanctus. V̄. Glória. [13].*

*Oratio.*

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : \* et quia pondus própriae actiόνis gravat, beáti Evarísti Mártiris tui atque Pontíficis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69].*

¶ *In Eccl. consecratis Com. sequentis.*

¶ *In Eccl. consecratis.*

## 27. De VI. die infra Octavam Dedicacionis.

*Semiduplex.*

*Ant. Sanctificávit. V̄. Haec est. [113].*

*Vesperae de seq., sine Commemoratione.*

## 28. Ss. SIMONIS et IUDAE Apostolorum.

*Duplex II. classis.*

*Omnia de Communi Apostolorum, [1].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Iudam ad agnitiónem tui Nóminis venire tribuisti : † da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, \* et celebrándo proficere. Per Dóminum.

¶ *In Eccl. consecratis : In II. Vesperis Com. sequentis.*

---

¶ *In Eccl. consecratis.*

## 29. Octava Dedicacionis propriae Ecclesiae.

*Duplex.*

*Ant. Sanctificávit. V. Haec est. [113].*

*In II. Vesperis : Ant. O quam metuéndus. V. Domum. [118]; Com. sequentis.*

---

## 30. B. Angeli ab Acrio, Conf. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Similábo. V. Amávit. [64].*

Oratio.

**M**IRÁBILIS in Sanctis tuis, omnípotens Deus, qui beáti Angeli spíritum ad tépsum tráhere dignátus es : † eius méritis et intercessióne concéde; \* cuncta nos terréna respúere, et in amóre supérnae pátriae continúa caeléstium meditatioe roborári. Per Dóminum.

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]; Com. sequentis.*

---

31. Bb. Christophori a Romandiola  
et Thomae a Florentia, Cc. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnípotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatórum Christóphori et Thomae Confessorum tuórum exémpa nos próvocent; \* quátenus, quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

*Vesperae de seq. (Omnium Sanctorum, 1026), sine Commemoratione.*



Dominica ultima Octobris.

# IN FESTO D. N. I. C. REGIS.

*Duplex I. classis.*

## IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis, 1021, praeter ea quae sequuntur :*



V. Da-ta est mi-hi omnis pot-estas.




R̄. In caelo et in terra.

### Ad Magnificat, Antiphona. I. f



ABIT il-li \* Dó-minus De-us



se-dem Da-vid, patris e-ius : et



regná-bit in domo Iacob in ae-térnum, et regni e-ius non



e-rit fi-nis, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Com. Dominicae occurrentis.*


Ad Completorium et Horas, tonus Hymni ut supra, 92 et 47; et in fine dicitur. Iesu, tibi sit glória, Qui scepra mundi temperas, Cum Patre et almo Spiritu, In sempiterna saecula.

### AD LAUDES et per Horas.


I. Ant.

2. D


**S**



USCI-TÁ-BIT \* Dé-us cae-li regnum quod commí-nu-et



et consú-met u-nivér-sa regna, et ipsum sta-bit



in aetérnum. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*

2. Ant.

I. f

**D**



E-DIT e- i Dóminus \* pot-está-tem et honó-rem et



regnum; et omnes pópu-li, tribus et linguae i-psi sér-



vi-ent. E u o u a e.

3. Ant.  
4. A

**E** - XIBUNT aquae vivae \* de Ie-rú-sa-lem; et e-rit

Dóminus Rex super omnem ter-ram. E u o u a e.

4. Ant.  
7. a

**M** AGNI-FI-CÁ-BITUR \* usque ad térmi-nos terrae, et

e-rit iste Pax. E u o u a e.

5. Ant.  
6. F

**G** ENS et regnum \* quod non serví- e-rit ti-bi, per-

í- bit : et Gen- tes so-li-tú-di-ne vasta- búntur.

E u o u a e.

Capitulum.

*Coloss. I, 12-13.*

**F**RATRES : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine, † qui eripuit nos de potestate tenebrárum, \* et tránstulit in regnum Filii dilectiónis suae.

Hymnus.

I.

**V** E-XÍLLA Christus ínclý-ta La-te tri- úmphans éxpli-



cat : Gentes ad- este súpli- ces, Re- gique re- gum pláudi- te.

- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Non Ille regna cládibus,<br/>Non vi metúque súbdidit :<br/>Alto levátus stípíte,<br/>Amóre traxit ómnia.</p> <p>3. O ter beáta cívitas<br/>Cui rite Christus ímperat,<br/>Quae iussa pergit éxsequi<br/>Edicta mundo caélitus!</p> <p>4. Non arma flagrant ímpia,<br/>Pax usque firmat foédera,<br/>Arrídet et concórdia,<br/>Tutus stat ordo cívicus.</p> | <p>5. Servat fides connúbia,<br/>Iuvénta pubet íntegra,<br/>Pudíca florent límina<br/>Domésticis virtútibus.</p> <p>6. Optáta nobis spléndeat<br/>Lux ista, Rex dulcíssime :<br/>Te, pace adépta cándida,<br/>Adóret orbis súbditus.</p> <p>7. Iesu, tibi sit glória,<br/>Qui scepra mundi témperas,<br/>Cum Patre et almo Spírítu,<br/>In sempitérna saécula. Amen.</p> |
|--|--|

∇. Multiplicábitur eius impérium.

⋈. Et pacis non erit finis.

#### Ad Benedictus, Antiphona.


5. a

**F**

E-CIT' nos De- o \* et Patri su- o regnum, primo-



gé-ni-tus mortu- ó-rum, et Princeps regum terrae, alle-lú- ia.




E u o u a e.

#### Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui in dilécto Filio tuo, univer-  
sórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius ;  
ut cunctae famíliæ Géntium, peccáti vúlneré disgregátae, \* eius  
suavíssimo subdántur império : Qui tecum.

*Com. Dominicae occurrentis.*

## Ad Primam.




In R̄. br. ∇. Qui pri-má-tum in ómnibus te-nes.


## Ad Tertiam.

*Tonus et Doxologia Hymni ut supra, 47.*

*Capitulum. Fratres. ut in II. Vesperis, 1023.*

R̄. br. 

**D**ATA est mi-hi \* Omnis pot-é-stas. ∇. In caelo et



in terra. ∇. Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Afférte Dómino, famí-liae populórum:

R̄. Afférte Dómino gló-riam et impérium.

## Ad Sextam.

Capitulum.

*Coloss. 1, 16-17.*

**O**MNIA per ipsum et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. † Et ipse est caput córporis Ecclé-siæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, \* ut sit in ómnibus ipse primátum tenens.

R̄. br. 

**A**FFÉRTE Dómi-no, \* Famí-li-ae popu-ló-rum: ∇. Af-fér-



te Dómino gló-ri-am et impé-ri-um. Gló-ri-a Patri.

∇. Adorábunt eum omnes reges terræ.

R̄. Omnes gentes sérvient ei.


## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Coloss. I, 19-20.*

**I**n ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, † et per eum reconciliare omnia in ipsum, \* pacificans per Sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Iesu Domino nostro.

R̄. br.



Gentes sérv- ent e- i. Gló-ri- a Patri.

V̄. Multiplicabitur eius impérium.


R̄. Et pacis non erit finis.

## IN II. VESPERIS.

## I. Ant. 8. G




A- CIFICUS \* vo-cá-bi-tur, et thronus e-ius


e-rit firmíssimus in perpé-tu-um. *Ps. 109.* DI-XITDóminus Dómino ME-o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.2. Ant.  
8. c

**R**EGNUM e- ius \* regnum sempi-térnum est, et omnes






re-ges · sé-rvi- ent e- i et o-bé-di- ent. *Ps. 110. CONFITÉ-BOR*



ti-bi, Dómine, in to-to corde ME- o : \* in consí- li- o iustó-rum




et congrega- ti- One. 483.

3. Ant.


7. a

**E**

CCE vir, O-ri- ens \* nomen e- ius : se-dé-bit et do-



mi-ná-bi-tur, et loqué-tur pa-cem Génti-bus. *Ps. 111. BE-ÁTUS*




vir qui TImet Dóminum : \* in mandá-tis e-ius VO-let NImis. 484.

4. Ant.


3. a

**D**

ÓMINUS \* iudex noster, Dóminus lé-gi-fer noster : Dó-



minus Rex noster, ipse salvá-bit nos. *Ps. 112. LAUDÁTE PU-e-*



ri DOMI-num : \* laudá-te nomen Dómi-ni. 485.

5. Ant.

8. G

**E**

CCE de-di te \* in lu-cem Génti- um, ut sis sa-lus

me- a usque ad extrémum terrae. *Ps. 116.* LAUDÁTE DÓmi-

num omnes GÉNTes : \* laudá-te e- um omnes Popu-li. 489.

Capitulum.

*Coloss. 1, 12-13.*

**F**RATRES : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine; † qui eripuit nos de potestáte tenebrárum, \* et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae.

Hymnus.

I.

**T**E sae-cu- ló-rum Prínci- pem, Te, Christe, Regem  
2 Sce- lé- sta turba clámi- tat : Re- gná- re Christum

1. Génti- um, Te mén- ti- um, Te cór- di- um Unum fa- té- mur  
2. nó- lumus : Te nos ován- tes ómni- um Regem supr- e- mum

1. árbitrum. 3. Ó Chri- ste, Prin- ceps Pá- ci- fer, Men- tes re-  
2. dí- cimus. 4. Ad hoc cru- énta ab árbo- re Pendes a-

3. bél- les súbii- ce : Tu- óque a- mó- re dé- vi- os, O- víle in  
4. pér- tis bráchi- is, Di- rá- que fossum cús- pi- de Cor igne



3. u- num cóngre-ga. 5. Ad hoc in a-ris ábde-ris Vi-  
4. fla-grans éx- hi-bes. 6. Te na- ti- ó-num Praé-si-des Ho-



5. ni da- písque i- má-gi-ne, Fundens sa-lú- tem fí- li- is Trans-  
6. nó- re tol- lant públi- co, Co- lant ma-gístri, iú-di-ces, Le-




5. verbe- rá- to pé- cto- re. 7. Submís- sa re- gum fúlge- ant  
6. ges et ar- tes éxpri- mant. 8. Ie- su, ti- bi sit gló- ri- a,




7. Ti- bi di- cáta in- sí- gni- a : Mi- tí- que sceptro pátri- am  
8. Qui scepra mun- di ténpe- ras, Cum Patre et al- mo Spí- ri- tu,



7. Do- mósque sub- de cí- vi- um.  
8. In sem- pi- tér- na saécu- la. A- men.



∇. Multiplí- cá- bi- tur e- ius impé- ri- um.



Ɀ. Et pa- cis non e- rit fi- nis.

## Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**H**ABET in vestiménto \* et in fémo-re su-o scriptum :  
 Rex re- gum, et Dóminus domi-nánti- um. Ipsi gló-ri- a  
 et impé-ri- um in saecu-la saecu-ló-rum. E u o u a e.

## Oratio.


**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, univer-  
 sórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius ;  
 ut cunctae familiae Géntium, peccáti vúlneris disgregátae, \* eius  
 suavíssimo subdántur império : Qui tecum.

*Com. Dominicae occurrentis.*





## FESTA NOVEMBRIS.




Die 1. Novembris.

# IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

*Duplex I. classis cum Octava communi.*


## IN I. VESPERIS.

I. Ant. I. f



I-DI turbam magnam, \* quam

di-nume-rá-re nemo pót-e-rat,



ex ómni-bus Génti-bus, stantes ante thro-num. *Ps. 109.* DI-XIT

Dómi-nus DOmi-no ME-o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.

## 2. Ant.

i. f

**E**

T omnes Ange-li \* stabant in circú- i-tu thro-ni;

et ce-ci-dé-runt in conspéctu thro-ni in fá-ci-es su- as,

et ado-ravé-runt De- um. *Ps. 110.* CONFITÉBOR ti-bi, Dómi-

ne, in to-to CORde ME-o : \* in consí-li- o iustó-rum et con-

grega-ti- One. 483.

## 3. Ant.

8. G

**R**

ED-EMISTI nos, \* Dómine De- us, in Sánguine

tu- o ex omni tri-bu, et lingua, et pópu-lo, et na-ti- ó-

ne : et fe-císti nos De- o nostro regnum. *Ps. 111.* BE-ÁTUS

vir, qui timet DOninum : \* in mandá-tis e-ius vo-let NImis. 484.

4. Ant.

8. G

**B**

ENE-DI-CI-TE DÓ-minum, \* omnes E-lécti e-ius :

á-gi-te di-es lætí-ti-ae, et confi-té-mi-ni il-li.

*Ps. 112. LAUDÁTE, pú-eri, DÓminum : \* laudá-te nomen DÓmini. 485.*

5. Ant.

8. G

**H**

YMNUS \* ómni-bus Sanctis e-ius, fí-li-is Isra-

el, pópu-lo appro-pinquáti si-bi : gló-ri-a haec est

ó-mni-bus Sanctis e-ius. *In I. Vesp. Ps. 116. LAUDÁTE DÓ-  
In II. Vesp. Ps. 115. CRÉ-DI-DI pro-*mi-num omnes GEN-tes : \* laudá-te e-um *omnes*  
pter quod lo-CŪtus sum : \* e-go au-tem humi-li-á-tus sum

POpu-li. 489.

NI-mis. 488.

## Capitulum.

*Apoc. 7, 2-3.*


**E**CCE ego Ioáñnes vidi álterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi : † et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocere terrae et mari, dicens : Nolite nocere terrae et mari, neque arbóribus, \* quoadúsque signemus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

## Hymnus.


8.

**P**

LA- CÁ-RE Chri-ste sér-vu-lis, Quibus Pa-tris cle-  
2. Et vos, be- á-ta per novem Distín-cta gy-ros




1. mén-ti- am Tuæ ad tri-bú- nal grá-ti-ae Patró- na  
2. ágmi-na, An- tí- qua cum prae- séntibus, Fu- tú- ra



1. Vir- go pó-stu-lat. 3. A- pósto- li cum Vá- tibus, A- pud  
2. damna pél- li-te. 4. Vos, purpurá- ti Már-ty-res, Vos, can-



3. sevé- rum Iú- di- cem, Ve- ris re- ó- rum flé- ti- bus Ex-  
4. di- dá- ti praémi- o Confes- si- ó- nis, éxsu- les Vo-




3. pó- sci- te in- dul- gén- ti- am. 5. Cho- ré- a ca- sta Vir- gi-  
4. cá- te nos in pá- tri- am. 6. Au- fér- te gen- tem pér- fi-  
7. De- o Pa- tri sit gló- ri-



5. num, Et quos e- ré- mus in- co- las Transmí- sit a- stris,  
6. dam Cre- dén- ti- um de fí- ni- bus, Ut u- nus omnes  
7. a, Na- tó- que Pa- tris ú- ni- co, San- cto si- mul Pa-







5. Caé-li-tum Lo-cá-te nos in sé-di-bus.

6. ú-ni-cum O-ví-le nos pa-s-tor regat.

7. rá-clí-to, In sem-pi-tér-na saé-cu-la. A-men.



V. Laetá-mi-ni in Dó-mi-no, et exsultá-te iusti.



R̄. Et glo-ri-á-mi-ni, omnes recti corde.


(Sic cantatur in I. et II. Vesp. Festi tantum; alias in tono solito.)

### Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**A**


NGE-LI, \* Archánge-li, Thro-ni et Do-mi-na-



ti-ó-nes, Princi-pá-tus et Pot-e-stá-tes, Vir-tú-tes: Ché-



ru-bim atque Sé-raphim: Patri-á-rc-hae et Pro-phé-tae: san-



cti le-gis Doctó-res, Apó-sto-li omnes: Christi Márty-



res, sancti Con-fessó-res, Vírgi-nes Dó-mi-ni, A-nacho-



ri-tae, Sancti-que omnes, intercè-



di- te pro no-bis. E u o u a e.

### Oratio.


**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos Omnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quaésumus; ut desiderátam nobis tuae propitiatiónis abundántiam, \* multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

## AD LAUDES.

*Antiphonae et Capitulum ut in I. Vesperis, 1026; Psalmi de Dominica, 4.*


### Hymnus.

8.




**S**

A- LÚ-TIS ae-térnae da-tor, Ie-su, red-émp-tis súb-



ve-ni : Virgo, pa-rens cle-ménti-ae, Dona sa-lú-tem sér-



vu-lis.

2. Vos, Angelórum míllia,  
Patrúmque coetus, ágmina  
Canóra Vatum : vos, reis  
Praecámini indulgéntiam.

3. Baptísta Christi praévius,  
Summíque caeli Cláviger  
Cum céteris Apóstolis  
Nexus resólvant críminum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>4. Cohors triúmphantis Mártyrum,<br/>         Almus Sacerdótum chorus,<br/>         Et virgínális cástitas<br/>         Nostros reátus ábluant.</p> <p>5. Quicúmque in alta síderum<br/>         Regnátis aula príncipes,</p> | <p>Fávete votis súpplicum,<br/>         Qui dona caeli flágitant.</p> <p>6. Virtus, honor, laus, glória<br/>         Deo Patri cum Fílio,<br/>         Sancto simul Paráclito,<br/>         In saeculórum saécula.</p> <p style="text-align: right;">Amen.</p> |
|--|--|

∮. Exsultábunt Sancti in glória.


℣. Laetabúntur in cubílibus suis.

### Ad Benedictus, Antiphona.


7. a

**T**

E glo-ri-ó-sus \* Apo-sto-ló-rum cho-rus, te Pro-




phe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus : te Már-ty-rum candi-dá-tus



lau-dat ex-ér-cí-tus : te omnes E-lé-cti vo-ce



confi-tén-tur un-á-nimes : Be-á-ta Trí-ni-tas, u-nus De-us!



E u o u a e.

### Ad Tertiam.

*Capitulum.* Ecce ego. *ut in I. Vesperis, 1029.*

℣. *br.* Laetámini in Dómino. ∮. Exsúltent. [34].

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Apoc. 7, 9.*

**P**OST haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, † ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis, stantes ante thronum Dei, in conspectu Agni, amicti stolis albis, \* et palmae in manibus eorum.

*Ry. br.* Exsultent iusti. *Ÿ.* Iusti autem. [35].

## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Apoc. 7, 12.*

**B**ENEDICTIO, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, † honor, virtus, et fortitudo Deo nostro, \* in saecula saeculorum. Amen.


*Ry. br.* Iusti autem. *Ÿ.* Exsultabunt. [35].

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, 1026, praeter ea quae sequuntur : Ps. ultimus 116. Credidi. 488.*



*Ÿ.* Exsultabunt Sancti in gló-ri-a.



*Ry.* Laetabuntur in cu-bí-li-bus su-is.


*(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)*

## Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

**O**

quam glo-ri-ó-sum est regnum, \* in quo cum



Chri-sto gaudent omnes Sancti! a-mícti sto-lis al-bis, se-



quántur A- gnum quo- cúmque í- e-rit. È u o u a e.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos Omnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quaésumus; ut desiderátam nobis tuae propitiatiónis abundántiam, \* multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

*Post Vesperas diei dicuntur Vesperae ac Completorium Defunctorum, ut inferius notatur. Si tamen hodie fuerit Sabbatum, in II. Vesperis Omnium Sanctorum fit Com. Dominicae, de qua die sequenti fit Officium cum Com. Octavae, et dicitur Completorium pariter de Dominica, 82.*

Die 2. Novembris.

## In Commem. Omnium Fidelium Defunctorum.

*Duplex.*

### AD VESPERAS.

*In II. Vesperis Omnium Sanctorum, nisi sit Sabbatum, et hoc in casu in II. Vesperis Dominicae, post V. Benedicámus Dómino. immediate dicuntur Vesperae Defunctorum incipiendo absolute ab Antiphona. Placébo.*

1. Ant.


3. b

**P**

LACÉ-BO Dómino \* in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.



*Ps. 114.* DI-LÉ-XI, quó-ni-am exAudi-et DOMI-nus \* vo-cem



o-ra-ti- ó-nis ME-ae.

2. Quia inclinávit aurem SUam MIhi : \* et in diébus meis invoCabo.

3. Circumdedérunt me doLOres MORTis : \* et perícula inférni inveNERunt me.

4. Tribulatiónem et doLOrem inVENi : \* et nomen Dómini invoCAvi.

5. O Dómine líbera Animam MEam : \* miséricors Dóminus, et iustus, et Deus noster miseREtur.

6. Custódiens PARvulos DOMInus : \* humiliátus sum, et libeRAvit me.

7. Convértere ánima mea in REquiem TUam : \* quia Dóminus benefécit Tibi.

8. Quia erípuit ánima MEam de MORte : \* óculos meos a lácrimis, pedes meos a Lapsu.

9. PlaCEbo DOMIno \* in regióne viVORum.

10. RéquiEM aeTERNam \* dona eis Dómine.


11. Et LUX perPETUa \* lúceat Eis.

2. Ant.


2. D

H

E- U me! \* qui- a inco-lá-tus me- us pro- longá-



, tus est. *Ps. 119.* AD Dóminum cum tribu-lá-rer claMAvi : \* et



exauDI-vit me.

2. Dómine líbera ánima meam a lábiis inÍquis, \* et a língua doLOsa.

3. Quid detur tibi, aut quid apponátur Tibi, \* ad linguam doLOsam?

4. Sagíttae poténtis aCUtae, \* cum carbónibus desola-Toriis.

5. Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est : †  
habitávi cum habitántibus CEDar : \* multum íncola fuit  
ánima MEa.


6. Cum his qui odérunt pacem eram paCIficus : \* cum  
loquébar illis, impugnábant *me* GRATis.

7. Réquiem aeTERnam \* dona eis DOMine.


8. Et lux perPETua \* lúceat Eis.

3. Ant.

8. G\*



á-nimam tu- am Dóminus. *Ps. 120.* LEVÁ-VI ócu-los me- os in .



MONtes \* unde vé-ni- et auxí-li- um MI-hi.

2. Auxílium meum a DOMino, \* qui fecit caelum et  
TERram.

3. Non det in commotiÓNem pedem TUum : \* neque  
dormítet *qui* cuSTODit te.

4. Ecce non dormitábit neque DORMiet, \* qui custó-  
*dit* ISrael.

5. Dóminus custódit te, Dóminus protéctio TUA, \*  
super manum dÉxteram TUam.

6. Per diem sol non Uret te : \* neque luna *per* NOctem.

7. Dóminus custódit te ab omni MALo : \* custódiat  
ánimam *tuam* DOMinus.

8. Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum  
TUum, \* ex hoc nunc, et *usque in* SAECulum.



9. Réquiem aeTERnam \* dona eis DOMine.

10. Et lux perPETua \* lúceat Eis.

4. Ant.

8. G

S



quis susti-né-bit? *Ps. 129. DE pro-fúndis clamávi ad te DO-*



mi-ne : \* Dómine exáudi *vo-cem ME-am.*

2. Fiant aures tuae intenDENTes \* in vocem depreca-tiónis MEae.

3. Si iniquitátes observáveris, DOMine : \* Dómine, quis sustiNEbit.

4. Quia apud te propitiatiO est : \* et propter legem tuam sustínui te DOMine.

5. Sustínuit ánima mea in verbo Eius : \* sperávit ánima mea in DOMino.

6. A custódia matutína usque ad NOctem, \* speret Israel in DOMino.

7. Quia apud Dóminum miseriCORDia : \* et copiósa apud eum redEMptio.

8. Et ipse rédimet ISrael \* ex ómnibus iniquitátibus Eius.


9. Réquiem aeTERnam \* dona eis DOMine.

10. Et lux perPETua \* lúceat Eis.

5. Ant.

2. D

O




- PE-RA \* mánu-um tu-á-rum, Dómi-ne, ne



despí-ci- as. *Ps. 137. CONFITÉ-BOR ti-bi Dómi-ne in to-to cor-*





de ME-o : \* quó-ni- am audísti verba o-ris ME-i.

2. In conspéctu Angelórum psállam Tíbi : \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini TUo.

3. Super misericórdia tua et veritate TUA : \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum TUum.

4. In quacúmque die invocávero te, exAUDi me : \* multiplicábis in ánima mea virTUTem.

5. Confiteántur tibi Dómine omnes reges TERrae : \* quia audierunt ómnia verba óris TUI :

6. Et cantent in viis DOMini : \* quóniam magna est glória DOMini.


7. Quóniam excélsus Dóminus, et humília RESpicit : \* et alta a longe coGNOScit.

8. Si ambulávero in médio tribulationis, vivifiCabis me : \* et super íram inimicórum meórum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera TUA.


9. Dóminus retribuet PRO me : \* Dómine misericórdia tua in saeculum : ópera mánuum tuárum ne deSPicias.

10. Réquiem aeTERnam \* dona eis DOMine.

11. Et lux perPÉtua \* líceat Eis.



Y. Audí-vi vo-cem de caelo di-céntem mi- hi.



R̄. Be- á-ti mórtu- i qui in Dómi-no mo-ri- úntur.

Ad Magnif.


Ant. 7. c

O

-MNE \* quod dat mi-hi Pa- ter, ad me vé-



ni- et : et e- um qui ve- nit ad me, non e- íi- ci- am fo- ras.



U e a e i.

Magnificat. *in tono simplici*, 506.

*Repetita post Canticum.* Magnificat. *Antiphona, dicitur flexis genibus :*

Pater noster. *secreto usque ad*

∇. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed líbera nos a malo.

∇. A porta ínferi. R̄. Erue Dómine ánimas eórum.

∇. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

∇. Dómine exáudi oratióem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

∇. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

*Oratio.*

**F**IDÉLIUM, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbué peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplicatió nibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, \* per ómnia saécula saeculórum. R̄. Amen.

∇. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.



∇. Requi- éscant in pa- ce. R̄. Amen.


*Et ita absolvuntur Vesperae Defunctorum, neque aliud adiungitur.*

## AD COMPLETORIUM.

*Non dicitur Iube domne. nec Lectio brevis, neque ∇. Adiutórium nostrum. neque Oratio Dominica; sed facta Confessione et Absolutione, statim sine Antiphona incipitur a Psalmis sequentibus; et in fine cuiuslibet Psalmi, loco Glória Patri, dicitur : Réquiem aetérnam \* dona eis Dómine. Et lux perpétua \* lúceat eis.*


*Psalmi autem ad Completorium, sicut ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam diei sequentis, cantantur ut infra.*

## Psalmus 122.



AD te levá-vi ó-cu-los ME-os, \* qui há-bi-tas in CAELis.

*Vel etiam :*



AD te levá-vi ó-cu-los ME-os, \* qui há-bi-tas in CAELis.

2. Ecce sicut óculi servórum, \* in má-nibus dominórum suórum.

3. Sicut óculi ancíllae in má-nibus dóminae suae : \* ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

4. Miserére nostri, Dómine, miserére nostri : \* quia multum repléti sumus despectióne :

5. Quia multum repléta est ánima nostra : \* oppróbrium abundántibus, et despectio superbis.

6. Réquiem aetérnam.

## Psalmus 141.

**V**OCE mea ad Dóminum clamávi : \* voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

2. Effúndo in conspéctu eius oratióem meam, \* et tribulatióem meam ante ipsum pronúntio.

3. In deficiéndo ex me spíritum meum, \* et tu cognovisti sémitas meas.

4. In via hac, qua ambulábam, \* abscondérunt láqueum mihi.

5. Considerábam ad dextéram, et vidébam : \* et non erat qui cognósceret me.

6. Périit fuga a me, \* et non est qui requírat ánimam meam.

7. Clamávi ad te, Dómine, \* dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

8. Inténde ad deprecatióem meam : \* quia humiliátus sum nimis.

9. Líbera me a persecúntibus me : \* quia confortáti sunt super me.

10. Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo : \* me exspéctant iusti, donec retríbuas mihi.

11. Réquiem aetérnam.

## Psalmus 142.

**D**ÓMINE, exáudi oratióem meam : † áuribus pécipe obsecratióem meam in veritáte tua : \* exáudi me in tua iustítia.

2. Et non intres in iudícium cum servo tuo : \* quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

3. Quia persecútus est inimícus ánimam meam : \* humiliávit in terra vitam meam.

4. Collocávit me in obscúris sicut mórtuos saéculi : \* et anxíatus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

5. Memor fui diérum antiquórum, † meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : \* in factis mánuum tuárum meditábar.

6. Expánda manus meas ad te : \* ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velóciter exáudi me, Dómine : \* defécit spíritus meus.

8. Non avértas fáciem tuam a me : \* et símilis ero descendéntibus in lacum.

9. Audítam fac mihi mane

misericórdiam tuam : \* quia in te sperávi.

10. Notam fac mihi viam, in qua ámbulem : \* quia ad te levávi ánimam meam.

11. Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi : \* doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

12. Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : \* propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, in aequitáte tua.

13. Edúces de tribulatióne ánimam meam : \* et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

14. Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : \* quóniam ego servus tuus sum.

15. Réquiem aetérnam.

*Expletis Psalmis, statim subiungitur Canticum. Nunc dimittis (sub eodem cantu), in cuius fine additur Réquiem aetérnam. ut supra.*

*Absolute autem Cantico, dicitur flexis genibus :*

Pater noster. secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

*Oratio..*

**P**ROPITIÁRE, quaésumus Dómine, animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum, pro quibus maiestátem tuam supplíciter exorámus : † ut per haec piae deprecatiónis officia, \* pervenire mereántur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

*Et ita absolvitur Completorium, neque aliud adiungitur.*


## AD LAUDES.

*Immediate post ultimum Responsorium III. Nocturni absolute incipitur*

i. Ant.  **E** XSULTÁBUNT Dómino \* ossa humi-li- á- ta.



*Ps. 50.* MI-SERÉRE ME- i DE- us, \* secúndum magnam mi-se-ri-cór-



*di- am TU- am.*

2. Et secúndum multitudinem miseratiOnum tuArum, \* dele iniquitátem MEam.

3. Amplius lava me ab iniquiTate MEa : \* et a peccáto meo MUNda me.

4. Quóniam iniquitátem meam Ego coGNOsco : \* et peccátum meum contra me est SEMper.

5. Tibi soli peccávi, et malum COram te FEci : \* ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudiCARis.

6. Ecce enim in iniquitáTIBUS conCEPTUS sum : \* et in peccátis concépit me mater MEa.

7. Ecce enim veritátem DileXisti : \* incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti MIhi.

8. Aspérges me hyssópo, ET mundABor : \* lavábis me, et super nivem dealBAbor.

9. Audítui meo dabis gáudium ET laeTítiam : \* et exsultábunt ossa humiliÁta.

10. Avérte fáciem tuam a pecCATis MEis : \* et omnes iniquitátes meas DEle.

11. Cor mundum crea IN me DEus : \* et spíritum rectum ínnoVa in viscéribus MEis.

12. Ne proicias me a FACIE TUA : \* et spírítum sanctum tuum ne áuferas A me.

13. Redde mihi laetítiam saluTARis TUI : \* et spírítu principáli conFIRma me.

14. Docébo iníquos VIas TUas : \* et ímpii ad te con-verTENTur.

15. Líbera me de sanguínibus Deus, Deus saLUTis MEae : \* et exsultábit lingua mea iustítiam TUam.

16. Dómine lábia MEa aPÉries : \* et os meum annuntiábit *laudem* TUam.

17. Quóniam si volúisses sacrificium, deDISsem Utique : \* holocáustis non deleCTAberis.

18. Sacrificium Deo spírítus conTRIBuLATus : \* cor contrítum et humiliátum Deus non deSPIcies.

19. Benígne fac Dómine in bona voluntáte TUA SION : \* ut aedificéntur muri *IeRUsalem*.

20. Tunc acceptábis sacrificium iustítiae, oblatiónes et HOloCAUsta : \* tunc impónent super altáre *tuum* Vitulos.

21. RéquiEM aeTERnam \* dona *eis* DOMine.

22. Et LUX perPETua \* líceat Eís.

2. Ant.

8. G

**E**

x-ÁUDI Dómine \* o-ra-ti-ónem me-am : ad te

omnis ca- ro vé-ni- et. *Ps. 64.* TE de-cet hymnus De-us in

SI-on : \* et ti-bi reddé-tur vo-tum *in IeRUsa-lem*.

2. Exáudi oratiónem MEam : \* ad te omnis *caro* VENiet.

3. Verba iniquórum praevaluérunt SUPER nos : \* et impietátibus nostris tu propitiAberis.

4. Beátus quem elegísti et assumPSIsti : \* inhabitábit in *átriis* TUIS.

5. Replébimur in bonis domus TUae : \* sanctum est templum tuum, mirábile in *aequi*TATE.

6. Exáudi nos Deus salutáris NOSTer, \* spes ómnium finium terrae, et in *mari* LONGe.

7. Praéparans montes in virtúte tua, accíntus potENtia : \* qui contúrbas profúndum maris, sonum *flúctuum* Eius.

8. Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis TUIS : \* éxitus matutíni et vésperé *dele*CTABis.

9. Visitásti terram et inebriásti Eam : \* multiplicásti locupletáre Eam.

10. Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum ilLORum; \* quóniam ita est praeparátio Eius.

11. Rivos eius inébria, multiplica genímína Eius : \* in stillicidiis eius laetábitur GERminans.

12. Benedíces corónae anni benignitátis TUae : \* et campi tui replebúntur *uber*TATE.


13. Pinguéscent speciósa deSERti : \* et exsultatióne colles *accin*GENtur.

14. Indúti sunt arietes óvium, † et valles abundábunt fruMENto : \* clamábunt, étenim *hymnum* DICent.


15. Réquiem aeTERnam \* dona *eis* DOMine.

16. Et lux perPETua \* *lúceat* Eis.

3. Ant.  
7. c



**M**E suscepit \* dextera tua, Dómine. *Ps. 62.* DE- US,



DE- us ME- us. \* ad te de LU-ce VI-gi-lo.

2. Sitívit in te Anima MEa, \* quam multipliciter tibi CARO MEa.

3. In terra desérta, et ínvia, et INaQUOsa : \* sic in sancto appáruí tibi, ut vidérem virtútem tuam, et GLORiam TUam.

4. Quóniam mélior est misericórdia tua SUper VItas : \* lábia MEa lauDAbunt te.

5. Sic benedícam te in VIta MEa : \* et in nómine tuo levábo MANus MEas.

6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur Anima MEa : \* et lábiis exsultatiónis lauDAbit os MEum.

7. Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis mediTABor IN te : \* quia fuísti adIUtor MEus.

8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima MEa POST te : \* me suscépit DEXtera TUA.

9. Ipsi vero in vanum quaesiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferiOra TERrae : \* tradéntur in manus gládií, partes VULpium Erunt.

10. Rex vero laetábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui IUrant in Eo : \* quia obstrúctum est os loquéntiUM inIqua.

11. RéquiEM aeTERnam \* dona Eis DOMine.

12. Et LUX perPETua \* LUceat Eis.

4. Ant.

2. D

**A**

PÓRTA ínfe-ri \* é-ru-e Dómine á-nimam

me- am. *Cant.* EGO di-xi : In dimí-di- o di- é-rum me- Orum \*

vadam ad portas INfe-ri.

2. Quaesívi resíduum annórum meOrum : \* dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra viVENTium.



3. Non aspiciam hóminem ULtra, \* et habitatórem qui Étis.

4. Generátio mea abláta est, et convolúta est A me, \* quasi tabernáculum *paSTORum*.

5. Praecísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer sucCIdit me : \* de mane usque ad vésperam finiES me.

6. Sperábam usque ad MAne : \* quasi leo sic contrívit ómnia ossa MEa.

7. De mane usque ad vésperam finiES me : \* sicut pullus hirúndinis sic clamábo, meditábor ut coLUMba.

8. Attenuáti sunt óculi MEi, \* suspiciéntes in exCÉLsum.

9. Dómine vim pátiór, respónde PRO me. \* Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse FEcerit?

10. Recogitábo tibi omnes annos MEos, \* in amaritúdine ánimae MEae.

11. Dómine si sic vívitur et in tálibus vita spíritus mei, † corripies me et vivifiCabis me. \* Ecce in pace amaritúdo mea amaRISSima.

12. Tu autem eruísti ánimam meam ut non perIret : \* proiecísti post tergum tuum ómnia peccáta MEa.

13. Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors lauDAbit te : \* non exspectábunt qui descéndunt in lacum veritátem TUam.

14. Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et ego HODie : \* pater filiis notam fáciét veritátem TUam.

15. Dómine salvum ME fac : \* et psalmos nostros cantábimus cunctis-diébus vitae nostrae in domo DOMini.

16. Réquiem aeTERnam \* dona eis DOMine.

17. Et lux perPEtua \* lúceat Eis.


5. Ant.

7. a


O



-MNIS spí-ri-tus \* laudet Dóminum. Ps. 150. LAUDÁTE



Dóminum in SANctis E-ius : \* laudá-te e-um in firmaménto



virTU-tis E-ius.

2. Laudáte eum in virTUtibus Eius : \* laudáte eum se-cúndum multitudínem magniTUDinis Eius.

3. Laudáte eum in SOno TUBae : \* laudáte eum in psaltériO et Clthara.

4. Laudáte eum in týmpaNO et CHOrO : \* laudáte eum in CHORdis et ORgano.

5. Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte eum in cýmbalis iubiLAtionis : \* omnis spíritus LAUdet Dóminum.

6. RéquiEM aeTERNam \* dona Eis Dómine.

7. Et LUX perPETua \* LUceat Eis.



∇. Audí-vi vo-cem de caelo di-céntem mi- hi.




R̄. Be- á-ti mórtu- i qui in Dómino mo-ri- úntur.

Ad Bened.

Ant. 2. D

**E**


-GO sum re-surrécti- o et vi-ta : qui cre-dit in




me, ét-i- am si mórtu- us fú- e- rit, vi- vet : et o- mnis qui



vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri-étur in aetérnum.



*Cant.* BENE-DÍCTUS Dóminus De-us ISRa-el: \* qui a vi-si-távit,



et fe-cit red-empti-ónem ple-bis SU-ae. Et e-ré-xit.

2. Et eréxít cornu salutis NObis : \* in domo David púeri SUI.

3. Sicut locútus est per os sanCTORum, \* qui a saéculo sunt, prophetárum Eius :

4. Salútem ex inimícis NOstris, \* et de manu ómnium qui oDERunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus NOstris : \* et memorári testaménti sui SANcti.

6. Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem NOstrum, \* datúrum se NObis.

7. Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum libe-RATI, \* serviámus ILLi :

8. In sanctitáte et iustítia coram Ipso, \* ómnibus diébus NOstris.

9. Et tu puer, prophéta Altíssimi voCaberis : \* praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias Eius.

10. Ad dándam sciéntiam salutis plebi Eius : \* in remis-siónem peccatórum eORum :

11. Per víscera misericórdiae Dei NOstri : \* in quibus visitávit nós, óriens ex ALto.

12. Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis SEDent : \* ad dirigéndo pedes nostros in viam PACis.

13. Réquiem aeTERnam, \* dona éis DOMine.


14. Et lux perPETua \* lúceat Eis.

*Et repetita Antiphona post Benedictus. dicuntur Pater noster. VV. et Oratio ut supra in Vesperis, 1039.*


## Ad Primam.

*Dicto secreto Pater noster, Ave María, et Credo, absolute incipitur a Psalmis sequentibus, atque in fine cuiuslibet Psalmi dicitur: Réquiem aetérnam.*

## Psalmus 87.



DÓMINE, De- us sa-lú-tis ME-ae : \* in di- e clamá-vi et nocte



CO-ram te. \*

2. Intret in conspéctu tuo orátio mea : \* inclína aurem tuam ad precem meam :

3. Quia repléta est malis ánima mea : \* et vita mea inférno appropinquávit.

4. Aestimátus sum cum descendéntibus in lacum : \* factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber.

5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quorum non es memor ámplius : \* et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

6. Posuérum me in lacu inferióri : \* in tenebrósis, et in umbra mortis.

7. Super me confirmátus est furor tuus : \* et omnes fluctus tuos induxísti super me.

8. Longe fecísti notos meos

a me : \* posuérum me abominatióem sibi.

9. Tráditus sum, et non egrediébar : \* óculi mei languérunt prae inópia.

10. Clamávi ad te, Dómine, tota die : \* expándi ad te manus meas.

11. Numquid mórtuis fácies mirabília : \* aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, \* et veritátem tuam in perditióné?

13. Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, \* et iustítia tua in terra obliviónis?

14. Et ego ad te, Dómine, clamávi : \* et mane orátio mea praeveniet te.

\* Hic et in ceteris Horis cantari potest et in Tono qui ponitur supra, 1040, primo loco.

15. Ut quid, Dómine, repéllis oratióne meam; \* avértis fáciem tuam a me?

16. Pauper sum ego, et in labóribus a iuventúte mea : \* exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

17. In me transiérunt irae tuae : \* et terróres tui conturbáverunt me.

18. Circumdedérunt me sicut aqua tota die : \* circumdedérunt me simul.

19. Elongásti a me amicum et próximum : \* et notos meos a miséria.

20. Réquiem aetérnam.

#### Psalmus 27.

**A**D te, Dómine, clamábo Deus meus, ne síleas a me : \* nequándo táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum.

2. Exáudi, Dómine, vocem deprecatiónis meae dum oro ad te : \* dum extólló manus meas ad templum sanctum tuum.

3. Ne simul trahas me cum peccatóribus : \* et cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

4. Qui loquúntur pacem cum próximo suo, \* mala autem in córdibus eórum.

5. Da illis secúndum ópera eórum, \* et secúndum nequitiam adinventiónum ipsórum.

6. Secúndum ópera mánuum eórum tríbue illis : \* redde retributióne eórum ipsis.

7. Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, † et in ópera mánuum eius \* déstrues illos, et non aedificábis eos.

8. Benedíctus Dóminus : \* quóniam exaudivit vocem deprecatiónis meae.

9. Dóminus adiútor meus et protéctor meus : \* in ipso sperávit cor meum, et adiútus sum.

10. Et reflóruít caro mea : \* et ex voluntáte mea confitébor ei.

11. Dóminus fortitúdo plebis suae : \* et protéctor salvatiónum Christi sui est.

12. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bédedic hereditáti tuae : \* et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.

13. Réquiem aetérnam.

#### Psalmus 31.

**B**EATI quorum remissae sunt iniquitátes : \* et quorum tecta sunt peccáta.

2. Beátus vir, cui non impútávit Dóminus peccátum, \* nec est in spírítu eius dolus.

3. Quóniam tácuí, inveteráverunt ossa mea, \* dum clamárem tota die.

4. Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : \* convérsus sum in aerúmna mea, dum confígitur spina.

5. Delíctum meum cógnitum tibi feci : \* et iniustítiam meam non abscondi.

6. Dixi : Confitébor advérsus me iniustítiam meam Dómino : \* et tu remisísti impietátem peccáti mei.

7. Pro hac orábit ad te omnis sanctus, \* in témpore opportúno.

8. Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, \* ad eum non approximábunt.

9. Tu es refúgium meum a tribulatióne, quae circúmdedit me : \* exsultátio mea, érué me a circumdántibus me.

10. Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac, qua gradiéris : \* firmábo super te óculos meos.

11. Nolíte fieri sicut equus et mulus, \* quibus non est intelléctus.

12. In camo et freno maxíllas eórum constrínge, \* qui non appróximant ad te.

13. Multa flagélla peccatóris, \* sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

14. Laetámmini in Dómino et exsultáte iusti, \* et gloriámmini, omnes recti corde.

15. Réquiem aetérnam.

*Expletis Psalmis dicitur flexis genibus :*

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requíescant in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine exáudi oratióne meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

*Oratio.*

**S**ÚPPLICES, Dómine, pro animábibus ómníum famulórum famulárumque tuárum preces effúndimus : † ut quidquid conversatióne contraxérunt humána, clemens indúlgeas : \* et poenis eórum finem benígna impónas. Per Dóminum nostrum. ℞. Amen.

*Post lectionem Martyrologii subiungitur :*

℣. In memória actérna erunt iusti.

℞. Ab auditióne mala non timébunt.

Orémus.

*Oratio.*

**D**EUS, véniae largítor et humánae salútis amátor : \* quaésumus cleméntiam tuam ; ut ánimas ómnium fidélium qui ex hoc saéculo transiérunt, \* beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua líceat eis.


℣. Requíescant in pace. ℞. Amen.

*Et ita absolvitur Prima, neque aliud adiungitur.*

## Ad Tertiam.

*Dicto secreto Pater noster et Ave Maria, absolute incipitur a Psalmis.*

## Psalmus 37. I.



DÓMINE, ne in fu-ró-re tu-o árgu-AS me, \* neque in i-ra



tu-a corri-pi-AS me.

2. Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi : \* et confirmásti super me manum tuam.

3. Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ : \* non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

4. Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum : \* et sicut onus grave gravátae sunt super me.

5. Putruérunt et corrúptæ sunt cicatríces meæ, \* a fácie insipiéntiæ meæ.

6. Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : \* tota die contristátus ingrediébar.

7. Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióne : \* et non est sánitas in carne mea.

8. Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis : \* rugiébam a gémitu cordis mei.

9. Dómine, ante te omne desidérium meum : \* et gémitus meus a te non est absconditus.

10. Cor meum conturbátum est, † derelíquit me virtus mea : \* et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

11. Réquiem aetérnam.

## Psalmus 37. II.

**A** míci mei, et próximi mei : \* advérsus me appropinquavérunt, et steterunt.

2. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt : \* et vim faciébant qui quaerébant ánimam meam.

3. Et qui inquirebant mala mihi, locúti sunt vanitátes : \* et dolos tota die meditábantur.

4. Ego autem tamquam surdus non audiébam : \* et sicut mutus non apériens os suum.

5. Et factus sum sicut homo non áudiens : \* et non habens in ore suo redargutiónes.

6. Quóniam in te, Dómine, sperávi : \* tu exáudies me, Dómine, Deus meus.

7. Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei : \* et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

8. Quóniam ego in flagélla parátus sum : \* et dolor meus in conspéctu meo semper.

9. Quóniam iniquitatem meam annuntiábo : \* et cogitábo pro peccáto meo.

10. Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : \* et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

11. Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : \* quóniam sequébar bonitatem.

12. Ne derelínquas me, Dómine, Deus meus : \* ne discés-seris a me.

13. Inténde in adiutórium meum, \* Dómine, Deus salútis meae.

14. Réquiem aetérnam.

### Psalmus 55.

**M**ISERÉRE mei, Deus, quóniam conculcávit me homo : \* tota die impúgnans, tribulávit me.

2. Conculcavérunt me inimíci mei tota die : \* quóniam multi bellántes advérsum me.

3. Ab altitúdine diéi timébo : \* ego vero in te sperábo.

4. In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi : \* non timébo quid fáciat mihi caro.

5. Tota die verba mea exsecrabántur : \* advérsum me omnes cogitatiónes eórum in malum.

6. Inhabitábunt et abscondent : \* ipsi calcáneum meum observábunt.

7. Sicut sustinuérunt animam meam, pro níhilo salvos fácies illos : \* in ira pópulos confrínges.

8. Deus vitam meam annuntiávi tibi : \* posuísti lágrimas meas in conspéctu tuo.

9. Sicut et in promissióne tua : \* tunc converténtur inimíci mei retrórsus :

10. In quacúmque die invocávero te : \* ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

11. In Deo laudábo verbum, † in Dómino laudábo sermónem : \* in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

12. In me sunt, Deus, vota tua, \* quae reddam, laudatiónes tibi.

13. Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, † et pedes meos de lapsu : \* ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

14. Réquiem aetérnam.


*Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus Pater noster, cum VV. et Oratione ut ad Vesperas, 1039.*

### Ad Sextam.

*Dicto secreto Pater noster et Ave María, absolute incipitur a Psalmis.*



## Psalmus 69.



vándum me feSTI-na.

2. Confundántur et revereán-  
tur, \* qui quaerunt ánimam  
meam.

3. Avertántur retrórsum, et  
erubéscant, \* qui volunt mihi  
mala.

4. Avertántur statim erube-  
scéntes, \* qui dicunt mihi :  
Euge, euge.

5. Exsúltent et laeténtur in  
te omnes qui quaerunt te, \* et  
dicant semper : Magnificétur  
Dóminus : qui díligunt salutáre  
tuum.

6. Ego vero egénus, et pau-  
per sum : \* Deus, ádiuva me.

7. Adiútor meus, et liberátor  
meus es tu : \* Dómine, ne mo-  
réris.

8. Réquiem aetérnam.

## Psalmus 84.

**B**ENEDIXISTI, Dómine, terram  
tuam : \* avertísti captivi-  
tátem Iacob.

2. Remisísti iniquitátem ple-  
bis tuae : \* operuísti ómnia  
peccáta eórum.

3. Mitigásti omnem iram  
tuam : \* avertísti ab ira indi-  
gnatiónis tuae.

4. Convérte nos, Deus, sal-  
lutáris noster : \* et avérte iram  
tuam a nobis.

5. Numquid in aetérnum ira-  
scéris nobis : \* aut exténdes  
iram tuam a generatióne in ge-  
neratióne?

6. Deus, tu convérsus vivi-  
ficábis nos : \* et plebs tua lae-  
tábitur in te.

7. Osténde nobis, Dómine,  
misericórdiam tuam : \* et salu-  
táre tuum da nobis.

8. Audiam quid loquátur in  
me Dóminus Deus : \* quóniam  
loquétur pacem in plebem suam.

9. Et super sanctos suos : \*  
et in eos, qui convertúntur ad cor.

10. Verúmtamen prope timén-  
tes eum salutáre ipsíus : \* ut  
inhábitet glória in terra nostra.

11. Misericórdia, et véritas  
obviáverunt sibi : \* iustítia, et  
pax osculátae sunt.

12. Véritas de terra orta est : \*  
et iustítia de caelo prospéxit.

13. Etenim Dóminus dabit  
benignitátem : \* et terra nostra  
dabit fructum suum.

14. Iustítia ante eum ambu-  
lábit : \* et ponet in via gressus  
suos.

15. Réquiem aetérnam.

## Psalmus 85.

**I**NCLINA, Dómine, aurem tuam,  
et exáudi me : \* quóniam  
inops, et pauper sum ego.

2. Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : \* salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

3. Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : \* laetífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

4. Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis : \* et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

5. Auribus pércipe, Dómine, oratióne[m] meam : \* et inténde voci deprecatiónis meae.

6. In die tribulatiónis meae clamávi ad te : \* quia exaudísti me.

7. Non est símilis tui in diis, Dómine : \* et non est secúndum ópera tua.

8. Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine : \* et glorificábunt nomen tuum.

9. Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabilia : \* tu es Deus solus.


10. Deduc me, Dómine, in

*Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus Pater noster. cum ¶¶. et Oratione ut ad Vesperas, 1039).*


### Ad Nonam.

*Dicto secreto Pater noster et Ave María, absolute incipitur a Psalmis.*

### Psalmus 101. I.



DÓMINE, exáudi o-ra-ti-ónem ME-am : \* et clamor me- us ad



te VE-ni- at.

vía tua, † et ingrédia[r] in veritáte tua : \* laetétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

11. Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, \* et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

12. Quia misericórdia tua magna est super me : \* et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

13. Deus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam meam : \* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

14. Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, \* pátiens, et multae misericórdiae et verax :

15. Réspice in me, et miserére mei, \* da impérium tuum púero tuo : et salvum fac fílium ancillae tuae.

16. Fac mecum signum in bonum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : \* quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es me.

17. Réquiem aetérnam.

2. Non avértas fáciem tuam a me : \* in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

3. In quacúmque die invocávero te : \* velóciter exáudi me.

4. Quia defecérunt sicut fumus dies mei : \* et ossa mea sicut crémium aruerunt.

5. Percússus sum ut foenum, et áruit cor meum : \* quia oblítus sum comédere panem meum.

6. A voce gémitus mei \* adhaésit os meum carni meae.

7. Símilis factus sum pellícáno solitúdinis : \* factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

8. Vígilávi, \* et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

9. Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : \* et qui laudábant me, advérsus me iurábant.

10. Quia cínerem tamquam panem manducábam, \* et potum meum cum fletu miscébam.

11. A fácie irae et indignatiónis tuae : \* quia élevans allisísti me.

12. Dies mei sicut umbra declinavérunt : \* et ego sicut foenum áruí.

13. Tu autem, Dómine, in aetérnum pérmanes : \* et memoriále tuum in generatióem et generatióem.

14. Réquiem aetérnam.

#### Psalmus 101. II.

**T**U exsúrgens miseréberis Sion : \* quia tempus miseréndi eius, quia venit tempus.

2. Quóniam placuérunt servis tuis lápides eius : \* et terrae eius miserébuntur.

3. Et timébunt Gentes no-

men tuum, Dómine, \* et omnes reges terrae glóriam tuam.

4. Quia aedificávit Dóminus Sion : \* et vidébitur in glória sua.

5. Respéxit in oratióem humílium : \* et non sprevit precem eórum.

6. Scribántur haec in generatióne áltera : \* et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

7. Quia prospéxit de excélsó sancto suo : \* Dóminus de caelo in terram aspéxit :

8. Ut audíret gémitus compeditórum : \* ut sólveret filios interemptórum :

9. Ut annúntient in Sion nomen Dómini : \* et laudem eius in Ierúsalem.

10. In conveniéndó pópulos in unum, \* et reges ut sérviant Dómino.

11. Réquiem aetérnam.

#### Psalmus 101. III.

**R**ESPÓNDIT ei in vía virtútis suae : \* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

2. Ne révoces me in dimídio diérum meórum : \* in generatióem et generatióem anni tui.

3. Inítio tu, Dómine, terram fundásti : \* et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

4. Ipsi períbunt, tu autem permánes : \* et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

5. Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

6. Filii servórum tuórum habitábunt : \* et semen eórum in saéculum dirigétur.

7. Réquiem aetérnam.

*Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus Pater noster. cum V̄V̄. et Oratione ut ad Vesperas, 1039.*

¶ *Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Officium Com. Omnium Fidelium Defunctorum, et Vesperae dicuntur de sequenti Officio, cum Com. Octavae Omnium Sanctorum.*

---

### 3. B. Raynerii, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex. (m. t. v.)*

*In I. Vesperis : Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

**Oratio.**

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui beátum Raynérium Confessórem tuum per árduas humilitátis, paupertátis, obediéntiae et paciéntiae sémitas in tui imitatióne mirábillem effecísti : † eius nobis intercessióne et exémplo concéde; \* ut secúndum te vívere valeámus : Qui vivis.

*Com. Octavae Omnium Sanctorum : Ant. Angeli. V̄. Laetámini. 1030.*

*Vesperae de seq.; Com. praeced., Octavae Omnium Sanctorum et Ss. Vitalis et Agricolae, Mm.*

---

### 4. S. Caroli Borromaei, Card. Protect. Ord. Min., Ep. et Conf. 3. Ord.

*Duplex maius.*

*Ant. Sacérdos. V̄. Amávit. [43].*

**Oratio.**

**E**CCLÉSIAM tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis continúa protectióne custódi : † ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; \* ita nos eius intercessio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

*Com. B. Raynerii : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69]; deinde Com. Octavae : Ant. O quam gloriósum. V̄. Exsultábunt. 1033.*

¶ *Si vero die 3. Novemb. celebrata fuerit Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, pro Com. Oct. sumuntur Antiphona Angeli. et V̄. Laetámini, 1030. de I. Vesp. Et tunc pro Com. Ss. Mart. dicitur V̄. Exsultábunt.*

*Postea Com. Ss. Vitalis et Agricolae, Martyrum : Ant. Istórum. V̄. Laetámini. [32].*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui sanctorum Martyrum tuorum Vitalis et Agricolae sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuvemur. Per Dominum.

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et Octavae Omnium Sanctorum.*

## 5. Sacrarum Reliquiarum

quae in Ecclesiis Seraph. Ord. asservantur.

*Duplex maius.*

*Antiphonae et Psalmi de Feria; reliqua de Communi plurium Martyrum, [30]. Ant. Istorum. V. Laetamini. [32].*

## Oratio.

**A**UGE in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum Reliquiis mirabilia operaris : † et fac nos immortalis gloriae participes, \* cuius in eorum cineribus pigora veneramur. Per Dominum.

*Com. S. Caroli : Ant. Amavit. V. Iustum. [48].*

*Deinde Com. Octavae : Ant. O quam gloriosum. V. Exsultabunt. 1033.*

*In II. Vesperis : Ant. Gaudet. V. Exsultabunt. [38]; Com. seq. et Octavae.*

## 6. B. Margaritae a Lotharingia, Vid. 2. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Simile est. V. Specie. [97].*

## Oratio.

**A**UCTOR virtutum omnium, Deus, qui beatam Margaritam famulam tuam eximiam in omni vitae statu meritis illustrare dignatus es : † ipsius nobis intercessione concede ; \* ut in vocatione qua vocati sumus fideliter ambulamus, et lucis exempla iugiter ostendamus. Per Dominum.

*Deinde Com. Octavae : Ant. O quam gloriosum. 1033. V. Laetamini.*

*Vesperae a Capit. de seq.; Com. praeced. et Octavae.*

## 7. B. Helenae Enselminae, Virg. 2. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Veni Sponsa I. V. Specie. [82].*

## Oratio.

**D**EUS, recte valéntium et aegrotántium salus, qui beátam Hélenam Vírginem tuam mira in morbis fortitúdine, morúm-que innocéntia decorásti : † eius nobis intercessióne concéde ; ut aegritúdes et advérsa patiénter tolerántes ; \* mortális vitæ emendatióne et aetérnae salútem consequámur. Per Dóminum.

*Com. B. Margaritæ : Ant. Manum suam. V. Diffúsa. [99].*

*Deinde Com. Octavæ : Ant. O quam gloriósum. V. Exsultábunt. 1033.*

*Vesperæ de seq. ; Com. præcedentis et Ss. Quatuor Coronatorum, Mm.*

## 8. Octava Omnium Sanctorum.

*Duplex maius.*

*Antiphonæ et Psalmi de Feria ; reliqua de Festo, 1029.*

*In I. Vesp. Com. B. Helenæ : Ant. Veni Sponsa II. V. Diffúsa. [86].*

*Deinde Com. Ss. Martyrum Quatuor Coronatorum : Ant. Istórum. V. Exsultábunt. [32].*

## Oratio.

**P**RÆSTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui gloriósos Mártýres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

*Vesperæ de seq. ; Com. præcedentis.*

Die 9. Novembris.

IN DEDICATIONE ARCHIBASILICAE  
SS. Salvatoris.

*Duplex II. classis.*

*Omnia de Communi Dedicatiónis Ecclesiæ, [110].*

*Com. diei Octavæ Omnium Sanctorum : Ant. O quam gloriósum. V. Exsultábunt. 1033.*

*Ad Laudes fit Com. S. Theodori, Martyris : Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beáti Theodóri Mártýris tui confessióne gloriósa circúmdas et prótegis : \* præsta nobis ex eius imitatióne proficere, et oratióne fulciri. Per Dóminum.

*In Vesp. Com. sequentis.*

## 10. S. Andreae Avellini, Confessoris.

*Duplex.**Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui in corde beáti Andréae, Confessóris tui, per árduum quotidie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti : † concéde nobis, ipsius méritis et intercessióne, ita eiúsdem grátiae participes fieri ; \* ut perfectióra semper exsequétes, ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum.

*Ad Laudes fit Com. Ss. Tryphonis, Respicii et Nymphae : Ant. Vestri capilli. V̄. Exsultábunt. [34].*

Oratio.

**F**AC nos, quaésumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Tryphónis, Respicii et Nymphae semper festa sectári : \* quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

*Vesp. a Capit. de seq. ; Com. praeced., et S. Mennae, Martyris.*

## 11. S. Martini Episcopi, Confessoris.

*Duplex.*

## IN I. VESPERIS.

¶ *Si I. Vesperae sint integrae, Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis, 1061; sed loco ultimi Psalmi dicitur Ps. 116. Laudate Dóminum. 489. Capitulum et Hymnus de Communi unius Confessoris Pontificis, [41].*

*V̄. Amávit.*

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

**O** be-á-tum vi-rum! \* cu-ius á-ni- ma pa-ra-dí-sum

póssi-det : unde exsúltant Ange-li, laetántur Archán-ge-



li : cho- rus Sanctó-rum proclámat, turba Virgínium inví-  
tat : Mane no-bís-cum in ae-térnum. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : †  
concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessorís  
tui atque Pontíficis, \* contra ómnia advérsa muniámur. Per  
Dóminum.

*Com. S. Andreae : Ant. Hic vir. √. Iustum. [69].*

*Deinde Com. S. Mennae, Mart. : Ant. Iste Sanctus. √. Glória. [13].*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui beáti Mennae  
Mártiris tui natalítia cólimus, intercessióne eius in tui nóminis  
amóre roborémur. Per Dóminum.

*Pro Com. ad Laudes : Ant. O beátum. ut in I. Vesp., 1060, √. Iustum.  
deinde Com. S. Mennae : Ant. Qui odit. √. Iustus. [15].*

## IN II. VESPERIS.

## I. Ant.


7. a




**D**IXÉRUNT discí-pu-li \* ad be- á-tum Martínum :  
Cur nos, pa-ter, dé-se-ris? aut cu- i nos de- so- lá- tos re- lín-  
quis? In- vá- dent e- nim gregem tu- um lu- pi rapá- ces.

E u o u a e. *Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*




2. Ant.  
7. c


**D** Ó- MINE, \* si adhuc pópulo tu-o sum ne-ces-




sá-ri- us, non re-cú-so labó-rem : fi- at vo-lúntas tu- a.




E u o u a e.

*Ps. 110. Confitébor. 483.*

3. Ant.  
8. G


**O** vi-rum in-ef-fá-bi-lem! \* nec la-bó-re victum, nec




morte vincéndum : qui nec mo-ri tímu- it, nec víve-re re-




cu-sá- vit. E u o u a e.


*Ps. 111. Beátus vir. 484.*

4. Ant.  
7. a


**O** -CU-LIS ac má-nibus \* in caelum semper inténtus,



invíctum ab o-ra-ti- ó- ne spí-ri-tum non re-la-xá- bat, al-




le-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.


*Ps. 112.* Laudáte púeri. 485.

5. Ant.  
8. G

**M**ARTÍNUS \* Abrahæ sinu laetus excí-pi-tur : Martí-



nus, hic pauper et mó-di-cus, cae-lum dives ingréd-i-tur :



hymnis caelésti-bus hono-rá-tur. E u o u a e.

*In I. Vesp. Ps. 116.* Laudáte Dóminum. 489; *in II. Vesp. Ps. 131.* Me-ménto. 494.


*Capitulum et Hymnus de Communi*, [41].

∇. Iustum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

1. D


**O** be-á-tum. Pontí-fi-cem! \* qui to-tis viscé-ri-bus




di-li-gé-bat Christum Re-gem, et non formi-dábat impé-



ri-í princi-pá-tum : o sanctíssima á-nima! quam etsi glá-



di-us perse-cu-tó-ris non ábstu-lit, palmam tamen martý-



ri- i non a-mí- sit. E u o u a e.

*Com. seq. ac S. Martini I, Papae et Martyris.*

## 12. Bb. Gabrielis Ferretti et Ioannis a Pace,

Cc. 1. et 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

**Oratio.**

**D**EUS, qui nos beatórum Gabriélis et Ioánnis Confessórum tuórum méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Deinde Com. S. Martini I, Papae et Mart. : Ant. Iste Sanctus. V. Glória. [13].*

**Oratio.**

**D**EUS, qui nos beáti Martíni Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas : \* concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Vesperae de seq.; Com. praeced. et S. Martini I.*

## 13. S. Didaci, Conf. 1. Ord.


*Duplex maius.*

**Capitulum.**


*I. Cor. 1. 26-27.*

**F**RATRES: Vidéte vocatióem vestram, † quia non multi sapiéntes secúndum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles; \* sed quae stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes.


**Hymnus.**




**F** ALLÁ-CIS un-das saé-cu-li Mundí-que fu-git ré-  
2. De-sérta dum pe-tit lo-ca Corpúsque ca-stí-gat




1. ti- a, Du-cén-te Chri-sti spí-ri-tu, Pri-mis ab annis Dí-  
2. su- um, Perfúndit il-lum lárgi- us Cae-lé- stis imber grá-



1. dacus. 3. Sub- lí-me mox scan- dit iu-gum Fran-císci i- ter  
2. ti- ae. 4. Immúnda quid- quid áppe- tit, Mi- rá- tur et  
5. \*Ie- su, ti- bi sit gló- ri- a, Qui ma- gna so-




3. per ár-du- um, Et san-cta per ve- stí- gi- a Seque ár-  
4. quid- quid ca- ro, Cal- cat, re- línquit, négli- git, Lu- cré-  
5. lus éf- fi- cis, Cum Patrē et al- mo Spí-ri- tu, Per sae-




3. cti- us li- gat De- o.  
4. tur ut Chri- stum si- bi.  
5. cu- ló- rum saé- cu- la. A- men.

∇. Amávit.

### Ad Magnificat, Antiphona.




**T** ANTO be- á- tus Dí- dacus \* erga Chri- sti páupe- res




a- mó- re flagrá- bat; ut cum il- ló- rum ca- lami- tá- tes pro

\* Haec Conclusio numquam mutatur.



vo-to sublevá- re non posset, vim lacrimá- rum pro-fúndens



verbis e- os dul-cís- simis so-la-ré- tur. E u o u a e.

### Oratio.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infirma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius humilitáti nostrae; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui préci- bus, \* ad perénnem in caelis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. A saéculo. V. Iusti. [78].*


*Deinde Com. S. Martini : Ant. Qui vult. V. Iustus. [17].*

## AD LAUDES.

*Capitulum. Fratres : Vidéte. ut in I. Vesperis, 1064.*


### Hymnus.

5.




**M**

UNDI Redémptor óptime, Qui morte mor-tem dé-



stru- is, Tu- am Crucem sanctíssimam Omnes ad astra tól-



limus.

2. Diléxit illam Dídacus  
Amóre dulci saúcius,  
Illámque post te fórtiter  
Consors triúmphi sústulit.

3. Carnem rebéllem cóprimens,  
Escam malórum péssimam,  
Sensúsque confíxit, tuae  
Tecum ipse confixus Cruci.

4. Tandem ad beáta praemia  
Athléta fortis évolans,  
Suávi sopóre sólvitur  
Carae Crucis compléxibus.

\* 5. Te, Christe clementíssime,  
Véniam precámur súpplices,  
Tu pro tuis fidélibus  
Audi precántem Dídacum.

Amen.

V. Iustum.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. D

**B**

E-ÁTUS Dí-dacus, \* dum tempus su-ae re-so-lu-ti-ó-

nis instá-ret, crucem amplé-xus et oscu-lá-tus, atque ócu-

lis in vi-tá-le lignum de-fí-xis, et ver-ba illa ma-

gno afféctu pro-núnti-ans: Dulce lignum, dulces clavos,

dúlci-a fe-rens pón-de-ra, quae so-la fu-ísti digna portá-

re Regem caeló-rum et Dó-minum; sanctam De-o

ánimam réddi-dit. E u o u a e.

\* Haec Conclusio numquam mutatur.

Ad Tertiam. *Capitulum*. Fratres : Vidéte. *ut in I. Vesperis*, 1064.  
*R̄. br.* Amávit. *de Communi*, [66].

*Capitulum*.

Ad Sextam.

*I. Cor. 1, 31.*

**E**x ipso autem vos estis in Christo Iesu, † qui factus est nobis sapiéntia a Deo, et iustítia, et sanctificátio, et redémptio, \* ut quemádmodum scriptum est : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur.

*R̄. br.* Os iusti. *de Communi*, [67].

*Capitulum*.

Ad Nonam.

*I. Cor. 2, 2.*

**N**on enim iudicávi me scire áliquid inter vos, \* nisi Iesum Christum, et hunc crucifíxum.

*R̄. br.* Lex Dei. *de Communi*, [68].

## IN II. VESPERIS.

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis*, 1064.

∩. Iustum.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



**A**d be-á-ti Dí-da-ci corpus \* surdi áu-di-unt, mu-ti  
 loquúntur, pa-ra-lý-ti-ci sanántur, ab obséssis corpó-ri-  
 bus daémones expellúntur, aegró-ti ad vi-tam ab i-psy  
 mortis lími-ne re-vo-cántur. E u o u a e.

*Com. sequentis.*

## 14. S. Iosaphat Episcopi, Martyris.

*Duplex.**Ant.* Iste Sanctus. *Ÿ.* Glória. [13].

Oratio.

**E**XCITA, quaesumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Iósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : † ut eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, \* ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus.

*Vesp. a Capit. de seq., Com. praecedentis.*

## 15. S. Gertrudis, Virginis.

*Duplex.**Ant.* Veni Sponsa I. *Ÿ.* Spécie. [82].

Oratio.

**D**EUS, qui in corde beátae Gertrúdis Vírginis iucúndam tibi mansiónem praeparásti : † ipsius méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménte absterge, \* et eiúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum.

*Com. S. Iosaphat : Ant.* Qui vult. *Ÿ.* Iustus. [17].*Vesperae de seq.; Com. praecedentis.*

## 16. S. Agnetis Assisiensis, Virg. 2. Ord.

*Duplex maius.*

## IN I. VESPERIS.


Capitulum.

2. Cor. 10, 17-18.

**F**RATRES : Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est; \* sed quem Deus comméndat.


Hymnus.

1.



**A**GNES, no- bí- li- um gló- ri- a Vírginum, Quae nunc  
2. Quantis haec pá- te- at vi- ta per- í- cu- lis No- scens,







1. in súpé-ris ínclý-ta sé-di-bus Regnas, en mé-ri-  
2. quamque hóminum cor-da pot-énti-bus Mundus blan-dí-ti-



1. tae nos ti-bi pándi-mus Laetis gáu-di-a cán-ti-cis. 3. Te  
2. is átra-hat, éxpe-tis Prudens ómni-a línque-re. 4. Te,



3. ger-má-na prae-it Cla-ra, fa-cem ge-rens, Va-násque il-  
4. mente intré-pi-dam, non fe-ra vér-be-ra, Non vis, non




3. lé-cebras spérne-re saécu-li Haud igná-ra do-cet; tu  
4. quá-ti-unt dí-cta mi-ná-ci-a; Sed, Cla-rae pré-ci-bus, fir-




3. pá-tri-os la-res, Fa-stum, cómmoda dé-se-ris. 5. Immá-  
4. ma lo-co ma-nes, Sancti pro-pó-si-ti te-nax. 6. In-dú-  
7. Tu qui



5. ni rá-bi-e cónci-tus ím-pe-tit Te ferro pátru-  
6. ta hinc rí-gi-dis vé-sti-bus, ú-ni-ce Ut Christo plá-ce-  
7. cun-cta re-gis, mi-tis ad-es, De-us : A-gné-tis mé-ri-



5. us; déx-te-ra sed mi-nax Extémpló rí-gu-it; cumque  
6. as, pró-tinus Or-di-nem Francísci ingréd-e-ris, quae-  
7. tis cár-pe-re nos i-ter Virtú-tis trí-bu-as, de-tur




5. su- a fu-gam Turba tēr-ri-tus ár-ri- pit.  
 6. et ár-du- am Vi-tae cūr-re-re sé-mi- tam.  
 7. ut ómni- bus Cae-li praémi- a cónse-qui. A-men.

℣. Mihi autem adhaerere Deo bonum est.

℞. Pónere in Dómino Deo spem meam.

### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G  
**R** E-LIQUISTI \* pa-réntes tu- os: ple-nam mercédem re-



cí-pi- as a Dómi-no De- o Isra- el, ad quem ve-ní-sti, et



sub cu-ius confu-gísti a- las. E u o u a e.

### Oratio.

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui beátam Agnétam multis virgínibus evangélicae perfectiónis exéplum et ducem praeposuísti: † da quaésumus; ut spíritus ille seráphicus, quem sapiénter dócuit ac sanctitátis exéplis mirífice confirmávit, \* purus in nobis iúgiter perseveret: Qui vivis.

*Com. S. Gertrudis: Ant. Veni Sponsa II. ℣. Diffusa. [86].*

### AD LAUDES.


*Capitulum et Hymnus ut in II. Vesperis, 1072.*

℣. Ego dilécto meo. ℞. Et ad me conversio eius.

### Ad Benedictus, Antiphona.

4. E  
**D** I-LÉCTUS me- us mi-hi, \* et ego il-li, qui pá-





sci-tur inter lí-li-a : invé-ni quem dí-li-git á-ni-ma me-a,




té-nu-i e-um, nec dimíttam. E u o u a e.

## IN II. VESPERIS.

*Capitulum. Fratres. ut in I. Vesperis, 1069.*


Hymnus.

8.



O


vir-go de pru-dén-ti-bus, Cla-rae so-ró-ris  
2. Fervens te ad-ú-rit cá-ri-tas; Et mens, do-ló-ri



1. aému-la, Sponso tu-o fis óbvi-a Ge-rens cor-ú-  
2. cé-de-re Ma-lís-que cunctis né-sci-a, Fit su-sti-nén-




1. scam lámpadem. 3. Dum membra ve-stis dú-ri-or Bre-  
2. do fór-ti-or. 4. Sed qua-lis o iu-cúndi-tas Pu-




3. vísque somnus é-domat, Ti-bi dat unda pó-cu-lum  
4. díco in o-re cér-ni-tur! Quae mí-ra cor-di gáudi-a




3. Ci-búm-que pa-nis súf-fi-cit. 5. Mens astra scandit lí-be-  
4. Largí-tur absti-nén-ti-a! 6. Hinc, e-ius ardens ánxí-




5. re I- mámq̄ue terram dē-spi-cit; f̄erme ac re-lí-ctis  
6. a A- mó- re, Ie-sum cónspi-cis, Qui te, p̄u-élli i-



5. ártubus Caelo po-tí-tur spí-ri-tus. 7. Tandem be-á-  
6. má-gi-ne Su-ávi amántem ré-cre-at. 8. Tu iam supér-  
9. Sit in-cre-á-



7. ta cónvo-las, A-gnes, ad A-gni nú-pti-as, No- vúm-  
8. nam p̄s-si-dens Se- dem, cli-én-tes á-spi-ce; Tu- tám-  
9. to dē- bi-tum De- cus Pa-rénti et Fí- li-o, Cum Spí-




7. que can-tas cánti-cum Cho- ro re-cépta Vír-ginum.  
8. que nos per sēmi-tam Duc ad supérna praēmi- a.  
9. ri- tu Pa- rácli-to, In sae- cu- ló- rum saē- cu- la. A- men.

∇. Anima mea liquefacta est.


Ɱ. Ut locutus est Diléctus.

### Ad Magnificat, Antiphona.



V

E-NI de Lí-bano, \* Sponsa me- a: ve-ni de Lí-ba-



no, ve-ni, co-roná-be-ris! E u o u a e.

*Com. seq. et S. Gregorii Thaumaturgi, Episc. et Confessoris.*

## 17. Bb. Salomeae et Ioannae a Signa,

Vv. 2. et 3. Ord.

*Semiduplex.**Ant.* Ego Dóminus. *Ÿ.* Deus meus. [89].

Oratio.

**F**IDÉLES tuos, quaésumus, Dómine, intercedéntibus beáteis Virgínibus Salómea et Ioáanna, ita córpore et mente purífica : † ut a nóxiis delectatió nibus elongéntur, \* ac tua iúgiter suavitate pascántur. Per Dóminum.

*Deinde Com. S. Gregorii Thaumaturgi, Ep. et Conf. : Ant.* Sacerdos. *Ÿ.* Amávit. [43].

Oratio.

**D**A, quaésumus ómnípotens Deus : † ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontificis veneránda solémnitas, \* et devotió nem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

*Vesperae de seq. ; Com. praeced. et S. Gregorii.*

## 18. In Dedicatione Basilicarum

Ss. Petri et Pauli Apostolorum.

*Duplex maius.*

*Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae, [110].*

*Com. praeced. : Ant.* Casta generatio. *Ÿ.* Virgines. [93]; *deinde Com. S. Gregorii : Ant.* Amávit. *Ÿ.* Iustum. [48].

*Vesperae de seq. ; Com. praecedentis.*

## 19. S. ELISABETH HUNGARIAE,

Viduae 3. Ord.

*Duplex II. Classis.*

*Omnia de Communi unius non Virginis, [94].*

In I. Vesperis.

*Ÿ.* Ora pro nobis, beáta Elisabeth.

*R.* Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

*Ant.* Símile est. [97].

## Oratio.

**T**UÓRUM corda fidélium, Deus miserátor, illústra : † et beátae Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspéra mundi despíccere; \* et caelésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

## Ad Laudes.

Ÿ. Ora pro nobis.

*Ant.* Date ei. [98].

*Com.* S. Pontiani, *Pap. et Mart.* : *Ant.* Qui odit. Ÿ. Iustus. [15].

## Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnipotens Deus : \* et quia pondus própriae actiÓnis gravat, beáti Pontiani Mártiris tui atque Pontíficis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

## In II. Vesperis.

Ÿ. Ora pro nobis.

*Ant.* Manum suam. [99].

*Com. sequentis.*

---

¶ *Apud 3. Ordinem.*

Eadem die 19. Novembris.

## S. Elisabeth Hungariae, Vid. 3. Ord. Patronae Principalis.

*Duplex I. classis cum Octava communi.*

*Omnia ut supra; sed in I. Vesp. non fit Com. praeced.; neque S. Pontiani ad Laudes.*

*Infra Octavam fit Com. eius ad Laudes et in Vesperis ante Com. Simplicis.*

---

## 20. S. Felicis de Valois, Confessoris.

*Duplex. (m. t. v.)*

*Ant.* Similábo. Ÿ. Amávit. [64].

## Oratio.

**D**EUS, qui beátum Felicem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos caélitus vocáre dignátus es : † praesta, quaésumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte, eius intercessióne liberáti, \* ad caeléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

*Vesp. de seq.; Com. praecedentis.*

## 21. In Praesentatione B. Mariae Virginis.

*Duplex maius.*

*Omnia ut in Festis B. M. V., [119], praeter ea quae sequuntur :*

∇. Dignáre me.

In utrisque Vesperis, ad Magnificat Antiphona.

8. G



**B**E-ÁTA De- i Gé-ni-trix Ma-rí-a, \* Vir-go perpé-  
tu-a, templum Dómi-ni, sacrá-ri-um Spí-ri-tus Sancti :  
so-la si-ne exémplo placu-í-sti Dómi-no Ie-su  
Christo, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui beátam Mariám semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo praesentári voluísti : † praesta, quaésumus; ut eius intercessióne, \* in templo glóriæ tuæ praesentári mereámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum... in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus.

*Com. S. Felicis de Valois : Ant. Hic vir. ∇. Iustum. [69].*

*In II. Vesperis, Com. sequentis.*

## 22. S. Caeciliae Virginis, Martyris.

*Duplex.*

## IN I. VESPERIS.

¶ *Si I. Vesperae sint integrae, Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis; Capitulum, Hymnus et V. de Communi unius Virginis, [81].*

## Ad Magnificat, Antiphona.

V. Spécie.

4. E



**E** ST secré-tum, \* Va-le-ri-á-ne, quod ti-bi vo-lo  
dí-ce-re : Ange-lum De-i há-be-o ama-tó-rem, qui  
ní-mi-o ze-lo custó-dit corpus me-um. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua beátae Caecíliae Vírginis et Mártiris tuae solemnitáte lactíficas : † da, ut quam venerámur officio, \* étiam piae conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.  
I. g



**D**UM auró-ra \* fi-nem da-ret, Caecí-li-a exclamá-  
vit di-cens : E-ia! mí-li-tes Christi, abí-ci-te ópe-ra



te-nebrá-rum, et indu-í-mi-ni arma lu-cis.

E u o u a e.

V. Diffúsa.

## IN II. VESPERIS.

1. Ant.

1. g

**C** ANTÁNTIBUS órga-nis, \* Cae-cí-li-a Dómino de-  
cantábat di-cens: Fi-at cor me-um imma-cu-lá-tum, ut non

confúndar. E u o u a e.

*Ps. 109.* Dixit Dóminus. 482.

2. Ant.

7. a

**V** ALE-RI-Á-NUS \* in cu-bí-cu-lo Caecí-li-am cum


Ange-lo o-rántem invé-nit. E u o u a e.

*Ps. 112.* Laudáte púeri. 485.

3. Ant.


3. a 2

**C** AECÍ-LI-A, \* fámu-la tu-a, Dó-mi-ne, qua-si a-pis




ti-bi argumentó-sa de-sérvit. E u o u a e.


*Ps. 127. Laetátus sum. 489.*



**B**ENE-DÍCO te, \* Pa-ter Dómi-ni me- i Ie-su Christi :




qui- a per Fí-li- um tu- um ignis exstínctus est a lá-te-re



me- o. E u o u a e.

*Ps. 126. Nisi Dóminus. 490.*



**T**RIDU- ÁNAS \* a Dómi-no popósci indú-ci- as, ut do-



num me- am ecclé-si- am consecrá- rem. E u o u a e.

*Ps. 147. Lauda Ierúsalem. 491.*

*A Capitulo de sequenti; Com. praeced., et S. Felicitatis, Martyris.*

## 23. S. Clementis I. Papae, Martyris.

*Duplex.*

### IN I. VESPERIS.

¶ *Si I. Vesperae sint integrae, Antiphonae et Psalmi ut in II. Vesperis, 1081; sed loco ultimi Psalmi dicitur Ps. 116. Laudáte Dóminum. 489.*


*Capitulum, Hymnus et ¶. de Communi unius Martyris, [12].*

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

O

-RÉMUS omnes \* ad Dóminum Ie-sum Christum, ut



confessó-ri-bus su- is fontis venam apé-ri- at. E u o u a e.

## Oratio.


**D**EUS, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártiris tui atque Pontí-  
ficis solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut cuius  
natalítia cólimus, \* virtútem quoque passiónis imitémur. Per  
Dóminum.

## Pro Commemoratione S. Caeciliae, Antiphona.


2. D

V


IRGO glo-ri- ó-sa \* semper Evangé-li- um Chri-



sti ge-ré-bat in pécto-re su- o, et non di- é- bus ne-



que nó-cti-bus, a collóqui- is di-ví-nis et o-ra-ti- ó-ne ces-



sá-bat. E u o u a e.

∇. Diffúsa.

*Deinde Com. S. Felicitatis, Mart. : Ant. Simile est. ∇. Spécie. [97].*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus : \* ut beatae Felicitatis  
Martyris tuae sollemnia recensentes, meritis ipsius protegá-  
mur et precibus. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione S. Clementis, ad Laudes.

I. f

**C**

UM i-ter ad ma-re ce-písset, \* pópu- lus vo-ce ma-

gna cla-mábat : Dómi- ne Ie-su Chri- ste, salva illum : et

Clemens cum lácrimis di-cé- bat : Sús-ci-pe Pa- ter spí-ri-tum

me- um. E u o u a e.

∇. Iustus.

*Com. S. Felicitatis : Ant. Date ei. ∇. Diffusa. [98].**¶ Apud 3. Ord. pro Com. S. Felicitatis : Ant. Simile est. ∇. Diffusa. [97].*

## IN II. VESPERIS.

I. Ant.

7. b

**O**


-RÁN-TE \* sancto Clemén- te, appá-ru- it e- i

Agnus De- i. . E u o u a e.


*Ps. 109. Dixit Dóminus. 482.*

## 2. Ant.

7. c

**N**

ON me- is mé-ri- tis \* ad vos me mi-sit Dóminus,




vestris co-ró-nis partí-cipem me fi-e-ri. E u o u a e.


*Ps. 110. Confitébor. 483.*

## 3. Ant.

7. c

**V**

I-DI supra montem \* Agnum stantem, de sub cu-ius




pe-de fons vivus emá-nat. E u o u a e.


*Ps. 111. Beátus vir. 484.*

## 4. Ant.

7. c

**D**

E sub cu-ius pe-de \* fons vivus emánat : flúmi-nis




ím-pe-tus laetí-fi-cat ci-vi-tá-tem De- i. E u o u a e.

*Ps. 112. Laudáte púeri. 485.*

## 5. Ant.

8. c

**O**

MNES gen- tes \* per gy-rum cre-di-dé-runt Christo DÓ-



mi-no. E u o u a e.

*In I. Vesp. Ps. 116. Laudáte Dóminum. 489; in II. Vesp. Ps. 115. Cré-didi. 488.**A Capitulo de seq.; Com. praeced., et S. Chrysogoni, Martyris.*

## 24. S. Ioannis a Cruce, Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)**Ant. O Doctor... beáte Ioánnes. V̄. Amávit. [58].***Oratio.**

**D**EUS, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum atque Doctórem perfectæ sui abnegatiónis et Crucis amatórem eximium effecisti : † concéde; ut eius imitatióni iúgiter inhaeréntes, \* glóriam assequámur aetérnam. Per Dóminum.

**Pro Commemoratione S. Clementis, Antiphona.**

I. f

**D**EDISTI, Dómi-ne, ha-bi-tá-cu-lum \* Márty-ri tu-o Cle-  
ménti in ma-ri, in modum templi marmó-re-i, angé-  
li-cis má-ni-bus praepa-rátum : i-ter praebens pó-pu-lo ter-  
rae, ut enár-rent mi-ra-bí-li-a tu-a. E u o u a e.

V̄. Iustus.

*Deinde Com. S. Chrysogoni, Mart. : Ant. Iste Sanctus. V̄. Glória. [13].***Oratio.**

**A**DÉSTO Dómine supplicatióibus nostris : \* ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

*Vesperae a Capit. de seq. ; Com. praecedentis.*

## 25. S. Catharinae, Virginis et Martyris. .

*Duplex.**Ant. Veni Sponsa I. V. Spécie. [82].*

Oratio.

**D**EUS, qui dedisti Legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátae Catharinae Virgínis et Mártiris tuae mirabíliter collocásti : † praesta, quaesumus; ut eius méritis et intercessióne, \* ad montem qui Christus est, pervenire valeámus. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

*Com. S. Ioannis : Ant. O Doctor... beáte Ioánnes. V. Iustum. [58].**Vesperae de seq.; Com. praeced., S. Silvestri, Abb. ac S. Petri Alexandrini, Episc. et Mart.*¶ *Apud 3. Ordinem.**Vesperae de sequenti die Octava, Com. praeced., S. Leonardi a Portu-Mauritio, S. Silvestri et S. Petri Alexandrini, ut infra, 1090.*

## 26. S. Leonardi a Portu-Mauritio, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.*

## IN I. VESPERIS.

Capitulum.

*I. Thess. 2, 1-2.*


**F**RATRES : Ipsi scitis intróitum nostrum ad vos, quia non inánis fuit : † sed fidúciam habúimus in Deo nostro \* loqui ad vos Evangélium Dei in multa sollicitúdi-ne.

Hymnus.


8.

**D**


UM tu- as, festo red-e-ún-te. laudes Pérs- nat  
2. Quip- pe te pri-mo pí-e-tas ab aevo Fo-vit ad-




1. plaudens, Le- o-nár- de, templum, Tu. Be- a- tó- rum mé-ri-  
2. spí- rans, a- nimúmque re- xit; Ar- dor ingés- sit súpe-




1. tus co-rónam, Mi-tis ad-é- sto. 3. Nil ni-si purum  
2. ram tenél-lo Pé-cto-re flammam. 4. Hic De-o vi-vens,




3. ti-bi ri-det ultra, Nil ni-si sanctum cu-pis aemu-lá-ri;  
4. má-ci-e, fla-gél-lis Corpus in-fór-mas Cru-cis ad palaéstram;




3. Cun-cta vi-léscunt:vó-li-tas e-ré-mi Lae-tus ad umbram.  
4. Ac pre-ces ve-ri stú-di-o remíscens, Ten-dis in a-stra.



5. Sae-pe tu no-strum fá-ci-nus pi-ánti Cóndo-les Chri-  
6. Quam pi-o supplex co-lis usque ri-tu, Alma se mon-  
7. Vo-ce concór-di po-lus atque terra Cán-ti-cum sol-



5. sto, lácri-mas et in-ter Grá-ti-ae vi-vam lá-te-  
6. strat ti-bi Virgo ma-trem; Membra si languent, pro-cul  
7. vant Trí-a-di per-énne, Men-te quae to-tum sa-pi-



5. re ex a-pér-to E-li-cis undam.  
6. ar-cet a-cres Pró-vida morbos.  
7. én-ter aequa Tém-pe-rat orbem. A-men.

∇. Deprecábitur Deum, et placábilis ei erit.

R̄. Et vidébit faciem eius in iúbilo.



## Ad Magnificat, Antiphona.

i. D

**Q**UA-SI sol illú-mi-nans \* per ómni- a respé-xit, et

gló-ri- a Dómi-ni ple- num fu- it mi-ni-sté-ri- um e- ius.

E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui in obstinátis peccatórum córdibus ad poeniténtiam flecténdis beátum Leonárdum Confessórem tuum ópere ac sermóne poténtem effecísti : † da quaésumus ; ut per eius preces et mérita \* e córdibus nostris contritiónis lácrimas elícere valeámus. Per Dóminum.

*Com. S. Catharinae : Ant. Veni Sponsa II. ∇. Diffúsa. [86].*

*Deinde Com. S. Silvestri, Abb. : Ant. Similábo. ∇. Amávit. [64].*

## Oratio.

**C**LEMENTÍSSIME Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, saéculi huius vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad erémum vocáre et praecláris vitae méritis decoráre dignátus es : \* te súpplíces exorámus ; ut eius exémplo terréna despiciéntes, tui consórtio perfruámur aetérno.

*Postea S. Petri Alexandrini Episcopi, Martyris : Ant. Iste Sanctus. ∇. Glória. [13].*

## Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : \* et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Petri Mártiris tui atque Pontíficis intercessió gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

## AD LAUDES.

*Capitulum. Fratres : Ipsi. ut in I. Vesperis, 1084.*


## Hymnus.

8.

**I**-TALAE passim prope-rá-te gentes : Ecce de-sérto



Le-o-nárdu-s ex-it; Nú-mine af-flá-tus, pó-pu-li sa-lú-tem Spi-



rat ab o-re.

2. Igne fratérnae pietátis ardens,  
Currit hac illac generósus he-  
ros :  
Cogit errántes, docet impe-  
rítos,  
Firmat inérmes.

3. Fantis ad vocem gemit omne  
pectus,  
Et dolor tristi rigat ora fletu :  
Rura mutántur, scélerum fre-  
quéntes  
Poénitet urbes.

4. Ulla nec tardat fácies períclic;  
Quidquid obsístit, ruit ille  
victor;  
Pábulum vitæ míseris in  
omnem  
Pórrigit horam.

5. Qua sacrum diva iacit arte  
semen,

Magna virtútis monuménta  
surgunt;  
Cáritas ardet, níveo fidésque  
Splendet amíctu.


6. Nunc et excélsa résidens in  
arce,  
Lúmine adspéctat pátriam  
benígno;  
Dira nec fructum sinit ut la-  
bóris  
Monstra proflánt.

7. Voce concórdi polus atque  
terra  
Cánticum solvant Tríadi per-  
énne,  
Mente quæ totum sapiénter  
æqua  
Témperat orbem.

Amen.

℣. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius.  
℟. In átriis domus Dómini, in médio tui, Ierúsalem.

### Ad Benedictus, Antiphona.



**D**E-DIT il-li \* DÓminus for-ti-tú-di-nem, et usque in



se-nectú-tem permán-sit il-li vir-tus ut a-scénde-ret

in excélsum locum et obtí-nu- it he-re-di-tá-tem e- ius.

E u o u a e.

*Com. S. Silvestri : Ant. Euge. √. Iustum. [66]; deinde S. Petri Alexandrini : Ant. Qui odit. √. Iustus. [15].*

Ad Tertiam.

*Capitulum, Fratres : Ipsi. ut in I. Vesperis, 1084.*

R̄. br.

**D** EPRE-CÁ-BITUR De- um, \* Et pla-cá-bi- lis e- i

e- rit. √. Et vi-dé-bit fá-ci- em e-ius in iú-bi- lo. √. Gló-ri- a

Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

√. A Dómino factum est istud.

R̄. Et est mirábile in óculis nostris.

Ad Sextam.

Capitulum.

*1. Thess. 2, 10.*

**V**os testes estis, et Deus, † quam sancte, et iuste, et sine queréla \* vobis qui credidistis, fúimus.

R̄. br.

**A** Dómi-no \* Factum est i-stud. √. Et est mi-rá-

bi- le in ó-cu- lis nostris. Gló-ri- a Patri.

√. Spíritus Dei fecit illum.

R̄. Et spiráculum Omnipoténtis vivificávit illum.

## Ad Nonam.


## Capitulum.

1. *Thess. 2, 13.*

**I**DEO et nos grátias ágimus Deo sine intermissióne, † quóniam cum accepissétis a nobis verbum audítus Dei, \* accepístis illud, non ut verbum hóminum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operátur in vobis, qui credidístis.



**S**PI-RITUS De- i \* Fe- cit il-lum. V. Et spi- rácu-lum



Omni-pot-éntis vi-vi-fi-cá-vit il-lum. Gló-ri- a Patri.

V. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius.

R. In átriis domus Dómini, in médio tui, Ierúsalem.

## IN II. VESPERIS.

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, 1084.*

V. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius.

R. In átriis domus Dómini, in médio tui, Ierúsalem.


## Ad Magnificat, Antiphona.



**C**ORÓ- NA Fra-trum circa illum, \* qua-si rami pal-




mae ste-té- runt omnes. Et ipse qua-si o-lí-va púllu-lans,



et qua-si cypréssus se éxtóllens, accé-pit a Dómino



sto-lam gló-ri-ae in consumma-ti-ó-nem virtú-tis.



E u o u a e.

*Com. seq. et S. Silvestri.*

¶ *Apud 3. Ordinem.*

Eadem die 26. Novembris.

## Octava S. Elisabeth, Vid. 3. Ord.

*Duplex maius.*

*Antiphonae et Psalmi de Feria, reliqua de Communi, praeter V. Ora pro nobis. Ant. Simile est. [97].*

### Oratio.

**T**RIBUE nobis, quaesumus, omnipotens Deus : † ut, exémplo beátae Elisabeth nocte ac die obsecrationibus et orationibus instántes, \* caeléstium consolatiónum mereámur esse partícipes. Per Dóminum.

*Com. S. Catharinae : Ant. Veni Sponsa II. V. Diffúsa. [86]; deinde S. Leonardi, Conf. I. Ord. : Ant. Quasi sol. V. Deprecábitur. 1086; postea S. Silvestri, Abb. : Ant. Similábo. V. Amávit. [64]; denique S. Petri Alexandrini : Ant. Iste Sanctus. V. Glória. [13].*

*Ad Laudes. Com. S. Leonardi : Ant. Dedit illi. V. Vota. 1087; deinde S. Silvestri : Ant. Euge. V. Iustum. [66]; postea Com. S. Petri Alexandrini : Ant. Qui odit. V. Iustus. [15].*

*In II. Vesperis. Com. seq. : Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73]; deinde Com. S. Leonardi : Ant. Coróna. V. Vota. 1089; postea S. Silvestri : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69].*

## 27. Bb. Bernardini a Fossa et Humilis a Bisiniano, Cc. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatorum Bernardini et Humilis Confessorum tuorum exempla nos provocent; \* quatenus, quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

*Com. S. Silvestri : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69].*

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis.*

## 28. S. Iacobi de Marchia, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.*

In I. Vesperis.

V. Amavit.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**I**

N timó-re Dómi-ni \* fu-it il-li glo-ri-á-ti-o, et

omnis e-narrá-ti-o e-ius in praecéptis Al-tíssimi.

E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui ad animarum salutem, et peccatores e vitiis coeno ad viam virtutis revocandos, beatum Iacobum Confessorem tuum Evangelii praecónem eximium effecisti : † concede propitius; ut eius intercessióne a peccatis omnibus expiati, \* vitam consequamur aeternam. Per Dominum.


*Com. praecedentis : Ant. A saeculo. V. Iusti. [78].*

## Ad Laudes.

Ÿ. Iustum.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. g




**I** PSE tu-lit \* abomi-na-ti- ónes impi- e-tá-tis; et  
 guberná- vit ad Dó- minum cor ipsí- us, et in di- ébus  
 pecca-tó-rum corrobo- rávit pi- e-tá- tem. E u o u a e.

*Vesperae de sequenti Festo Omnium Sanctorum Seraph. Ordinis, 511; Com. praecedentis, 515; in Adventu, Ferae; deinde et S. Saturnini, Mart. ut in principio Proprii Sanctorum, 515.*

¶ *Sicubi II. Vesperae sint integrae de S. Iacobo de Marchia : Ant. Dedit illi. Ÿ. Iustum. 515.*





## COMMUNE SANCTORUM


*In singulis Festis Sanctorum ritus Duplicis I. aut II. classis, omnia sumuntur de respectivo Communi ut infra, praeter ea quae habentur propria. In Festis autem Sanctorum ritus Duplicis maioris (praeter Festa S. Ioannis Baptistae, SS. Apostolorum et S. P. N. Francisci), aut Duplicis minoris, Semiduplicis et Simplicis, sequentia tantum sumuntur de Communi, nisi habeantur propria: nempe Capitula, Hymni ad Laudes et Vesperas, V̄V̄., Antiphonae ad Benedictus et ad Magnificat, R̄R̄. brevia Horarum, et Oratio. Antiphonae vero cum Psalmis ad Vesperas et Laudes, si non assignentur propria, sumuntur de Feria currente ut in Psalterio; ad Horas minores, semper e Psalterio, excepta ad Primam Lectione brevi, pro qua sumitur Capitulum Nonae de respectivo Communi, si non habetur proprium.*

### Commune Apostolorum et Evangelistarum

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

I. Antiphona. 8. c





OC est praecceptum me- um, \* ut di- li- gá- tis ín-





[2]

## Commune Apostolorum.

vi-cem, si-cut di-lé-xi vos. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus DóminoME- o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.

I. g

**M**A- IÓ-REM ca-ri-tá-tem \* nemo ha- bet, ut á-ni-mam su-am po-nat quis pro amí-cis su- is. *Ps. 110.* CONF-




TÉBOR ti-bi Dómi-ne in to-to CORde ME- o : \* in consí-li- o



iustó-rum, et congrega-ti- One. 483.

3. Ant.

I. a 3

**V**OS amí-ci me- i estis, \* si fe-cé-ri- tis quae prae-cí-pi- o vo-bis, di-cit Dómi-nus. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir qui TI-

met DÓmi-num : \* in mandá-tis e-ius vo-let NÍmis. 484.

## Commune Apostolorum.

[3]

4. Ant.

i. f

**B**

E-Á-TI pa-cí-fi-ci, \* be- á-ti mundo corde : quó-

ni- am ipsi De- um vi- dé- bunt. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU- e- riDÓmi-num : \* laudá-te *nomen* DÓmi-ni. 485.

5. Ant.

i. g

**I**

N pa-ti- énti- a vestra \* possi- dé- bi- tis á-nimas

vestras. *Ps. 116.* LAUDÁTE Dómi-num Omnes GENTES : \* laudá-tee- um *omnes* POpu-li. 489.

Capitulum.

*Ephes. 2, 19-20.*

**F**ratres : iam non estis hóspites et ádvenae : † sed estis cives  
 sanctórum et doméstici Dei : superaedificáti super funda-  
 méntum Apostolórum et Prophetárum, \* ipso summo angulári  
 lápide Christo Iesu. R̄. Deo grátias.

Hymnus.

4.

**E**


x- SÚLTET orbis gáudi- is, Cae- lum re- sÚl-tet.  
 2. Vos sae- cu- ló- rum iú- di- ces, Et ve- ra mundi

[4]

## Commune Apostolorum.




1. láudi-bus : Apo-sto-ló-rum gló-ri-am Tel-lus et astra  
2. lú-mi-na, Vo-tis pre-cámur córdi-um : Audi-te vo-ces




1. cón-ci-nunt. 3. Qui templa cae-li cláudi-tis, Se-rásque  
2. súpli-cum. 4. Praecé-pta quo-rum pró-ti-nus Languor sa-



3. ver-bo sólvi-tis : Nos a-re-á-tu nó-xi-os Solvi iu-  
4. lúsque sénti-unt, Sa-ná-te mentes lánguidas, Augé-te



3. bé-te, quaésumus. 5. Ut cum red-í-bit árbi-ter In fi-  
4. nos vir-tú-ti-bus. 6. Pa-tri simúlque Fí-li-o, Ti-bí-



5. ne Chri-stus saécu-li, Nos sempi-tér-ni gáudi-i Con-  
6. que Sancte Spí-ri-tus, Sic-ut fu-it, sit iú-gi-ter Sae-




5. cé-dat es-se cómpo-tes.  
6. clum per omne gló-ri-a. A-men.

## Alter Tonus.

I.

E


- X-SÚLTET orbis gáudi-is, Cae-lum re-súl-tet  
2. Vos sae-cu-ló-rum iú-di-ces, Et ve-ra mundi



1. láudi-bus : Apo- sto-ló-rum gló- ri- am Tel-lus  
2. lúmi-na, Vo-tis pre-cámur córdi- um : Audí-



1. et a-stra cón-ci-nunt. 3. Qui templa caeli cláudi-  
2. te vo- ces súppli-cum. 4. Prae-cé-pta quo-rum pró-ti-




3. tis, Se- rásque ver- bo sólvi- tis : Nos a re- á-tu  
4. nus Languor sa- lúsque sénti- unt, Sa- ná- te mentes




3. nó- xi- os Sol- vi iu- bé- te, quaésumus.  
4. lángui- das, Augé- te nos vir- tú- ti- bus.



5. Ut cum red- í- bit árbi- ter In fi- ne Chri- stus saé-  
6. Pa- tri si- múlque Fí- li- o, Ti- bíque Sancte Spí-



5. cu- li, Nos sempi- tér- ni gáudi- i Concé- dat  
6. ri- tus, Sic- ut fu- it, sit iú- gi- ter Saeclum per



5. es- se cómpo- tes.  
6. o- mne gló- ri- a. A- men.

∇. In omnem terram exívit sonus eórum.

⚡. Et in fines orbis terrae verba eórum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

*I. f*

**T** RADENT e-nim vos \* in concí-li-is, et in syna-  
 gógis su-is flagel-lábunt vos, et ante reges et praési-  
 des du-cémi-ni pro-pter me, in testimó-ni-um il-lis  
 et génti-bus. E u o u a e.

*Oratio propria.*

## AD LAUDES, et per Horas.

*Antiphona. Hoc est praeceptum meum. cum reliquis ut in I. Vesperis, [1]. Psalmi de Dominica. Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, [3].*


∇. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta eius intellexérunt.

## Ad Benedictus, Antiphona.

*I. f*

**V** os qui re-liquístis ómni-a, \* et se-cú-ti estis  
 me : céntuplum acci-pi-é-tis, et vi-tam aetér-nam pos-




si-dé-bi-tis. E u o u a e.

*Ad Horas Antiphonae de Laudibus, quarta praetermissa; quod etiam servatur in aliis Officiis, quando non assignantur propriae.*

## Ad Tertiam.


*Capitulum. Fratres : Iam non estis. ut supra in I. Vesperis, [3].*



**I**N omnem terram \* Ex-í-vit so-nus e-ó-rum. ∇. Et



in fines orbis terrae verba e-ó-rum. Gló-ri-a Patri, et



Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Constitues eos príncipes super omnem terram.


Ry. Mémoires erunt nóminis tui Dómine.

## Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Act. 5, 12.*

**P**ER manus autem Apostolorum \* fiébant signa et prodigia multa in plebe.



**C**ONSTITU-ES e- os prínci-pes \* Super o-mnem ter-ram.



∇. Mémo-res e-runt nómi-nis tu-i, Dómi-ne. Gló-ri-a Patri.

∇. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus.

Ry. Nimis confortátus est principátus eórum.

## Ad Nonam.

## Capitulum.

Act. 5, 41.

**I**BANT Apóstoli gaudentes a conspéctu concílii, \* quóniam digni hábiti sunt pro nómine Iesu contuméliam pati.

Ry. br.

**N**IMIS honc-rá-ti sunt \* Amí-ci tu- i, De- us. √. Ni-

mis confortá-tus est princí-pátus e- ó-rum. Gló-ri- a Patri.

√. Annuntiavérunt ópera Dei.

Ry. Et facta eius intellexérunt.

## IN II. VESPERIS.

1. Ant.

8. G

**I**URÁ-VIT Dóminus, \* et non poe-ni-té-bit e- um : Tu

es sa-cérdos in aetérnum. *Ps. 109.* DI-XIT Dóminus Dómi-no

ME- o : \* Sede a *dextris* ME- is. 482.

2. Ant.

8. c

**C**OLLÓ-CET e- um Dómi-nus \* cum princí-pi-bus pópu-

li su- i. *Ps. 112.* LAUDÁTE pú- e-ri DOninum : \* laudá-te no-



men DOni-ni. 485.

3. Ant.

7. a

**D**


I-RU-PISTI, Dómi-ne, \* víncu-la me- a : ti-bi sacri-

fi-cá-bo hósti-am laudis. *Ps. 115.* CRÉ-DI-DI propter QUOD


loCUtus sum : \* ego autem humi-li-Atus sum NÍmis. 488.

4. Ant.

8. c


**E**

- ÚNTES i- bant \* et fle-bant, mitténtes sémi-na



su- a. *Ps. 125.* IN converténdo Dómi-nus capti-vi-tá-tem SI-on : \*facti sumus sicut *conso*LA-ti. 492.

5. Ant.

7. c 2


**C**

ONFORTÁ- TUS est \* princi-pá- tus e- ó- rum, et

hono-rá-ti sunt amí-ci tu- i De- us. *Ps. 138.* DÓ-MI-NE pro-

básti me, et COgnoVisti me : \* tu cogno-vísti sessi- ónem





me-am et re-surrecti-Onem ME-am. 497.

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, [3].*

∇. Annuntiavérunt ópera Dei.

R̄. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. g 2

**E**

-STÓTE fortes in bello, \* et pugná-te cum anti-



quo serpénte : et ac-ci-pi-é-tis regnum aetérnum, † al-le-



lú-ia. *Post Septuag.* † di-cit Dómi-nus. E u o u a e.




## Commune Unius Martyris

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

i. Antiphona. i. f




UI me conféssus fú- e-rit \* co-ram homí-




ni-bus, confi-tébor et ego e- um co-ram Patre me- o.

## Commune unius Martyris.

[II]




*Ps. 109.* DI-XIT DÓmi-nus DÓmi-no ME- o : \* Sede a *dextris*




ME- is. 482.

2. Ant.


3. a




**Q**UI séqui-tur me, \* non ámbu-lat in té-nebris : sed



habé-bit lumen vitae, di-cit DÓmi-nus. *Ps. 110.* CONFÍ-TÉ-BOR




ti-bi DÓmi-ne in to-to CORde ME- o : \* in consí-li- o iustó-



rum et congre-ga-ti- One. 483.

3. Ant.


*i. f*



**Q**UI mi- hi mi-nístrat, \* me sequá-tur : et u-bi ego



sum, il-lic sit et mi-níster me- us. *Ps. 111.* BE-ÁTUS vir



qui TImet DÓmi-num : \* in mandá-tis e-ius vo-let NI-mis. 484.

[12]

## Commune unius Martyris.

4. Ant.  
I. f**S**

I quis mi-hi mi-nistráve-rit, \* hono- ri-fi-cá-bit e-um

Pa-ter me-us, qui est in cae-lis, di-cit Dómi-nus. *Ps. 112.* LAU-DÁTE PU-e-ri DOmi-num : \* laudá-te *nomen* DOmi-ni. 485.5. Ant.  
I. a 3**V**

OLO, Pa-ter, \* ut u-bi ego sum, il-lic sit et mi-

níster me- us. *In I. Vesp. Ps. 116.* LAUDÁTE Dóminum Omnes  
*In II. Vesp. Ps. 115.* CRÉ- DI-DI propter QUOD lo-GEN- tes : \* laudá-te e-um *omnes* POpu-li. 489.

CU-tus sum : \* ego autem humiliátus sum NI- mis. 488.

Capitulum.

*Iac. 1, 12.***B**EÁTUS vir qui suffert tentatióem : † quóniam cum probátus  
fúerit, accípiet corónam vitae, \* quam repromísit Deus dili-  
géntibus se.

Hymnus.

8.

**D**


E- US, tu- ó-rum mí- li-tum Sors et co- ró-na,

2. Hic nempe mundi gáu-di- a, Et blan-da fraudum


1. praémi- um : Lau-des ca- néntes Márty- ris, Absólve ne-  
2. pá-bu-la, Imbú- ta fel-le dé-pu-tans, Pervé-nit ad

## Commune unius Martyris.

[13]



1. xu crími-nis. 3. Poe-nas cucúr-rit fór-ti-ter, Et sús-tu-  
 2. cae- lésti- a. 4. Ob hoc pre-cá-tu súpli-ci Te pó-sci-  
 5. Laus et per-énis gló-ri-a Pa-tri sit,



3. lit vi- rí-li-ter : Fun-dénsque pro te sángu-nem,  
 4. mus, pi- íssime : In hoc tri- úmpho Már-ty-ris,  
 5. atque Fí-li-o, Sancto si-mul Pa-rá-clí-to,




3. Ae-tér-na do-na pós-si-det.  
 4. Di-mít-te no-xam sérvu-lis.  
 5. In sempi-térna saé-cu-la. A-men.

## Alter Tonus.

3.

**D**

E-US, tu- ó-rum mí-li-tum Sors et co-ró-na, praé-



mi-um : Laudes canétes Márty-ris Absólve ne-xu crí-mi-nis.

∇. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.

Ɀ. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

**I**

-STE Sanctus \* pro lege De-i su-i certá-vit

[14]

## Commune unius Martyris.



usque ad mortem, et a verbis impi- ó-rum non tímu- it :



fundá-tus e-nim e-rat supra firmam petram. E u o u a e.

Pro Martyre et Pontifice.

*Oratio.*

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, \* beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis intercessió gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**D**EUS, qui nos beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte laetíficas : † concéde propítius, ut cuius natalítia cólimus, \* de eíusdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

*Oratio.*

**P**RAESTA, quaésumus omnípotens Deus : † ut qui beáti *N.* Mártiris tui natalítia cólimus, \* intercessióne eius in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*


**P**RAESTA, quaésumus omnípotens Deus : † ut intercedénte beáto *N.* Mártire tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, \* et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum.

## AD LAUDES.


*Antiphonae et Capitulum ut in I. Vesperis, [10]. Psalmi de Dominica, 4.*

Hymnus.

6.



**I**NVICTE Martyr, ú-ni-cum Patris secú-tus Fí- li- um,




Victis tri- úmphas hósti-bus, Victor fru- ens caeléstibus.

2. Tui precátus múnere  
Nostrum reátum dílue,  
Arcens mali contágium,  
Vitae repéllens taédium.
3. Solúta sunt iam víncula  
Tui sacráti córporis :


- Nos solve vinclis saéculi  
Dono supérni Núminis.
4. Deo Patri sit glória  
Eiúsque soli Fílio,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Nunc et per omne saéculum.  
Amen.

## Alter Tonus.

3. **I**



nví-cte Martyr, úni-cum Patris se-cú-tus Fí-li-



um, Vi-ctis tri-úmphas hósti-bus, Victor fru-ens caelé-sti-bus.

(*Vel etiam in tono supra posito ad Vesperas.*)

∇. Iustus ut palma florébit.

∇. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

## Ad Benedictus, Antiphona.

3. a **Q**



UI o-dit \* á-ni-mam su-am in hoc mundo, in



vi-tam aetér-nam custó-dit e-am. E u o u a e.

*Orationes ut supra ad Vesperas, [14].*

## Ad Tertiam.


*Capitulum. Beátus vir qui suffert. ut in I. Vesperis, [12].*

Ry. br. **G**




LÓ-RI-A et honó-re \* Co-ronásti e-um, Dómi-ne.

[16] Commune unius Martyris.



℣. Et consti-tu- isti e- um super ópe- ra mánu- um tu- á- rum.



Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

℣. Posuísti Dómine super caput eius.


℞. Corónam de lápide pretiósó.

Ad Sextam.


Capitulum.

*Eccli. 15, 3.*

**C**IBÁVIT illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salutáris \* potávit illum Dóminus Deus noster.



**P**OSU- ISTI Dómi- ne \* Super ca- put e- ius. ℣. Co-



rónam de lá- pi- de pre- ti- ó- so. Gló- ri- a Patri.

℣. Magna est glória eius in salutári tuo.


℞. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam.


Capitulum.

*Eccli. 39, 6.*

**I**USTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, \* et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.




**M**AGNA est gló- ri- a e- ius \* In sa- lu- tá- ri tu- o.



**D**EUS indulgentiarum Domine : † da animabus Fratrum, Sororum, propinquorum et benefactorum nostrorum, quorum anniversarium diem commemoramus; \* refrigerii sedem, quietis beatitudinem et luminis claritatem. Per Dominum nostrum.

## Pro Summo Pontifice defuncto.

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter summos sacerdotes famulum tuum *N.* ineffabili tua dispositione connumerari voluisti : † praesta, quaesumus; ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gererat, \* sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum nostrum.

## Pro defuncto Episcopo.

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum *N.* (famulos tuos *N.* et *N.*) pontificali fecisti dignitate vigere : † praesta, quaesumus; \* ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

*Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur : famulum tuum N. Episcopum Cardinalem pontificali fecisti dignitate.*

*Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto : famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem pontificali fecisti.*

*Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto : famulum tuum N. Presbyterum (Diaconum) Cardinalem sacerdotali fecisti.*

*Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclina Dómine, quae habetur paulo infra, hoc modo : ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc saéculo, etc.*

## Pro defuncto Sacerdote

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) sacerdotáli fecisti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus ; \* ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

*Vel Oratio.*

**P**RAESTA, quaésumus Dómine : † ut ánima fámuli tui *N.* sacerdotís, quem in hoc saéculo commorántem sacris munéribus decorásti, \* in caelésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum nostrum.

## Pro uno Defuncto.

*Oratio.*

**I**NCLINA Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc saéculo migráre iussísti, in pacis ac lucis regióne constitúas, \* et Sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

## Pro una Defuncta.

*Oratio.*

**Q**UAÉSUMUS Dómine, pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae *N.* : † et a contágiis mortalitátis exútam, \* in aetérnae salvatiónis partem restitue. Per Dóminum nostrum.

## In Officio Defunctorum per annum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecisti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus ; \* ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

**D**EUS, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaésumus cleméntiam tuam ; ut nostrae congregatiónis Fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc saéculo transiérunt, \* beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas.


**F**IDÉLIUM Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, \* per ómnia saécula saeculórum. R̄. Amen.

*Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :*

∇. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

*Deinde Cantores :*



∇. Requi- éscant in pa-ce. R̄. Amen.

## AD MATUTINUM.

*Quoties Matutinum vel delationem cadaveris ad Ecclesiam ac Responsorium Subvenite, vel Matutinum et Laudes diei currentis immediate non sequatur, dicitur secreto Pater, Ave et Credo; secus absolute incipitur ab Invitatorio.*

*Sequens Invitatorium dicitur semper in Officio Defunctorum, quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub ritu semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno, sed sub ritu duplici. In reliquis vero casibus omittitur.*

*Nocturni vero inferius positi, omnes dici possunt vel etiam unus tantum; ita tamen, ut extra diem depositionis, in qua semper dicitur primus Nocturnus, Dominica, Feria II. et V., dicatur primus, Feria III. et VI. secundus, et Feria IV. et Sabbato tertius.*

### Invitatorium.


6.

**R** EGEM cu- i ómni- a vivunt,\*Ve-ní-te ad- o-rémus.


*Chorus repetit : Regem cui ómnia vivunt, \* Venite adorémus.*

### Psalmus 94.


**V** E-NÍTE, exsultémus Dómino, iu-bi-lémus De-o




sa-lu-tá-ri nostro : prae-occu-pémus fá-ci-em e-ius in con-




fessi-ó-ne, et in psalmis iu-bi-lémus e- i. Regem.




Quó-ni-am De-us magnus Dóminus, et Rex magnus su-




per omnes de-os : quó-ni-am non re-pellet Dóminus plebem




su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terrae, et




alti-tú-dines mónti-um ipse cónspi-cit. \* Ve-ní-te.




Quó-ni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et



á-ri-dam fundavé-runt manus e-ius : ve-ní-te, ado-rémus, et




pro-ci-dámus ante De-um : plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-




cit nos : qui-a ipse est Dóminus De-us noster : nos autem




pópu-lus e-ius, et oves páscu-ae e-ius. Regem.



Hó-di-e si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis, no-lí-te obdu-rá-re




corda vestra, sic-ut in exa-cerba-ti-óne se-cúndum di-em




tenta-ti-ó-nis in de-sérto : u-bi tentavé-runt me patres ve-




stri, probavé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. \* Ve-ní-te.



Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-ó-ni hu-ic,



et di-xi : Semper hi errant corde; ipsi ve-ro non co-




gnové-runt vi-as me-as: quibus iu-rávi in i-ra me-a : Si



intro-íbunt in réqui-em me-am. Regem.



Réqui-em aetérnam dona e-is Dó-mi-ne : et lux per-



pé-tu a lú-ce at e- is. \*Ve-ní-te. Regem.


## In I. Nocturno.

Pro Dominica, Feria II. et V.


I. Ant.

7. c

D



í- RIGE, \* Dómine De- us me- us, in conspéctu



tu- o vi- am me- am. E u o u a e.

## Psalmus 5.

**V**ERBA mea áuribus pécipe,  
Dómine, \* intéllige clamó-  
rem meum.

2. Inténde voci oratiónis  
meae, \* rex meus et Deus meus.

3. Quóniam ad te orábo : \*  
Dómine, mane exáudies vocem  
meam.

4. Mane astábo tibi et vidé-  
bo : \* quóniam non Deus volens  
iniquitátem tu es.

5. Neque habitábit iuxta te  
malígnus : \* neque permanébunt  
iniústi ante óculos tuos.

6. Odísti omnes qui operán-  
tur iniquitátem : \* perdes omnes  
qui loquúntur mendácium.

7. Virum sánguínum et do-  
lósium abominábitur Dóminus : \*  
ego autem in multitúdine mise-  
ricórdiae tuae.

8. Introíbo in domum tuam : \*  
adorábo ad templum sanctum  
tuum in timóre tuo.

9. Dómine, deduc me in  
iustítia tua : \* propter inimícos  
meos dírige in conspéctu tuo  
viam meam.

10. Quóniam non est in ore  
eórum véritas : \* cor eórum  
vanum est.

11. Sepúlcrum patens est gut-  
tur eórum, † linguis suis dolóse  
agébant : \* iúdica illos, Deus.

12. Décidant a cogitatióibus  
suis, † secúndum multítudi-  
nem impietátum eórum expélle  
eos : \* quóniam irritavérunt te  
Dómine.

13. Et laeténtur omnes qui  
sperant in te : \* in aetérnum  
exsultábunt, et habitábis in eis.

14. Et gloriabúntur in te  
omnes qui díligunt nomen  
tuum, \* quóniam tu benedíces  
iusto.

15. Dómine, ut scuto bonae  
voluntátis tuae, \* coronásti nos.

16. Réquiem aetérnam.



2. Ant.  
8. G

**C** ONVÉR- TERE DÓmi-ne, \* et é-ri-pe á-nimam me- am,  
quó-ni- am non est in mor-te qui memor sit tu- i.

E u o u a e.

## Psalmus 6.

**D**ÓMINE, ne in furóre tuo árguas me : \* neque in ira tua corrípias me.

2. Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum : \* sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

3. Et ánima mea turbáta est valde : \* sed tu Dómine úsquequo?

4. Convértere Dómine, et éri-pe ánimam meam : \* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

5. Quóniam non est in morte qui memor sit tui : \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

6. Laborávi in gémitu meo, †

lavábo per síngulas noctes lectum meum : \* lácrimis meis stratum meum rigábo.

7. Turbátus est a furóre óculus meus : \* inveterávi inter omnes inimícos meos.

8. Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : \* quóniam exaudivít Dóminus vocem fletus mei.

9. Exaudivít Dóminus deprecationém meam : \* Dóminus oratióem meam suscepít.

10. Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : \* convertántur et erubéscant valde velóciter.

11. Réquiem aetérnam.

3. Ant.  
8. G

**N** EQUÁNDO \* rá-pi- at ut le- o á-nimam me- am, dum  
non est qui réd-imat, neque qui salvum fá-ci- at.

E u o u a e.

## Psalms 7.

**D**ÓMINE Deus meus, in te sperávi : \* salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

2. Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, \* dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

3. Dómine Deus meus, si feci istud, \* si est iníquitas in mánibus meis :

4. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, \* decídám mérito ab inimícis meis inánis.

5. Persequátur inimícus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam : \* et glóriam meam in pulverem dedúcat.

6. Exsúrge Dómine in ira tua : \* et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

7. Et exsúrge Dómine Deus meus in praecépto quod mandásti : \* et synagóga populórum circúmdabit te.

8. Et propter hanc in altum regrédere : \* Dóminus iúdicat pópulos.

9. Iúdica me Dómine secún-

dum iustítiam meam, \* et secúndum innocéntiam meam super me.

10. Consumétur nequítia peccatórum, et díriges iustum, \* scrutans corda et renes Deus.

11. Iustum adiutórium meum a Dómino, \* qui salvos facit rectos corde.

12. Deus iudex iustus, fortis et pátiens : \* numquid iráscitur per síngulos dies?

13. Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : \* arcum suum teténdit, et parávit illum.

14. Et in eo parávit vasa mortis : \* sagíttas suas ardéntibus effécit.


15. Ecce partúriit iniustítiam : \* concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

16. Lacum apérui, et effódit eum : \* et incidit in fóveam quam fecit.

17. Convertétur dolor eius in caput eius : \* et in vérticem ipsíus iníquitas eius descéndet.

18. Confitébor Dómino secúndum iustítiam eius : \* et psallam nómini Dómini altíssimi.

19. Réquiem aetérnam.



℣. A porta ínfe-ri. ℞. E-ru-e Dómine á-nimas e-ó-rum.

Pater noster. *totum secreto.*

*Lectioes leguntur sine Absolutione, Benedictione et Titulo.*

## Lectio I.

*Iob. 7, 16-21.*

**P**ARCE mihi Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis

mihī, nec dimittis me, ut glútiām salivam meam? Peccávi, quid fáciām tibi, o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quaesieris, non subsistam.

*Lectiones terminantur sine Tu autem. vel alia conclusione.*

Resp.

8.

**C**

REDO \* quod Red-émptor me- us vi- vit,

et in no-vís- simo di- e de terra surrectú-

rus sum : \* Et in car-ne me- a vi-dé- bo De-

um Salva-tó- rem me- um. ¶. Quem vi-

sú-rus sum ego ipse, et non á-li- us, et ócu-

li me- i con- spe- ctú-ri sunt. \* Et in car-ne.

Lectio II.

*Iob. 10, 1-7.*

**T**AEDET ánimam meam vitae meae, dimittam advérsus me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimae meae. Dicam Deo : Noli me condemnáre : índica mihi cur me ita iúdicēs. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádiuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt : aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut húmana sunt témpora,

ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

Resp.

4.

Q


UI Lá- za-rum \* re-susci- tá- sti a mo- nu




mén- to foé- ti- dum : \* Tu e- is, Dó- mi- ne,



dona ré- qui- em et lo- cum indul- génti- ae.



¶ Qui ventúrus es iu- di- cá- re vi- vos et mórtu-



os, et saécu- lum per i- gnem. \* Tu e- is.

## Lectio III.

*Iob. 10, 8-12.*

**M**ANUS tuae fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repénte praecipitas me? Meménto, quaeso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me : óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

Resp.

8.


D

ÓMI- NE, \* quando vé- ne- ris iu- di- cá- re





ter-ram, u-bi me abscón- dam a vul- tu i-




rae tu- ae? \* Qui- a pec- cávi ni- mis




in vi-ta me- a.  $\nabla$ . Commissa me- a




pa-vésco, et ante te e-rubé- sco : dum véne-ris iu-di-



cá-re no-li me condemná- re. \* Qui- a.



$\nabla$ . Réqui- em ae-térnam do-na e- is Dómi- ne : et



lux perpé-tu- a lú- ce- at e- is. \* Qui- a.

*Quando dicitur unus tantum Nocturnus, post III. Responsorium dicuntur Laudes, ut infra, [157].*

*Quando tamen in die Depositionis Defuncti Laudes non dicuntur, post III. Responsorium dicuntur Pater noster et Preces, ut supra ad Vesperas, [129].*


## In II. Nocturno.

Pro Feria III. et VI.


1. Ant.

8. G

I



N lo-co páscu-ae \* i-bi me collo-cá-vit.



E u o u a e.

## Psalmus 22.

**D**ÓMINUS regit me, et nihil mihi déerit : \* in loco páscuæ ibi me collocávit.

2. Super aquam refectiónis educávit me : \* ánimam meam convértit.

3. Dedúxit me super sémitas iustítiae, \* propter nomen suum.

4. Nam et si ambulávero in médio umbræ mortis, non tímébo mala : \* quóniam tu mecum es.

5. Virga tua et báculus

tuus : \* ipsa me consoláta sunt.

6. Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos qui tríbulant me.

7. Impinguásti in óleo caput meum : \* et calix meus inébrians quam praeclárus est!

8. Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus díebus vitæ meae :


9. Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitúdinem díerum.

10. Réquiem aetérnam.


2. Ant.

8. G

D



E-LÍCTA \* iuventú-tis me-ae et igno-ránti-as



me-as ne memí-ne-ris Dómine. E u o u a e.

## Psalmus 24.

**A**D te Dómine levávi ánimam meam : \* Deus meus in te confído, non crubéscam.

2. Neque irrídeant me inimíci mei : \* étenim univérsi qui sústinent te non confundéntur.

3. Confundántur omnes iníqua agéntes \* supervácué.

4. Vias tuas Dómine demónstra mihi : \* et sémitas tuas édoce me.

5. Dírige me in veritaté tua, et doce me : \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

6. Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, \* et misericordiárum tuárum, quae a saéculo sunt.

7. Delícta iuventútis meae, \* et ignorántias meas ne memínaris.

8. Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : \* propter bonitátem tuam Dómine.

9. Dulcis et rectus Dóminus : \* propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

10. Díriget mansuétos in iudício : \* docébit mites vias suas.

11. Univérsae viae Dómini misericórdia et véritas, \* requiréntibus testaméntum eius et testimónia eius.

12. Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : \* multum est enim.

13. Quis est homo qui timet

Dóminum? \* legem stáruit ei in via quam elégit.

14. Anima eius in bonis demorábitur : \* et semen eius hereditábit terram.

15. Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : \* et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

16. Oculi mei semper ad Dóminum : \* quóniam ipse evéllit de láqueo pedes meos.

17. Réspice in me, et miserére mei : \* quia únicus et pauper sum ego.

18. Tribulatiónes cordis mei multiplicatae sunt : \* de necessitatibus meis érué me.

19. Vide humilitátem meam et labórem meum : \* et dimítte univérsa delícta mea.

20. Réspice inimícos meos quóniam multiplicati sunt, \* et ódio iníquo odérunt me.

21. Custódi ánimam meam, et érué me : \* non erubéscam, quóniam sperávi in te.

22. Innocéntes et recti adhaesérunt mihi : \* quia sustínui te.

23. Líbera Deus Israel \* ex ómnibus tribulatióibus suis.

24. Réquiem aetérnam.

3. Ant.

4. E

C

REDO vi-dé-re \* bona Dómi-ni in terra vivén-

ti-um. E u o u a e.

## Psalmus 26.

**D**ÓMINUS illuminatio mea, et salus mea : \* quem timébo?

2. Dóminus protéctor vitæ meæ : \* a quo trepidábo?

3. Dum apprópíant super me nocéntes, \* ut edant carnes meas :

4. Qui tríbulant me inimíci mei : \* ipsi infirmáti sunt et cecidérunt.

5. Si consístant advérsus me castra, \* non timébit cor meum.

6. Si exsúrgat advérsus me prælíum, \* in hoc ego sperábo.

7. Unam pétii a Dómino, hanc requíram : \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

8. Ut vídeam voluptátem Dómini, \* et vísitem templum eius.

9. Quóniam abscondit me in tabernáculo suo : \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

10. In petra exaltávit me : \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

11. Circuívi et immolávi in tabernáculo eius hóstiám voci-

feratiónis : \* cantábo, et psalmum dicam Dómino.

12. Exáudi Dómine vocem meam qua clamávi ad te : \* miserére mei et exáudi me.

13. Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : \* fáciem tuam Dómine requíram.

14. Ne avértas fáciem tuam a me : \* ne declínes in ira a servo tuo.

15. Adiútor meus esto : \* ne derelínquas me neque despicias me, Deus salutáris meus.

16. Quóniam pater meus et mater mea dereliquerunt me : \* Dóminus autem assumpsit me.


17. Legem pone mihi Dómine in via tua : \* et dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

18. Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : \* quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.


19. Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

20. Exspécta Dóminum, viríliter age : \* et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

21. Réquiem aetérnam.



∇. Cóllo-cet e- os Dómi-nus cum princí-pi-bus.



℞. Cum princí-pibus pópu-li su- i.

Pater noster. *totum secreto.*

## Lectio IV.

*Iob. 13, 22-28.*

**R**ESPÓNDE mihi : quantas hábeo iníquitátes et peccáta, scélera mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscondís, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápítur,



osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescentíae meae. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum quod coméditur a tinea.

Resp.

2.

**M**

EMÉNTO me- i\*De- us, qui- a ven-tus est

vi-ta me- a : \*Nec aspí- ci- at me vi-sus

hómi- nis. √. De pro-fún- dis clamá-vi ad te, Dómi-

ne : Dómi-ne, exáudi vo-cem me- am. \*Nec.

Lectio V.

*Iob. 14, 1-6.*

**H**OMO natus de muliere, brevi vivens tēpore, replétur mul-tis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eódem statu pērmanet. Et dignum ducis super huiuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium eius apud te est : constituísti términos eius, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies eius.


Resp.

1.


**H**

E- I mi- hi! \*Dó-mi-ne, qui- a pec-cá- vi


ni- mis in vi- ta me- a : quid fá-ci- am mi- ser?




u- bi fú- gi- am, ni- si ad te De- us me- us?




\* Mi- se- ré- re me- i, dum vé- ne- ris



in no- víssimo di- e. V. A- nima me- a turbá- ta



est val- de; sed tu Dómine, suc- cúrr e- i.




\* Mi- se- ré- re.

## Lectio VI.

*Iob. 14, 13-16.*

**Q**UIS mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me et abscondas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges délixeram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.



**N**E re- cor- dé- ris \* peccá- ta me- a, Dó- mi-



ne, \* Dum vé- ne- ris iu- di- cá- re

saé- cu-lum per i- gnem. V. Dí- ri-ge,

Dó- mi-ne De- us me- us, in conspéctu tu- o vi- am

me- am. \* Dum. V. Ré- qui- em aetér- nam dona

e- is Dómi- ne: et lux perpé- tu- a lú- ce- at e-

is. \* Dum véne- ris.

*Postea ad Laudes, ut infra, [157], quando dicitur unus tantum Nocturnus.*

## In III. Nocturno.

Pro Feria IV. et Sabbato.

I. Ant.

2. D

**C** OMPLÁ- CE- AT \* ti- bi Dómi- ne ut e- rí- pi- as me :

ad adiu- vándum me réspi- ce. E u o u a e.

Psalmus 39.

**E**XSPÉCTANS expectávi Dó-  
minum, \* et inténdit mihi.  
2. Et exaudivit preces

meas: \* et edúxit me de lacu  
misériae et de luto faecis.

3. Et stáuit super petram  
pedes meos: \* et diréxit gressus  
meos.

4. Et immisit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

5. Vidébunt multi, et timébunt : \* et sperábunt in Dómino.

6. Beátus vir cuius est nomen Dómini spes eius : \* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

7. Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua : \* et cogitátióibus tuis non est qui símilis sit tibi.

8. Annuntiávi et locútus sum : \* multiplicáti sunt super númerum.

9. Sacrificium et oblatiõem noluísti : \* aures autem perfecísti mihi.

10. Holocáustum et pro peccáto non postulásti : \* tunc dixi : Ecce vénio.

11. In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : \* Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

12. Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna : \* ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu scisti.

13. Iustítiam tuam non abscondi in corde meo : \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

14. Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam \* a concílio multo.

15. Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me : \* misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

16. Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : \* comprehendérunt me iniquitátes meae, et non pótui ut vidérem.

17. Multiplicátae sunt super capillos cápitis mei : \* et cor meum dereliquit me.

18. Compláceat tibi Dómine ut éruas me : \* Dómine ad adiuvándum me respice.

19. Confundántur et reve-reántur simul qui quaerunt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

20. Convertántur retrórsus et reve-reántur, \* qui volunt mihi mala.

21. Ferant conféstim confusió-nem suam, \* qui dicunt mihi : Euge, euge.

22. Exsúltent et laeténtur super te omnes quaeréntes te : \* et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

23. Ego autem mendícus sum et pauper : \* Dóminus sollicitus est mei.

24. Adiútor meus et protéctor meus tu es : \* Deus meus ne tardáveris.

25. Réquiem aetérnam.

2. Ant.

2. D

S

ANA Dómi-ne \* ánimam me-am, qui-a peccávi



ti-bi. E u o u a e.

Psalmus 40.

**B**EATUS qui intélligit super  
egénium et páuperem : \*  
in die mala liberábit eum Dó-  
minus.

2. Dóminus consérvet eum  
et vivíficet eum, † et beátum  
fáciat eum in terra : \* et non  
tradat eum in ánimam inimicó-  
rum eius.

3. Dóminus opem ferat illi  
super lectum dolóris eius : \*  
univérsum stratum eius versá-  
sti in infirmitáte eius.

4. Ego dixi : Dómine, mise-  
rere mei : \* sana ánimam meam,  
quia peccávi tibi.

5. Inimíci mei dixérunt mala  
mihi : \* quando moriétur, et  
períbit nomen eius?

6. Et si ingrediebátur ut vidé-  
ret, vana loquebátur : \* cor eius  
congregávit iniquitátem sibi.

7. Egrediebátur foras, \* et  
loquebátur in idípsum.

8. Advérsum me susurrábant  
omnes inimíci mei : \* advérsum  
me cogitábant mala mihi.

9. Verbum iníquum consti-  
tuérunt advérsum me : \* Num-  
quid qui dormit non adiciet ut  
resúrgat?

10. Etenim homo pacis meae,  
in quo sperávi : \* qui edébat  
panes meos, magnificávit super  
me supplantatiónem.

11. Tu autem, Dómine, mise-  
rere mei et resúscita me : \* et  
retribuam eis.

12. In hoc cognóvi quóniam  
voluísti me : \* quóniam non  
gaudébit inimícus meus super  
me.

13. Me autem propter inno-  
céntiam suscepísti : \* et confir-  
másti me in conspéctu tuo in  
aetérnum.

14. Benedictus Dóminus, Deus  
Israel, a saéculo et usque in  
saéculum : \* fiat, fiat.

15. Réquiem aetérnam.

3. Ant.

2. D

**S**

ITÍ-VIT \* á-nima me- a ad De- um vi-vum: quando



vé-ni-am, et appa-ré-bo ante fá-ci-em Dómi-ni?



E u o u a e.

## Psalmus 41.

**Q**UEMÁDMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum : \* ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

2. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : \* quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

3. Fuérunt mihi lácrimae meae panes die ac nocte : \* dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

4. Haec recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : \* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

5. In voce exsultatiónis et confessiÓnis : \* sonus epulántis.

6. Quare tristis es, ánima mea? \* et quare contúrbas me?

7. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

8. Ad méipsum ánima mea conturbáta est : \* proptérea

memor ero tui de terra Iordánis et Hermóniim a monte mó dico.

9. Abýssus abýssum ínvo-cat, \* in voce cataractárum tuárum.

10. Omnia excélsa tua et fluctus tui \* super me transiérunt.

11. In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : \* et nocte cánticum eius.

12. Apud me orátio Deo vitae meae : \* dicam Deo : Suscéptor meus es.


13. Quare oblítus es mei? \* et quare contristátus incédo, dum affligit me inimicus.

14. Dum confringúntur ossa mea, \* exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.


15. Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

16. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

17. Réquiem aetérnam.



℣. Ne tradas bésti- is á-nimas confi-téntes ti- bi.



℞. Et á-nimas páupe-rum tu- órum ne obli-viscá-ris in si-nem.

Pater noster. *totum secreto.*


## Lectio VII.

*Iob. 17, 1-3; 11-15.*

**S**PÍRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlcrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me iuxta te, et

cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquéntes cor meum. Noctem verté-  
runt in diem, et rursus post ténebras spero lucem. Si sustinúero,  
inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum.  
Putrédini dixi : Pater meus es; mater mea et soror mea, vérmi-  
bus. Ubi est ergo nunc praestolátio mea, et patiéntiam meam quis  
considerat?

Resp.  
I.



**P** ECCÁNTEM me \*quo- tí- di- e, et non me poeni-  
tén- tem ti-mor mortis contúr- bat me : \* Qui- a in in-  
fér- no nulla est red-émpti- o, mi-se-ré-re  
me- i De- us, et sal- va me. ∕. De- us, in nómine  
tu- o sal- vum me fac, et in virtú-te tu- a  
lí-be- ra me. \* Qui- a.

Lectio VIII.

*Iob. 19, 20-27.*

**P**ELLI meae, consúptis cárnibus, adhaésit os meum, et derelicta  
sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei,  
miserémini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit  
me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturá-

mini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro, stylo férreo et plumbi lámína, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursus circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspécturi sunt, et non álius : repósita est haec spes mea in sinu meo.

Resp.  
8.

**D**

Ó- MINE, \* se-cúndum actum me- um no-li

me iu- di- cá- re : ni- hil dignum in conspéctu

tu- o e- gi : íd- e- o dé- pre- cor ma- ie-

stá-tem tu- am, \* Ut tu, De-us, dé-le- as

in-iqui-tá- tem me- am. √. Ampli- us

lava me, Dómi-ne, ab iniustí- ti- a me- a, et a de- lí-

cto me- o munda me. \* Ut tu.



## Lectio IX.

Iob. 10, 18-22.

**Q**UARE de vulva eduxisti me? qui útinam consúptus essem, ne óculus me vidéret! Fuissem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum : ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam et opértam mortis calígne : terram misériae et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

*Sequens Responsorium ponitur, quando tertius tantum Nocturnus dictus fuerit pro Defunctis.*

Resp.

I.

**L**

I-BE-RA me, \* Dó-mi-ne, de vi-is infér-

ni, qui portas aé-re-as confre-gí-sti : et


vi-si-tá-sti inférnum, et de-dísti e-is

lu-men, ut vi-dé-rent te : \* Qui e-rant in poe-


nis tenebrá-rum.

∇. Clamántes et di-cén-tes : Adve-ní-sti, Red-émptor no-

ster. \* Qui e-rant. ∇. Réqui-em aetérnam do-na



e- is, Dó-mi-ne : et lux perpé- tu- a lú-ce- at e-




is. \* Qui e- rant.

*Sequens Responsorium ponitur loco praecedentis, quando dicti fuerint pro Defunctis tres Nocturni.*

I.

**L**

i-BE-RA me, Dó- mi-ne, \* de morte aetér- na,




in di- e il- la tremén- da : \* Quando cae- li mo- vén-



di sunt et ter- ra : † Dum vé- ne- ris iu- di-



cá- re saé- cu- lum per i- gnem. ∇. Tremens factus




sum ego, et tí- me- o, dum discússi- o vé- ne- rit, at-



que ventú- ra i- ra. \* Quando cae- li mo- véndi sunt et



ter-ra. V̄. Di-es il-la, di-es irae, ca-lami-tá-tis et mi-sé-




ri-ae, di-es magna et a-mára val-de. † Dum vé-



ne-ris iu-di-cá-re saé-cu-lum per



i-gnem. V̄. Réqui-em aetérnam dona e-is Dó-mi-ne :



et lux perpé-tu-a lú-ce-at e-is.

*Repetitur Libera me Dómine. usque ad V̄. Tremens.*

*Si Matutinum, cum unico vel tribus Nocturnis, in privata recitatione a Laudibus separetur, post ultimum Responsorium subiungitur :*

V̄. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.

*Deinde dicitur Oratio (seu Orationes) ut supra ad Vesperas, [129], additis sequentibus :*

V̄. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

V̄. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

*Laudes vero, dictis secreto Pater noster et Ave Maria, absolute inchoantur ab Antiphona Exsultábunt Dómino.*

*Sed in recitatione publica vel privata, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Preces, ut infra ad Laudes, [157].*

## AD LAUDES.

*Antiphonae et Psalmi ut in die 2. Novembris.*


*Deinde flexis genibus : Pater noster. secreto usque ad*


*¶. Et ne nos indúcas in tentatiónem.*

*R̄. Sed libera nos a malo.*

## Psalmus 129.

*(Qui non dicitur in die depositionis Defuncti, neque quaecumque Officium ritu duplici recitatur.)*

**D**  E pro-fúndis clamá-vi ad te Dómi-ne : \* Dómi-ne,



exáudi vocem me- am.

2. Fiant aures tuae intendentes \* in vocem deprecationis meae.

3. Si iniquitates observaveris Dómine : \* Dómine, quis sustinebit?

4. Quia apud te propitiatio est : \* et propter legem tuam sustinui te Dómine.

5. Sustinuit ánima mea in verbo eius : \* sperávit ánima mea in Dómino.

6. A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : \* et copiosa apud eum redemptio.

8. Et ipse redimet Israel \* ex ómnibus iniquitatibus eius.

9. Réquiem aeternam \* dona eis Dómine,

10. Et lux perpétua \* luceat eis.

*Deinde dicuntur Preces et Orationes Officio congruentes, ut supra in Vesperis, [129].*



# TONI COMMUNES.

## I. — Toni Psalmorum.

### Primus Tonus.

*Flexa*<sup>1</sup>.

**P** PRIMUS Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic

ME- di- A- tur : \* atque sic fiNI- tur.<sup>2</sup> atque sic fi-

*libitum.*

NI- tur.

<sup>1</sup> Flexa regulariter fit ut hic notatur, nempe vocem deprimendo. Attamen ubi magis placuerit, fieri potest in recta voce, cum aliqua pausa.

<sup>2</sup> Litterae MAIUSCULAE (sive erectae, sive cursivae) indicant « ACCENTUS MELODICOS » seu ELEVATIONES MELODICAS cadentiarum.

Litterae CURSIVAE (sive maiusculae, sive minusculae) indicant SYLLABAS ACCENTUUM PRAEPARATORIAS.


PRO USU PRACTICO attendas bene ad schemata hic posita vel etiam ad primum versum psalmi, prouti habetur post Antiphonam; et secundum modum in ista figuratone expressum, attentionem tuam ad solas litteras *maiusculas*, vel insuper ad *cursivas* fingas; porro in Modo 4. solum numerum 4 prae oculis habeas.

I. — Toni Psalmorum.


[159]

Aliae differentiae.  $D_2$

$f$




Atque sic *fi-* NI- tur. Atque sic *fi-*NI- tur. Atque sic



*fi-*NI- tur. Atque sic *fi-*NI- tur. Atque sic *fi-*NI- tur.



Atque sic *fi-*NI- tur. Atque sic *fi-*NI- tur. Atque sic




*fi-*NI- tur.

(Loco differentiae  $g_2$  potest ad libitum usurpari Diff.  $g$ ; et pro Differentia  $a_3$ , Diff.  $a_2$ .)

In omnibus Tonis Psalmorum flexa fit deprimendo ultimam syllabam ac etiam penultimam si sit brevis; sed in monosyllaba vel hebraica dictione etiam fieri potest sustinendo vocem in tenore, cum aliquantula pausa.

Secundus Tonus.


**S**



E-CUNDUS Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic


*Finalis unica D*

*vel A*



me-di- A- tur: \*atque sic *fi-*NI- tur. atque sic *fi-*NI- tur.


## Tertius Tonus.




**T** ÉRTI- US Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic  
 ME-di- A-tur: \*atque sic *fi-NI-* tur. Atque sic *fi-NI-* tur.  
 Atque sic *fi-NI-* tur. Atque sic *fi-NI-* tur. Atque sic  
*fi-NI-* tur.

(*Loco huius ultimae Differentiae quae cum solis Antiphonis Confitémini Dómino, Dómine probásti, Allelúia, in Vesperis ferialibus usurpatur, adhiberi potest Differentia g.*)


## Quartus Tonus.




**Q** UARTUS Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic  
 me-di- A- tur: \*atque sic *fi-NI-* tur. Atque sic *fi-* NI-tur.

*Altera Positio eiusdem Toni.*

Quartus Tonus sic inci-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic me-di- A-




tur : \* atque sic fi-NI- tur. Atque sic fi-NI- tur.

*Quando Antiphona notatur cum A\*, potest ad libitum adhiberi Differentia sequens :*


Atque sic fi-NI- tur.

## Quintus Tonus.

Q




UINTUS Tonus sic inci-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic

*Finalis unica.*

me-di- A- tur : \* atque SIC fiNI- tur.

## Sextus Tonus.


S



EXTUS Tonus sic inci-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic ME-

*vel alio modo.**Finalis unica.*

F (C)




di- A- tur : \* [et sic me-di- A- tur : \*] atque sic fi-NI- tur.




Apud antiquos Mediatio fiebat ut in 1. Tono : sed a saeculo XVI. sensim usus invaluit alterius Mediationis, quae iam in antiquis Tonalibus reperitur ut secunda Mediatio pro longioribus versibus.

## Septimus Tonus.


**S**ÉPTIMUS Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic



ME- di- A- tur : \* atque SIC fíNI- tur. Atque SIC



fíNI- tur. Atque SIC fíNI- tur. Atque SIC fíNI- tur.



Atque SIC fíNI- tur.

## Octavus Tonus.


**O**-CTAVUS Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic



me-di- A- tur : \* atque sic fíNI- tur. Atque sic fíNI- tur.



*Quando Antiphona notatur cum G\*, potest ad libitum adhiberi Differentia sequens :*



Atque sic fíNI- tur.

## Tonus Peregrinus.


*Hic Tonus adhibetur tantum pro Psalmo In éxitu Israel quando cantatur in Vesperis Dominicae, et aliquoties pro Cantico Benedicite ad Laudes, et Psalmo Laudate púeri, ad Vesperas.*

*In hoc Tono Mediatio incipitur in qualicumque syllaba secundo loco vel ad libitum tertio loco occurrente ante ultimum accentum.*




**I** N éx-i-tu Isra-el de AeGY-pto, \* domus Iacob...


*Vel ad libitum.*



In éx-i-tu Isra-el de AeGY-pto, \* domus Iacob de pópu-




lo BARba-ro : Facta est Iudaé-a sancti-fi-cá-ti-o E-ius :




*vel* : sancti-fi-cá-ti-o E-ius : \* Isra-el pot-éstas E-ius.


*Vel ad libitum.*



**L** AUDÁTE pú- e-ri Dóminum : \* laudá-te... Laudá-te



pú- e-ri Dóminum : \* laudá-te nomen Dómi-ni. Sit nomen Dó-



mi-ni bene-dí-ctum, *vel* : Dómi-ni bene-dí-ctum, \* ex hoc nunc, ..

## Tonus in directum.

Hic Tonus adhibetur pro Psalmis qui dicuntur sine Antiphona. Tonum ordinarium vide in Officio Defunctorum, p. [129] et [157]. Alios Tonos « ad libitum » habes in Hebdomada Paschali, p. 358, 360 et 364; et in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, p. 1040, 1049, ss.

## Mediatio correpta.


Quando in *mediatione* Psalmi qui cantatur Tono 2, 5 et 8, necnon 4 et 6, occurrit vox *hebraica* vel *monosyllabica*, haec cantari potest modo *ordinario*, supra tradito, aut *correpto* :

*Pro tonis 2, 5 et 8.*




ex Si- on. *vel*: ex Si- on. locú-tus sum. *vel*: locú-tus sum.

*Pro tono 4.*




Dóminus ex Si- on. *vel*: Dóminus ex Si- on. quod locú-tus sum.



*vel*: quod locú-tus sum.

*Pro tono 6.*



Dóminus ex Si- on. *vel*: Dóminus ex Si- on. quod locú-tus sum.



*vel*: locú-tus sum.

## II. — Tonus Lectionis Brevis.

Iube Domne benedicere, et *Benedictio dicuntur ut notantur suis locis.**Flexa.***S**

I consurre-xístis cum Chri- sto; † quae sursum sunt

*Metrum.*

quaéri-te, u-bi Christus est in déxte-ra De- i se- dens: \* quae

*Punctum*

sursum sunt sá-pi-te, non quae super ter- ram. Tu autem Dó-

mi-ne mi-se-ré-re no-bis. R̄. De- o grá-ti- as.

In Lectione brevi, « *Flexa* » et « *Metrum* » fiunt ut infra in tono Capituli; « *Punctum* » vero ut in tono solito Lectionis. Item interrogatio modulatur ut in eodem tono.

## III. — Tonus Capituli.

**I**


N di- ébus il-lis salvá-bi-tur Iuda, et Isra- el ha-bi-

*Flexa.*

tá-bit confi-dén- ter, † et hoc est nomen quod vo-cábunt

Metrum.



Punctum.




e- um: \* Dóminus iustus no- ster. R̄. De- o grá-ti- as.

*Flexa et Metrum cum supervenienti.*

de somno súrge-re. grá-ti- a et forti-tú-di-ne.

*Flexa in monosyllaba vel hebraica dictione.*De- us cá- ri- tas est. *vel:* cá-ri-tas est.De- i Ia- cob. *vel:* De- i Ia- cob.Scripta sunt. *vel:* scripta sunt.*Metrum in monosyllaba vel hebraica dictione.*

qui mit- téndus est. <i>vel:</i>	qui mit- téndus est.
invo- cá- tum est su- per nos. <i>vel:</i>	invo- cá- tum est su- per nos.
quae fé- ci- mus nos. <i>vel:</i>	quae fé- ci- mus nos.
Dó- mi- nus Ia- cob. <i>vel:</i>	Dó- mi- nus Ia- cob.
no- men e- ius Emmá- nu- el. <i>vel:</i>	nomen e- ius Em- má- nu- el.

*Exempla pro Puncto.*di- li- gén- ti- bus se.  
saecu- ló- rum. A- men.


depre- cá- bi- tur.

Dómi- nus o- mní- po- tens.

Punctum non mutatur ad vocem monosyllabam vel hebraicam.

Flexa omittitur si textus sit brevior vel alio modo non permittat.

Interrogatio quae in ipso Capitulo occurrit, modulatur ut in Lectione; sed si venerit in fine, servatur tonus puncti.




Quis est hic, et laudábimus e- um?

## IV. — Toni Versiculorum.

Tonus cum neuma.



∇. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a.  
 R̄. Sic-ut incénsum. in conspéctu tu-o.

*Vel iuxta recentiorem usum :*

∇. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a.


Sic cantatur ∇. cum R̄. suo post Nocturnos, ad Laudes et ad Vesperas post Hymnum, et ad Horas post Responsorium breve.

In quibusdam Festis solemnioribus, ∇. et R̄. cantantur ad Vesperas in tono magis ornato, ut notatur propriis locis.

Tribus ultimis diebus Maioris Hebdomadae ad Nocturnos et ad Laudes, et in Officio Defunctorum ad Nocturnos, Vesperas et Laudes post Psalmos, Versiculi cantantur in tono speciali, ut notatur propriis locis.

Tonus simplex.


Omnes Versiculi praeter eos qui supra memorantur, cantantur in tono simplici (nisi aliter notetur), ut infra :

*Cum supervenienti.*

∇. Digná-re me laudá-re te Virgo sacrá-ta. ... De- i Gé-nitrix.  
 R̄. Da mihi virtútem contra hostes tu-os.

*In monosyllaba vel hebraica dictione :*

le-rú-sa-lem. *vel* : le-rú-sa-lem. super nos. *vel* : super nos.



spe-rá-vimus in te. *vel* : in te.

Quando Versiculus est solito longior, ut accidit ex. gr. in Precibus post Litaniis Sanctorum, potest in eo fieri « *Flexa* » †, et « *Metrum* » \*, eodem modo quo fiunt flexa et mediatio in Tono Psalmorum in directum.

‡. *Dóminus vobiscum* ante vel post Orationem cantatur semper recta voce, nisi adhibeatur pro Oratione Tonus antiquus Ordinis.

Pro Versiculis post Orationem in fine Officii confer quae infra notantur post Tonum Orationis.



## V. — Toni Orationum.

### I. — Toni antiqui Ordinis.

#### A) Tonus solemnis.


Adhibetur pro omnibus Orationibus Missae, necnon in Officio pro omnibus Orationibus ad Matutinum, Laudes et Vesperas; insuper quotiescumque praecedit monitio *Flectámus genua*.

a) Quaevis phrasis vel etiam talis phraseos divisio cui pausa aliqua praecedit, « *initium* » habet unius notae (*sol*).


b) Prima porro Orationis distinctio fit per « *Flexam* » (vocem uno gradu deprimendo).

c) Ante Conclusionem fit « *Punctum* » (deprimendo scil. duas syllabas ante ultimum accentum); eodem modo cantatur Conclusio.


**D** ÓMINUS vo-bíscúm. [Pax vo-bis.] R̄. Et cum spí-  
ri-tu tu-o. Orémus. Ma-iestá-tem tu-am Dómi-ne supplí-  
*Flexa.*  
ci-ter exo-rá- mus : ut sic-ut Ecclé-si-ae tu-ae be-á-tus An-  
dré-as Apósto-lus éxsti-tit praedi-cá-tor et rector; i-ta apud

*Punctum.*


te sit pro no-bis perpé-tu-us intercés-sor. Per Dóminum no-

*Flexa.*




strum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um, qui tecum vi-vit et

*Punctum.*


regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a



saécu-la saecu-ló-rum. R̄. Amen.

*Alia conclusio* : Qui vi-vis et regnas cum De-o Patre [*vel* : Quitecum vi-vit et regnat] in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, *etc.**Flexa cum supervenienti.*

pré-cibus nostris accómmoda, afflí-gimur.

*In monosyllaba voce.*mo-ri-éndo conféssi sunt. *vel* : conféssi sunt.



[170] V. — Toni Orationum.

*Exempla pro puncto.*

ve-tústa sérv-i-tus te- net. pro-pi-ti-a-ti-ónis accé-le-ret.

pérfru- i lae-tí-ti- a.

*In monosyllaba voce.*

red-í-me-re digná-tus es. *vel* : red-í-me-re digná-tus es.

*In Orat. S. Stephani. Punctum. Conclusio.*

Ie-sum Christum Fí-li- um tu-um. Qui tecum vj-vit et regnat...

Si Oratio sit solito longior, ut Oratio *A cunctis, Omnipotens sempiternae Deus*, in Quadragesima, vel aliquae ex iis quae dicuntur post Prophetias in Sabbato Sancto, ut etiam multae in Pontificalibus Functionibus (quae post *Flectamus genua* in hoc tono sunt cantandae) : « *Punctum* » fieri potest in ipso corpore Orationis semel vel pluries, prout fert textus, sed ita ut inter « *Punctum* » et « *Punctum* » fiat semper flexa.

(*Si pro Dóminus vobiscum. dicendum sit* Ὡ. Dómine exáudi. *sic cantatur* :

Ὡ. Dómine exáudi o-ra-ti-ónem me- am. Ῥ. Et clamor me- us  
ad te vé-ni- at.

*B) Tonus simplex.*

Adhibetur pro Oratione diei ad Horas Minores, necnon ad ceteras quascumque Orationes accessorie occurrentes in Officio et Missa (Antiph. finales B. M. V., Aspersio, Benedictiones, etc.). Adhibetur quoque in Officio Defunct., (etiam ad Vesperas et Laudes), in Exsequiis et Absolutionibus.

a) Prima distinctio fit per « *Flexam* » (deprimendo scil. syllabam (vel syllabas) post ultimum accentum per semiditonium : *do-la*).

b) Secunda distinctio fit per « *Metrum* » (deprimendo scil. duas syllabas ante ultimum accentum : *do-si-la-do-do*).


c) « *Punctum* » fit ut « *Flexa* » : *do-la*. vel etiam : *do-fa*.

d) Conclusio fit cum « *Flexa* » et « *Metrum* » eodem modo ac ipsa Oratio sed terminatur semper : *do-la*.

D


ÓMINUS vo-bíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu- o. O-ré-

*Flexa.*



mus. Praesta, quæsumus omní-pot-ens De- us : † ut semper

*Metrum.*




ra-ti-ona-bí-li-a me-di-tán- tes,\* quæ ti-bi sunt plá-ci-ta, et

*Punctum.*


*Conclusio.*



dictis exsequámur et fa- ctis. *vel* : et fa- ctis. Per Dóminum




nostrum Iesum Christum Fí-li- um tu- um : † qui te-cum vi-vit




et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De- us,\* per ómni- a


*Alia conclusio.*



saécu-la saecu-ló-rum. R̄. Amen. Qui vi-vis et regnas cum



De- o Patre [*vel* : Qui te-cum vi-vit et regnat] in u-ni-tá-te




Spí-ri-tus Sancti De- us, \* per ómni- a...

*Conclusiones breviores.*




Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen. *vel* : Qui vi-vis et




regnas in saécu-la saecu-ló-rum. R̄. Amen.

*Flexa cum supervenienti. In monosyllaba.*



concé-de laetí-ti-am. conféssi sunt. *vel* : conféssi sunt.



digná-tus es. *vel* : digná-tus es.

*Metrum cum supervenienti.*




subsí-di- a cónfe-rat. praesta, quaésumus.

*In monosyllaba.*



ad pro-tegéndum nos. *vel* : ad pro-tegéndum nos.

*Punctum in monosyllaba.*



red-íme-re digná-tus es. *vel* : digná-tus es. *vel* : digná-tus es.

Flexa omittitur quando Oratio est brevior; metrum autem numquam omittitur. — In Orationibus quae longiores sunt, ut in Benedictionibus solemnibus et in Pontificalibus Functionibus, alternantur flexa et metrum. Si vero textus in plures periodos dividatur, in fine cuiusque periodi fit punctum ut in fine Orationis.

*Nota in hoc Antiphonario Orationes his signis muniri quae tonis antiquis conveniunt : scil. ad signum † debet fieri flexa toni simplicis; ad \* metrum; si deest signum †, locus non est flexae quae omittitur. In tono solemnī, flexa fit ad signum †; ad signum \* pausa tantum; si desit †, flexa fit ad \*.*

## II. — Toni Romani moderni.

### A) Tonus festivus.


Adhibetur pro omnibus Orationibus Missae, quando Officium est duplex, semiduplex vel de Dominica; in Officio pro omnibus Orationibus ad Matutinum, Laudes et Vesperas; necnon ad Tertiam ante Missam Pontificalem.

a) Prima Orationis distinctio, quae generatim in textu dignoscitur per duplex punctum, fit per « *Metrum* » (deprimendo scil. duas syllabas ante ultimum accentum : *do-si-la-do-do*).

b) Secunda distinctio, quae generatim habetur ubi invenies punctum cum virgula, fit per « *Flexam* » (deprimendo scil. syllabam (vel syllabas) post ultimum accentum per semitonium : *do-si*).

c) In Conclusionē vero fit prius « *Flexa* », deinde « *Metrum* ». In Conclusionē *Qui vivis* vel *Qui tecum vivit* fit solummodo « *Metrum* ».

*Diligenter notandum est in hoc Antiphonario, signa († et \*) Orationibus interiecta, posita non esse pro hoc tono, sed pro tonis antiquis Ordinis, supra expositis. Praefata signa, etsi aliquando, non semper concordant cum divisionibus toni Romani.*



**D**

ÓMINUS vo-bíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.

**O**-RÉMUS. Pre-ces nostras, quaésumus Dómi-ne, clemén-  
*Metrum.* *Flexa.*

ter exáu-di : atque a pecca-tó-rum víncu-lis abso-lú-tos,  
 ab omni-nos adversi-tá-te custó-di. Per [e-úmdem] Dóminum  
*Flexa.*



nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um : qui te-cum vi-vit  
*Metrum.*

et regnat in u-ni-tá-te [e-iúsdem] Spí-ri-tus Sancti De-us,  
 per ómni-a saécu-la saecu-ló-rum. R̄. Amen.


*Alia conclusio :* Qui vi-vis et regnas cum De-o Patre [vel : Qui  
*Metrum.*

te-cum vi-vit et regnat] in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, etc.  
*Metrum cum supervenienti.*

pi-e-tá-te pro-séque-re : ... sol-emni-tá-te laetí-fi-cas : ...

*Metrum in monosyllaba.*mo-ri-éndo conféssi sunt: ... *vel*: mo-ri-éndo conféssi sunt: ...*Flexa cum supervenienti.**In monosyllaba.*

percé-pimus; ... quae sumus; ... quae recta sunt; ... pro-tegén-




dum nos, ...

**B) Tonus ferialis.**

a) In Festis Simplicibus et Feriis ad omnes Horas et ad Missam, omnibus aliis diebus ad solas Horas Minores Orationes cantantur in tono, ut aiunt, *Feriali*, hoc est, recta voce a principio ad finem, solummodo sustentando tenorem ubi alias fieret « *Metrum* » et « *Flexa* », et in fine.

b) Est etiam in usu alius tonus ferialis, qui assignatur pro Orationibus positis in fine Psalterii post Antiphonas B. M. V.; pro Oratione *Dirigere* ad Primam, et pro Orationibus in Officio vel Exsequiis Defunctorum quando cum minori clausula dicuntur. Inservit etiam pro Orationibus Litaniarum, Aspersiois Aquae benedictae in Dominicis, et si quae sunt aliae huiusmodi, ut est Oratio post pedum abluitionem, et Orationes omnes in Benedictionibus Candelarum, Cinerum et Olivarum.

Hic alter tonus in omnibus convenit cum primo tono feriali (a), praeterquam quod in fine Orationis et conclusionis fit « *Punctum* » per semiditonus (*do-la*) et quod *Rj. Amen* cantatur :




Amen.

Oratio *Libera nos* in Parasceve et omnes quae ante Missam Sabbati Sancti habentur (et pro benedictione Fontium) cantantur sub primo tono feriali. Quae vero ponuntur pro Benedictione ignis et incensi, leguntur.


In primo tono feriali cantantur Orationes quando praemittitur monitio *Flectamus genua*, nisi cantentur in (primo) antiquo tono Ordinis.

**B** E- ÁTA Ma-ter \* et intácta Virgo Ma-rí- a, glo-  
 ri- ó-sa Re-gí-na nostra, intercé-de pro no- bis ad Dó-  
 mi-num. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui fámulo tuo Francisco eiúsque filiis in beatíssima Virgine María singuláre praesídium contulisti : † da nobis, ut eádem Matre nostra et Regína protegénte, maiestáti tuae fidéliter servíre, \* et Nóminis tui glóriam verbo et exémplo diffúndere valeámus. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. A saéculo. V̄. Iusti. [78]; deinde Com. Ferae.*

## AD LAUDES et per Horas.

I. Ant.

I. a 2


**L** UCE spléndi-da fulgé- bis, \* o imma-cu- lá-ta Re-gí-  
 na, et omnes fi-nes terrae ado-rábunt te. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica, 4.*


2. Ant.

7. a

**T** U autem laetá-be-ris \* in fí- li- is tu- is, quóni- am



omnes be-ne-di-céntur, et congregabúntur ad Dómi-num.




E u o u a e.

3. Ant.

*i. f*

**B**

E-Á-TI omnes \* qui dí-li-gunt te, et qui gau-



dent su-per pa-ce tu- a. E u o u a e.

4. Ant.


*8. G*

**B**

ENE-DÍ-CI-TE DÓ- mi-num \* omnes e- lécti e-ius :



á-gi-te di-es lae-tí-ti-ae et confi-té-mi-ni il-li.




E u o u a e.

5. Ant.

*3. a 2*

**T**

RA-HE nos, \* Virgo imma-cu-lá-ta, post te curré-




mus in odó-rem unguentó-rum tu- ó-rum. E u o u a e.

*Capitulum ut supra. Hymnus. O gloriósa. [124]. V̇. Ora pro nobis, etc. ut supra.*

## Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



**B** E-NE-DICTUS Dómi-nus qui e-xaltá- vit Matrem  
su- am Re-gí- nam nostram; et sit rēgnum e- ius in saé-  
cu- la sae- cu- ló- rum. E u o u a e.  
*Et fit Com. Feriae.*

## Ad Tertiam.

*Tonus Hymni ut supra, 46; Capitulum ut in I. Vesperis.*

Ṙ. br.



**E** -XALTÁTA est sancta De- i Gé- nitrix : \* Su- per  
cho- ros An- ge- ló- rum. V̇. Et in cá- pi- te e- ius co- ró- na stellá-  
rum du- ó- de- cim. Gló- ri- a Patrī, et Fī- li- o, et Spi- rī- tu- i  
Sancto.

V̇. Coróna áurea super caput eius.

Ṙ. Exṗressa signo sanctitátis et glória h́onoris.

## Ad Sextam.

## Capitulum.

*Eccli. 24, 15-16.*

**E**T sic in Sion firmáta sum, et in civitaté sanctificáta similiter requiévi, et in Ierúsalem potéstas mea. † Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illius, \* et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

Ry. br. 

**C** ORÓNA áu-re- a \* Su-per ca- put e- ius. V̄. Ex-  

 préssa signo sancti-tá-tis et gló-ri- a ho-nó-ris. Gló-ri- a  


Patri.

V̄. Astitit Regína a dextris tuis in vestítu deauráto.


Ry. Circúmdata varietáte.



## Ad Nonam.

## Capitulum.

*Eccli. 24, 17-19.*

**Q**UASI cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion : † quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosae in Iéricho : \* quasi olíva speciósa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum iuxta aquam in platéis.

Ry. br. 

**A** -STI-TIT Re-gí-na a dextris tu- is \* In vestí-tu  

 de-au-rá-to. V̄. Cir-cúm-da-ta va-ri- e-tá-te. Gló-ri- a Patri.  


V̄. Sancta Dei Génitrix, semper Virgo, María.

Ry. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.



## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus; Psalmi, Capitulum et Hymnus ut in I Vesp.; cetera prout sequuntur :*

Ÿ. Ora pro nobis, Regina nostra.

R̄. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**R** E-GINA mundi di-gnissi-ma, \* Ma-rí- a Virgo perpé-  
tu- a, in-ter-cé- de pro nostra pa-ce et sa-lú- te, quae  
genu- í-sti Chri-stum Dó-mi-num Salva-tó-rem ómni- um.

E u o u a e.

*Et fit Com. sequentis (S. Eusebii) et Ferae.*

*Ant. Iste Sanctus. Ÿ. Glória. [13].*

Oratio.

**D**EUS qui nos beáti Eusébbi, Mártiris tui atque Pontíficis, ánnua solemnitáte laetíficas : \* concéde propítius; ut cuius natalítia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus.

*Deinde fit Com. Ferae.*

23.

Officium fit de ea.

30.

De VI die infra Octavam.

## FESTA IANUARI.

14. Bb. Odorici a Portu-Naone,  
Rogerii a Tuderto et Aegidii a Laurentiana,  
Conf. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant.* Qui sperant. *Ÿ.* Firmamentum. [73].

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beatorum Odorici, Rogerii et Aegidii Confessorum tuorum meritis et intercessione laeticas : † concede propitius; ut qui tua per eos beneficia poscimus, \* dono tuae gratiae consequamur. Per Dominum.

*Com. S. Hilarii, Ep., Conf. et Eccl. Doct. : Ant.* O Doctor... beate Hilari. *Ÿ.* Amavit. [58].

*Oratio.*

**D**EUS, qui populo tuo aeternae salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti : \* praesta, quaesumus; ut quem doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis.

*Deinde Com. S. Felicis, Presb. et Mart. : Ant.* Iste Sanctus. *Ÿ.* Gloria. [13].

*Oratio.*

**C**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus : ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent; \* quatenus quorum solennia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

*Vesperae a Cap. de seq. (S. Paulo).*

*Ant.* Similabo. *Ÿ.* Amavit. [64].

*Oratio.*

**D**EUS qui nos beati Pauli Confessoris tui annua solemnitate laeticas : † concede propitius, ut cuius natalitia colimus, \* etiam actiones imitemur. Per Dominum.

*Com. praeced. : Ant.* A saeculo. *Ÿ.* Iusti. [78]. *deinde Com. S. Hilarii : Ant.* O Doctor... beate Hilari. *Ÿ.* Iustum. [58]; *postea Com. S. Mauri. Abbatis : Ant.* Euge. *Ÿ.* Os iusti. [66].

*Oratio.*

**I**NTERCESSIO nos, quaesumus, Domine, beati Mauri Abbatis commendet : \* ut quod nostris meritis non valemus eius patrocinio assequamur. Per Dominum.

16. SS. BERARDI, PETRI, ACCURSII,  
ADIUTI ET OTHONIS, Protomart. 1. Ord.

*Duplex II. classis.*

*Omnia de Communi plurium Martyrum, [28], praeter sequentia :*

IN I. VESPERIS.

Ÿ. Laetámini.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f

**E**XSULTÁ-VIT spí-ri-tus \* be-á-ti Patris Francís-  
ci in De-o sa-lu-tá-ri su-o, qui-a respé-xit Dó-  
mi-nus humi-li-tá-tem fi-li-ó-rum su-ó-rum, per quo-rum  
glo-ri-ó-sum martý-ri-um Famí-li-ae Se-ráphi-cae primór-  
di-a sancti-fi-cá-vit. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS qui sanctórum Mártýrum tuórum Berárdi, Petri, Accúrsii, Adiúti atque Othónis glorióso certámine Ordinis Minórum inítia consecrásti : † concéde nobis fámulis tuis; ut quorum triúmphis laetámur, \* eórum virtútes imitémur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. Hic vir. V̇. Iustum. [69]. deinde Com. S. Marcelli I, Papae et Mart. : Ant. Iste sanctus. V̇. Glória. [13]*

Oratio.

**P**RECES pópuli tui, quaesumus, Dómine, cleménter exáudi : \*  
ut beáti Marcélli Mártiris tui atque Pontíficis méritis  
adiuvémur, cuius passióne laetámur. Per Dóminum.

### AD LAUDES.

*Omnia de Communi plurium Martyrum, [33], V̇. Exsultábunt. praeter :*

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

**P**ER ví-sce-ra \* mi-se-ri-cór-di-ae su-ae sancti-fi-  
cá-vit nos ó-ri-ens ex alto; et per sanctos Márti-  
res il-lumi-ná-vit e-os, qui in té-ne-bris et umbra  
mortis se-dent. E u o u a e.

*Com. S. Marcelli, Papae et Mart. : Ant. Qui odit. V̇. Iustus. [15].*

### IN II. VESPERIS.

*Omnia de Communi plurium Martyrum, [36], V̇. Exsultábunt. praeter :*


Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**M**I-SE-RI-CÓRDI-A Dómi-ni \* a pro-gé-ni-e in

(18)

Festa Ianuarii. 23.



pro-gé-ni- es ti-ménti-bus e- um, qui- a de-pó-su- it po-tén-  
 tes de se- de, et ex-al-tá-vit húmi- les, suscí-pi- ens  
 e- os in ta-ber-ná-cu-la su- a. E u o u a e.

*Et fit Com. seq. S. Antonii Abb. Ant. Similábo. Ÿ. Amávit. [64].*

Oratio.

**I**NTERCÉSSIO nos, quaesumus, Dómine, beáti Antónii Abbátis  
 comméndet : \* ut quod nostris méritis non valémus eius  
 patrocínio assequámur.

*Deinde Com. S. Marcelli : Ant. Qui vult. Ÿ. Iustus. [17]. Oratio ut supra*

23.

## Desponsatio B. M. V.

*Duplex maius.*

In I. Vesperis.

*Omnia ut in festo Nativitatis B. M. V., 918, mutata voce Nativitas in  
 Desponsatio hoc modo :*

1. Ant.

8. G

**D**

ESPONSÁ-TI- O glo- ri- ó-sae, etc. 918.

2. Ant.

7. c


**D**

ESPONSÁTI- O est hó-di- e, etc. 918.

3. Ant. Regáli, etc. 919. — 4. Ant. Corde et ánimo, etc. 919.

5. Ant.

7. c



C


UM iucundi-tá-te\*Desponsa-ti- ó-nem be-átae, etc. 919.

Capitulum. Ab initio. et Hymnus. Ave maris stella. de Communi  
B. M. V. [121].

Ÿ. Desponsatio est hodie sanctae Mariae Virginis.


R̄. Cuius vita incluta cunctas illustrat ecclesias.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D<sub>2</sub>


G

LO-RI-Ó- SAE Vírgi- nis Ma- rí- ae Desponsa-ti- ó-



nem dignís-si-mam re-co- lá-mus, quae et Ge-nitri-cis di-



gni-tá-tem obtí-nu- it, et virgi-ná- lem pu-di-cí-ti- am



non a-mí- sit. E u o u a e.


Oratio.

FÁMULIS tuis, quaesumus, Dómine, caeléstis grátiae munus  
impertíre : † ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salú-  
tis exórdium, \* Desponsatiónis eius votiva solémnitas pacis tribuat  
incrémentum. Per Dóminum.

Com. S. Iosephi.


Ant.

I.



E

XSÚRGENS Io-seph a somno, \*fe- cit sic-ut praecé-pit



e- i An-ge-lus Dómi-ni, et ac-cé- pit cón-iugem su- am.

Ÿ. Constituit eum dómimum domus suae.

R̄. Et príncipem omnis possessiónis suae.

Oratio.

**S**ANCTÍSSIMAE Genitricis tuae Sponsi, quaésumus, Dómine, méritis adiuvémur : \* ut quod possibilitas nostra non óbtinet, eius nobis intercessióne donétur.

*Dèinde Com. Ss. Vincentii et Anastasii, Mart. : Ant. Gaudent.*  
Ÿ. Exsultábunt. [38].

Oratio.

**A**DÉSTO, Dómine, supplicatióibus nostris : \* ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur.

*Postea Com. S. Raymundi, Conf. : Ant. Similábo. Ÿ. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Raymúndum poeniténtiae sacraménti insígnem místrum elegisti, et per maris undas mirabíliter traduxisti : \* concéde, ut eius intercessióne dignos poeniténtiae fructus fácere, et ad aetérnae salútis portum pervenire valeámus.


*Denique Com. S. Emerentianae, Virg. et Mart. : Ant. Veni Sponsa I.*  
Ÿ. Spécie. [82].

Oratio.

**I**NDULGÉNTIAM nobis, quaésumus, Dómine, beáta Emerentiána Virgo et Martyr implóret : \* quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis et tuae professióne virtútis. Per Dóminum.

## Pro Commemoratione ad Laudes.

### Ad Benedictus, Antiphona.



**D**ESPONSA-TI-ÓNEM ho- di- érnám, etc. 921.

*Com. S. Ioseph : Ant. Ipse Iesus. Ÿ. Os iusti. 625; deinde Com. S. Raymundi. : Ant. Euge. Ÿ. Iustum. [66]; postea S. Emerentianae : Ant. Simile. Ÿ. Diffúsa. [83].*

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia :*

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f

**D**

ESPONSA- TI- O tu- a, \* De- i Gé- ni- trix Vir- go,

gáudi- um annunti- á- vit , u- ni- vé- rso mundo : ex te

e- nim ortus est Sol iustí- ti- ae, Christus De- us no-

ster : qui solvens ma- le- di- cti- ó- nem, de- dit be- ne- di- cti- ó-

nem : et confúndens mortem, do- ná- vit no- bis vi- tam

sempí- tér- nam. E u o u a e.

*V.* Desponsatio est hodie sanctae Mariae Virginis.*R.* Cuius vita incluta cunctas illustrat ecclesias.*Deinde Com. S. Ioseph.*

8.

**E**

CCE fi- dé- lis servus \* et pru- dens, quem constí- tu- it





Dómi-nus su-per famí-li- am su- am.

Ÿ. Glória et divítiae in domo eius.

R̄. Et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Postea Com. seq. S. Timothei, Ant. Iste sanctus. Ÿ. Glória. [13].

Oratio.

**I**NFIRMITATEM nostram réspice, omnípotens Deus : \* et quia pondus própriae actiónis gravat, beáti Timóthei Mártiris tui atque Pontificis intercessio gloriósa nos próteget.

Denique Com. S. Raymundi. : Ant. Hic vir. Ÿ. Iustum. [69].

## 28. S. Petri Nolasci, Conf.

*Duplex.*

Ant. Similábo. Ÿ. Amávit. [64].

Oratio.

**D**EUS, qui in tuae caritátis exéplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole foecundáre divínitus docuísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde; \* a peccáti servitúte solútis, in caelésti pátria perpétua libertáte gaudére : Qui vivis.

Com. praeced. : Ant. O Doctor... beáte Ioánes Chrysóstome. Ÿ. Iustum. [58]. Oratio. Ecclésiam. 561. Denique Com. S. Agnetis : Ant. Stans. etc. 562.

II. Vesperae a Cap. de seq. S. Francisco Salesio. 562. Com. praecedentis.

## 31. S. Ioannis Bosco, Conf.

*Duplex.*

Ant. Similábo. Ÿ. Amávit. [64].

Oratio.

**D**EUS, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum adolescentium patrem et magístrum excitásti, ac per eum auxiliatrice Vírgine María novas in Ecclesia tua familias floréscere voluísti : † concéde, quaésumus; ut eódem caritátis igne succénsi, \* ánimas quaérete tibi que soli servíre valeámus. Per Dóminum.

*Com. praecedentis. S. Hyacinthae : Ant. Veni Sponsa II. V̇. Dif-  
fusa. [86].*

## Oratio.

**D**EUS qui beátam Hyacíntham Vírginem tuam iugis morti-  
ficationis et caritátis victimam effecisti : \* eius nobis exémplo  
et intercessióne concéde; ut peccáta nostra deflere et te semper  
diligere valeámus.

*Deinde Com. S. Martinæ : Ant. Simile est. V̇. Spécie. [83].*

## Oratio.

**D**EUS qui inter cétera poténtiae tuae mirácula étiam in sexu  
frágili victóriam martýrii contulisti : \* concéde propítius;  
ut, qui beátae Martínae Vírginis et Mártyris tuae natalítia cólimus,  
per eius ad te exémplo gradiámur. Per Dóminum.

*Vesperae a Cap. de seq. ; Com. praeced.*

## FESTA FEBRUARII.

## 1. S. Ignatii, Ep. et Mart.

*Duplex.*

*Ant. Iste sanctus. V̇. Glória. [13].*

## Oratio.

**I**NFIRMITÁTEM nostram réspice, omnipotens Deus : † et quia  
pondus própriae actiónis gravat, \* beáti Ignátii Mártyris  
tui atque Pontificis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dó-  
minum.

*Com. praeced. : Ant. Hic vir. V̇. Iustum. [69].*

## 14. S. Ioannae Valesiae, Viduae.

*Duplex maius.*


*In II. Vesp. Com. sequentis, (Feriae) ac Ss. Faustini et Iovitae, Mart.*

15. Translatio S. Antonii Pat.  
Conf. 1. Ord. et Eccl. Doct.

*Duplex.*

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



**E**X-AL-TÁ-VIT il-lum Dóminus\* apud próximos su- os;  
et in mé-di- o Ecclé-si- ae a-pé-ru- it os e- ius, et ad-im-  
plé-vit il-lum Spí-ri- tu sa- pi- énti- ae et intel- lé- ctus.

E u o u a e.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Antóni.

Rꝫ. Ut digni efficiámur promissiõibus Christi.

Oratio.

**D**A, quaesumus, omnipotens Deus, qui facis prodigia et mirabilia solus: † ut sicut linguam beati Antonii Confessoris tui atque Doctoris incorruptam post eius obitum conservasti; \* ita nos ipsius meritis et exemplo te semper benedicere et laudare valeamus. (Per Dominum.)

*In Quadrag. Com. Feriae; deinde Ss. Faustini et Iovitae, Mart.: Ant. Istorum. Ÿ. Laetamini. [32].*

Oratio.

**D**EUS qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Faustini et Iovitae solemnitate laetificas: \* concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendámur exemplis. Per Dominum.

*Sicubi de hoc Festo peragenda sint I. Vesperae, Antiphonae propriae et Capitulum sumuntur de II. Vesp., Hymnus. Clara lux, ut infra, V., Antiphona ad Magnificat et Oratio, ut supra.*

8.

C

LARA lux mundo no-va nunc re-fúl-ge't : Nomen

Antó-ni mé-ri-tis o-nústi, Ore et af-féctu mo-du-lén-

tur omnes Ri-te fi-dé-les.

2. Ut Deo in claustro sua vota reddat,  
Saeculi pompas iuvenis relinquit,  
Moxque Francisci monitis libenter  
Totus adhaeret.

3. Corpora ut vidit lacerata dire  
Martyrum Fratrum, cupiens  
et ipse  
Martyris palmam, statuit Minorum  
Lege ligari.

4. Serta capturus volat hinc ad oras.  
Barbari ac caeci populi, sed undis  
Vectus adversis, remeans honorat  
Itala regna.

5. Abditus cunctis, taciturnus orans,  
Corpus affligens, recreansque mentem,  
Nemini notus, meruit repleri  
Luce superna.

6. Sit decus Patri, genitaeque Proli,  
Et tibi, compar utriusque virtus  
Spiritus, semper Deus unus, omni  
Temporis aevo. Amen.

## AD LAUDES et per Horas.

I. Ant.

I. f


D

I-LÉCTUS De-o\* et homí-ni-bus, cu-ius memó-



ri- a in be-ne-dicti- ó-ne est. E u o u a e.

*Psalmi de Dominica 4.*



2. Ant.

I. g


**E** -RU- DÍ- TUS \* in omni sa-pi- énti- a, e-rat




pot-ens in verbis et in o-pé-ri-bus su- is; lá- bi- a



e-nim sa-pi- énti- um dissemi-nábunt sci- énti- am.



E u o u a e.



3. Ant.

7. a


**S** IGNA a-posto-lá-tus me- i \* facta sunt su-per vos



in omni pa-ti- énti- a, in signis et pro-dí-gi- is et vir-



tú-ti-bus. E u o u a e.



4. Ant.


4. a

**S** API- ÉNTES \* abscondunt sci- énti- am : argéntum




e-lé-ctum lingua ius-ti. E u o u a e.

5. Ant.  
3. a



**A**D insu-las \* longe di-vulgá-tum est nomen tu-um,




et di-léctus es in pa-ce tu- a. E u o u a e.

*Capitulum. Optávi. ut infra ad II. Vesperas.*

Hymn.

8.



**C**AÉLITUS ple-nus ri-gat hinc ad instar Flúmi-nis



vi-vi, sé-ge-tes et arva : Gérmí-nant flo-res, pí-e-tas re-



súr-git, Pax bona regnat.


- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Haéresum perdit scelerúmque monstra,<br/>Móribus, signis iaculisque vocis,<br/>In viam rectam révocans ubíque<br/>Prava sequéntes.</p> <p>3. Lítteras primus docet ipse Fratres,<br/>Sacra pertráctans, Pátre sic iubénte;<br/>Primus idcirco decor atque Doctor<br/>Iure Minórum.</p> | <p>4. Ut probet verum Dómini coléndum<br/>Corpus in signo latitáre pánis,<br/>Bruta compéllit, trídúo probáta,<br/>Hoc venerári.</p> <p>5. Eius ad nutum maris e profúndo<br/>Píscium surgit genus, atque verba<br/>Audit; et Christi, pópulo stu-pénte,<br/>Dogma triúmphant.</p> |
|--|--|


6. Sit decus Patri, genitaéque Proli,  
Et tibi, compar utriúsqve virtus,  
Spíritus, semper Deus unus, omni  
Temporis aevo. Amen.

Ÿ. Ora pro nobis. et Ant. ad Benedictus Non recédet. 586. Oratio ut supra. Dein Com. (Feriae et) Ss. Faustini et Iovitae, Mart. : Ant. Vestri cápilli. Ÿ. Exsultábunt. [34]. Oratio ut supra.

## Ad Tertiam.

Capitulum Optávi. ut infra ad II. Vesperas.

Rꝫ. br.  **I**USTUS germi-ná-bit \* Sic- ut lí- li- um. Ÿ. Et flo-



ré-bit in ae-térnum ante Dómi-num. Gló-ri- a Patri, et Fí-



li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Ÿ. Minuísti eum, Dómine, paulo minus ab Angelis.


Rꝫ. Glória et honóre coronásti eum.


## Ad Sextam.

Capitulum.

Sap. 7, 11-13.

**V**ENÉRUNT autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innume-  
rábilis honestas per manus illius : † et laetátus sum in  
ómnibus, quóniam antecedébat me ista sapiéntia, et ignorábam  
quóniam horum ómnium mater est; \* quam sine fictióne dídici  
et sine invidia commúnico, et honestátem illius non abscondo.

Rꝫ. br.  **M**I-NU- ÍSTI e- um, Dómi-ne, \* Pau-lo-mi-nus ab An-



ge- lis. *Ÿ.* Gló-ri- a et ho-nó-re co-ro-násti e- um. Gló-ri- a

Patri.

*Ÿ.* Iustus ut palma florébit.

*R.* Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Nonam.

Capitulum.

*Sap. 7, 15.*

**M** IHI autem dedit Deus dicere ex senténtia, † et praesúmere digna horum quae mihi dantur; \* quóniam ipse sapiéntiae dux est, et sapiéntium emendátor.

*R.* br.

**I**

USTUS \* Ut palma flo-ré- bit. *Ÿ.* Sic-ut cedrus

Lí-ba-ni multi-pli-cá-bi-tur. Gló-ri- a Patri.

*Ÿ.* Os iusti meditábitur sapiéntiam.

*R.* Et lingua eius loquétur iudícium.

In II. Vesperis.

I. Ant.

4. E

**S**

EDÉ-BIT so-li-tá-ri- us, \* et ta-cé- bit; qui- a levá-vit

super se. E u o u a e.

*Ps. 109.* Dixit Dóminus. 482.



(30)

Festa Februarii. 15.

2. Ant.

4. A

**P**

Ó-SU- IT De- us \* de-sértum e- ius qua-si de- lí-

ci- as, et so-li-tú-di-nem e- ius qua-si hor-tum Dó-mi-ni.

E u o u a e.

*Ps. 110.* Confitébor. 483.

3. Ant.

5. a

**E**

-GO di-lé-cto me-o \* et di-lé-ctus me-us mi-hi,

qui pásci-tur in-ter lí-li-a. E u o u a e.

*Ps. 133.* Beátus vir. 484.

4. Ant.

8. G

**G**

LÓ-RI-AM \* praecé-dit humí-li-tas, et hú-mi-lem spi-

ri-tu suscí-pi-et gló-ri-a. E u o u a e.

*Ps. 132.* Laudate púeri. 485.

5. Ant.


8. G

**P**

LENUS grá-ti-a \* et forti-tú-di-ne, fa-ci-é-bat pro-



dí-gi- a et signa ma-gna, in pó-pu- lo.



E u o u a e.

*Ps. 116.* Laudáte Dóminum. 489.

Capitulum.

*Sap. 7, 7.*


**O**PTÁVI et datus est mihi sensus; † et invocávi et venit in me spíritus sapiéntiae : \* et praepósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus.

Hymnus.


8.

**P**


ÉRFRU- I Chri- sto fá-ci- e per- ó-ptans, Quem  
2. Tráns- i-tum pan- dunt pú- e-ri per ur- bem, Praé-




1. sub in- fán- tis spé- ci- e vi- á- tor Dúl- ci- ter strin- xit  
2. di- cant Sanctum, répe- tunt Be- á- tum : Gesta dum cuncti




1. te- nu- ítque in ul- nis, Mi- grat ad i- psum. 3. Lingua quae  
2. me- ri- túmque nar- rant, Signa co- rús- cant. 4. No- men hinc




3. laudes Dómi- ni sat- é- git Spí- ri- tu fervens re- so- náre  
4. e- ius lá- bi- is fré- quén- ter In mari, in ter- ra cé- lebrant




3. u-bíque, Iú-gi-ter servans rúbe-um co-ló-rem Inte-  
4. fi-dé-les: In di-es cre-scit re-dí-viva in o-re Fama



3. gra-ful-sit. 5. Cor-de iam regnans ma-ni-búsque pu-rus,  
4. per orbem. 6. Sit de-cus Pa-tri, ge-ni-taéque Pro-li,



5. Impetra no-bis si-ne la-be mo-res, Qui pi-us cunctis  
6. Et ti-bi, compar utri-úsque virtus, Spí-ri-tus, semper




5. ad-es, et vo-cá-tus Mú-ne-ra praestas.  
6. De-us u-nus, o-mni Tém-po-ris aevo. A-men.


Ÿ. Ora pro nobis, beáte Antóni.

Ry. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.


### Ad Magnificat, Antiphona.



U-CUNDI-TÁ-TEM \* et exsul-ta-ti-ó-nem the-sau-ri-



zá-vit su-per e-um Dó-mi-nus, et nó-mi-ne ae-tér-no



ha-re-di-tá-vit il-lum. E u o u a e.

*Et fit Com. sequentis et, in Quadrag., Feriae.*

16. Bb. Philippae Mareriae, Eustochii  
et Veridianae, Virg. 2. et 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Ego Dóminus. *Ÿ.* Deus. [89].

*Oratio.*

**F**IDÉLES tuos, quaesumus, Dómine, intercedéntibus Virgínibus Philippa, Eustóchio et Veridiána, ita corpore et mente purifica : † ut a nóxiis delectatióibus elongéntur; \* ac tua iúgiter suavitate pascántur. (Per Dóminum.)

*In Quadrag. denique fit Com. Feriae.*

*Vesperae a Capitulo de seq.; Com. praeced. (et Feriae).*

17. Bb. Lucae Belludi, Andreae de  
Comitibus et Petri a Treia, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Qui sperant. *Ÿ.* Firmaméntum. [93].

*Oratio.*

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatórum Lucae, Andréae et Petri Confessórum tuórum exéempla nos próvocent; \* quátenus quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant.* Casta generatio. *Ÿ.* Virgines. [93].

*In Quadrag. denique fit Com. Feriae.*

*In II. Vesperis : Ant.* A saéculo. *Ÿ.* Iusti. [78]. *In Quadrag. fit Com. Feriae, deinde seq. S. Simeonis, Ep. et Mart. : Ant.* Iste Sanctus. *Ÿ.* Glória. [13].

*Oratio.*

**I**NFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus : \* et quia pondus própriae actióis gravat, beáti Simeónis Mártýris tui atque Póntificis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

(34) Festa Februarii. 20. 26. 27. 28.

---

20. Officium fit de ea.

---

26. (27.) Officium fit de ea.

---

27. (28.) S. Gabrielis  
a Virgine Perdolente, Conf.

*Duplex.*

*Ant. Similábo. V̄. Amávit. [64].*

*Oratio.*

**D**EUS, qui beátum Gabriélem dulcíssimae Matris tuae dolóres assidue recólere docuísti ac per illam sanctitátis et miraculórum glória sublimásti : † da nobis eius intercessióne et exémplo ita Genitricis tuae consociári flétibus; \* ut matérna eiúsdem protectióne salvémur : Qui vivis.

*In Quadrag. fit Com. Feriae.*

*In II. Vesperis : Ant. Hic vir. V̄. Iustum. [69]. Com. seq. (et Feriae).*

---

28. (29.) Bb. Antoniae a Florentia,  
Angelae a Fulginio et Ludovicae Albertoniae,  
Vid. 2 et 3 Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Inítium. V̄. Iustus. [104].*

*Oratio.*

**C**ONCÉDE, quaésumus, omnipotens Deus : † ut veneránda nobis beatárum Antóniae, Angelae et Ludovicae intercésio tríbuat caeléste subsidium; \* quarum vita mirábilis ómnibus salutáre praestat exémpum. (Per Dóminum.)

*In Quadrag. fit Com. Feriae.*

*In II. Vesperis : Ant. Vita vestra. V̄. Memóriam. [109]; in Quadrag. fit Com. Feriae.*

## FESTA MARTII.

## 2. Officium fit de ea.

## 4. S. Casimiri, Conf.

*Semiduplex.**Pro Com. S. Lucii I, Papae et Mart. ponitur*

Oratio.

**G**REGEM tuum, Pastor aetérne, placátus inténde, \* et per  
beátum Lúcium, Mártirem tuum atque Summum Pontificem,  
perpétua protectióne custódi; quem totius Ecclésiae praestitisti  
esse pastórem. Per Dóminum.

11. Bb. Agnelli a Pisis, Ioannis-Baptistae  
a Fabriano et Christophori a Mediolano,  
Conf. 1 Ord.

*Semiduplex.**Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

Oratio.

**C**ONCÉDE, quaésumus, omnípotens Deus : † ut ad meliorem  
vitam beatórum Agnélli, Ioánnis-Baptistae et Christóphori  
Confessórum tuórum exémpa nos próvocent ; \* quátenus quorum  
memóriam ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant. Gaudent. V. Exsultábunt. [38].*

Oratio.

**P**RAESTA, quaésumus, omnípotens Deus ; † ut, qui glorióso  
Mártires fortes in sua confessióne cognóvimus, \* pios apud  
te in nostra intercessióne sentiámus.

*Deinde Com. Feriae.*

13. Officium fit de ea.

29. Officium fit de ea.

30. S. Petri Regalati, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.*

In I. Vesperis.

V. Amávit.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

**C** Á-RI-TAS De- i diffú-sa est \* in córdi-bus nostris

per Spí-ri-tum Sanctum qui da-tus est no-bis. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui diléctum fámulum tuum Petrum, carne mortificátum, ad delicias glóriæ tuæ assúmere dignátus es : † concéde propítius ; ut ad delectatiónes, quæ in délixtera tua sunt in finem, \* méritis eius et intercessióne perveníre valeámus. Per Dóminum.

*Com. Feriae.*

V. Iustum.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. f

**A** -MEN di-co vo-bis \* quám-di- u fe-cístis u-ni- ex

his frátri-bus me- is mí-nimis, mi-hi fec-í-stis. E u o u a e.

## In II. Vesperis.

Ÿ. Iustum.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**A**

-MBULÁ-VIT in o-mni vi- a Patris su- i,

et non decli-ná-vit ex e- a; fe-citque quod rectum e- rat

in conspéctu Dómi-ni. E u o u a e.

## FESTA APRILIS.

3. Bb. Gandulphi a Binasco,  
Ioannis a Pinna et Guillelmi a Scicli,

Conf. 1 et 3 Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Qui sperant. Ÿ. Firmaméntum. [73].

Oratio.

**C**ONCÉDE, quaésumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatórum Gandúlphi, Ioánnis et Guillélmi Confessórum tuórum exémpa nos próvocent; \* quátenus quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur.

*Com.* S. Francisci de Paula : *Ant.* Euge. Ÿ. Amávit. [66].



(38) Festa Aprilis. 7. 9. 10. 11. 12. 16.

Oratio.

**D**EUS, humilium celsitudo, qui beatum Franciscum Confessorem  
Sanctorum tuorum gloria sublimasti : \* tribue, quaesumus;  
ut eius meritis et imitatione, promissa humilibus praemia feliciter  
consequamur. (Per Dominum.)

*Denique, in Quadrag., Com. Ferae.*

---

7. Officium fit de ea.

---

9. Officium fit de ea.

---

10. Officium fit de ea.

---

11. S. Leonis I, Papae, Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex (m. t. v.)*

*Ant. O Doctor... beate Leo. V. Amavit. [58].*

Oratio.

**G**REGEM tuum, Pastor aeternae, placatus intende : † et per  
beatum Leonem, Summum Pontificem, perpetua protectione  
custodi; \* quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per  
Dominum.

*In Quadrag. fit Com. Ferae.*

*In II. Vesperis ut supra. V. Iustum.*

---

12. Officium fit de ea.

---

16. Commemoratio  
solemnis S. P. N. Francisci.

*Omnia ut in corpore, 656; sed post Com. S. Benedicti-Iosephi Labre, fit  
Com. S. Mariae-Bernardae Soubirous, Chordigerae Franciscalis,  
Virginis : Ant. Veni sponsa I. V. Specie. [82].*

## Oratio.

**H**UMILIIUM Deus protector et amator, qui famulam tuam Mariam-Bernardam immaculatae Virginis Mariae apparitione et alloquio recreasti : \* praesta, quaesumus; ut per simplices fidei semitas ad tuam in caelis visionem pervenire mereamur. Per Dominum.

*In II. Vesp. fit Com. (Feriae et) seq. S. Aniceti, Papae et Mart. : Ant. Iste Sanctus. V. Gloria. [13]; T. P. Ant. Lux perpetua. V. Sancti. [23].*

## Oratio.

**G**REGEM tuum, Pastor aeternae, placatus intende : \* et per beatum Anicetum, Martyrem tuum atque Summum Pontificem, perpetua protectione custodi; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per Dominum.

## 19. Bb. Conradi ab Asculo, Marci Fantutii a Bononia et Angeli a Clavasio, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmamentum. [73].*

## Oratio.

**C**ONCEDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatorum Conradi, Marci et Angeli Confessorum tuorum exempla nos provocent; \* quatenus, quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

*In II. Vesperis. : Ant. A saeculo. V. Iusti. [78].*

## 21. S. Conradi a Parzham, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.*

*Ant. Similabo. V. Amavit. [64].*

## Oratio.

**D**EUS, qui misericordiae tuae ianuam fidelibus patere voluisti : † te supplices exoramus; ut intercedente beato Conrado Confessore tuo, \* temporalia subsidia nobis tribuas et aeterna. Per Dominum.

*Com. S. Anselmi, Ep., Conf. et Eccl. Doct.: Ant. O Doctor... beáte Anselme. V̇. Amávit. [58].*

## Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Anselmum ministrum tribuísti : praesta, quaesumus; ut quem doctórem vitae habuimus in terris, \* intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

*In II. Vesperis. : Ant. Hic vir. V̇. Iustum. [69].*

*Com. seq.; S. Anselmi ac Ss. Soteris et Caii, Pp. et Mart.*

## 22. B. Francisci a Fabriano, Conf. 1. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant. Similábo. V̇. Amávit. [64].*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus, omnipotens Deus : † ut sicut beátus Franciscus, verbi tui praeco, ita fecit et dócuit, ut magnus esse merúerit in regno caelórum; \* nos quoque eius précibus et imitatione tibi iúgiter verbis et opéribus placére studeámus.

*Deinde Com. S. Anselmi : Ant. O Doctor... beáte Anselme. V̇. Iustum. [58].*

*Denique Com. Ss. Soteris et Caii : Ant. Lux perpétua. V̇. Sancti. [23].*

## Oratio.

**G**REGEM tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : \* et per beátos Sotérem et Caium, Mártires tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectione custódi; quos totíus Ecclésiae praestitísti esse pastóres. Per Dóminum.

## 26. Ss. Cleti et Marcellini, Pap. et Mart.

*Semiduplex.*

*Ant. Lux perpétua. V̇. Sancti. [23].*

## Oratio.

**G**REGEM tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátos Cletum et Marcellinum, Mártires tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectione custódi; \* quos totíus Ecclésiae praestitísti esse pastóres. Per Dóminum.

## 30. S. Iosephi-Benedicti Cottolengo,

Conf. 3. Ord.

*Duplex maius.*

## In I. Vesperis.

Capitulum.

*Eccli. 31, 8-9.*

**B**EATUS vir, qui inventus est sine mácula et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. † Quis est hic, et laudábimus eum? \* fecit enim mirabilia in vita sua.

## Hymnus.

4. **I**N-TER be-á-tos Caé-li-tes Cla-ro ni-té-scens  
2. Ad-huc pu-él-lus ínno-cens, So-lum su-pérna

1. lúmi-ne, Io-sé- phe car- men ác-ci-pe, Tu- o di-cá-  
2. quaé-ri-tas, De- í-que a-mó- re sáu-ci- us, Fer-ves amó-


1. tum nó-mi-ni. 3. Ae-gros re-púl- sos laé-ti- or Ap- tas  
2. re pró-ximi. 4. Prod- és-se tot mi- sér-rimis Te Christi

3. in se-des éxci-pis, Vi-dés-que Ie-su i-má-gi-nem, E-nu-  
4. ad- é-git cá- ri-tas : Di-ví- na Pro- vi-dén-ti- a Ti- bi

3. tri- éndo páu-pe-res. 5. San-ctís-simae De- í- parae Cultor  
4. iuvá-men át-tu-lit. 6. De- i vo-lún- tas éxsti-tit Ti- bi



5. fu- í-sti sé-du-lus : Te iu-vit haec lar- gís-sime, Vi- am  
6. per- énnis ré-gu-la : De- ó-que sol-vens grá-ti- as, Cel-sum



5. sa-lú- tis ín-di-cans. 7. Nunc e su-pér- nis sé-di-bus Te  
6. vo-lásti in aéthe-ra. 8. Prae- sta, be- á- ta Trí- ni- tas, Pos-



7. suppli- cántes ádiuva, Ut fi- des, spes et cá- ri-tas  
8. sí- mus ut fe- lí- ci-ter Ex-émplar is- tud súbsequi



7. Regnent u- bíque génti- um.  
8. Fru- í- que cae- li gáu-di- is. A- men.

Ÿ. Amávit eum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**Q**

UAÉRI-TE pri-mum\*regnum De- i et iustí-ti- am



e-ius, et haec ó-mni- a a-di- ci- éntur vo-bis, al-le-



lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui in te confidentibus paterna largitate succurris : † beati Iosephi-Benedicti intercessione concede; \* ut derelictis pauperibus serviens, promissa misericordibus praemia consequamur. Per Dominum.

*Com. praeced. S. Petri, Mart. : Ant. Sancti et iusti. ♯. Pretiosa. [28].*

## Oratio.

**P**RAESTA, quaesumus, omnipotens Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur; \* qui pro eiusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere.

*Deinde Com. S. Catharinae : Ant. Veni sponsa I. ♯. Specie. [82].*

## Oratio.

**D**A, quaesumus, omnipotens Deus : ut qui beatae Catharinae Virginis tuae natalitia colimus; \* et annua solemnitate laetemur, et tantae virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum.

## Pro Commemoratione ad Laudes.

Ant.

i. f

**A**

-MEN di-co vo-bis : \* Quod u-ni ex mi-ni-mis me-is

fe-cis-tis, mi-hi fe-ci-stis : Ve-ni-te, be-ne-dicti Patris

me-i, possi-de-te pa-ra-tum vo-bis regnum ab

in-i-ti-o saecu-li; al-le-lu-ia. E u o u a e.

♯. Iustum deduxit.

*Com. S. Catharinae : Ant. Simile est. ♯. Diffusa. [83].*

*Vesperae de seq. Com. praecedentis et S. Catharinae.*

## Pro Commemoratione ad Vesperas.

8. G

**R**

ESPÉXIT DÓ-mi-nus\* fámu-lum su-um, et per e-um

fe-cit magna qui pot-ens est: qui e-su-ri-éntes implet

bo-nis et dí-vi-tes dimít-tit in-á-nes, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

Ÿ. Iustum dedúxit.

*Com. S. Catharinae. : Ant. Veni sponsa II. Ÿ. Diffúsa. [86].*

## FESTA MAII.

## II. S. Ignatii a Laconi, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.**Ant. Similábo. Ÿ. Amávit. [64].*

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Ignátium Confessórem tuum per humilitátis et innocéntiae sémitam ad caeléstis glóriae fastígium perduxísti: † concéde propítius; ut eius intercessióne \* grátiae tuae munéribus ditári et ad te puris méntibus pervenire valeámus. Per Dóminum.

*Com. praecedentis S. Antonini : Ant. Amávit, Ÿ. Iustum. [48].*

## Oratio.

**S**ANCTI Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontificis méritis adiuvémur : \* ut sicut te in illo mirábilem praedicámus, ita in nos misericórdem fuisse gloriémur. Per Dóminum.

*In II. Vesp. : Ant. Hic vir. V. Iustum. [69]. Com. seq. (Ss. Nerei etc. Mart.) : Ant. Lux perpétua. V. Sancti. [23].*

## Oratio.

**S**EMPER nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achillei, Domitíllae atque Pancrátii fóveat, quaesumus, beáta solémnitas : \* et tuo dignos reddat obséquo. Per Dóminum.

13. S. Roberti Bellarmino,  
Ep., Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)*

*In I. Vesp. : Ant. O Doctor... beáte Robérte. V. Amávit. [58].*

## Oratio.

**D**EUS, qui ad errórum insídias repelléndas et Apostólicae Sedis iura propugnánda, beátum Robértum Pontíficem tuum atque Doctórem mira eruditióné et virtúte decorásti : † eius méritis et intercessióné concéde; ut nos in veritátis amóre crescámus, \* et errántium corda ad Ecclésiæ tuæ rédeant unitátem. Per Dóminum.

*Com. praec. : Ant. Sancti. V. Pretiósá. [28]. Oratio Semper, ut supra.*

*Vesperae a Cap. de seq. Com. praeced. et S. Bonifatii Mart.*

14. Bb. Benedicti ab Urbino, Iuliani a Valle  
et Iacobi Illyrici, Conf. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant. Qui sperant. V. Firmaméntum. [73].*

## Oratio.

**D**EUS, qui nos beatórum Benedicti, Iuliáni et Iacóbi Confessórum tuórum méritis et intercessióné laetíficas : † concéde propítius; ut, qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.



*Com. praeced.* : *Ant.* O Doctor... beáte Robérte. *Ÿ.* Iustum. [58];  
*dein Com. S. Bonifatii* : *Ant.* Lux perpétua. *Ÿ.* Sancti. [23].

## Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus : \* ut qui beáti Bonifátii Mártiris tui solémnia cólimus, eius apud te intercessiónibus adiuvémur. Per Dóminum.

## 19. S. Theophili a Curte, Conf. 1. Ord.

*Duplex maius.*

*Ant.* Similábo. *Ÿ.* Amávit. [64].

## Oratio.

**D**EUS, qui beáto Theóphilo Confessóri evangélicam Seráphici Patris vivéndi formam imitári tribuísti : † eius nobis intercessióne concéde, ut in tua caritaté firmáti; \* tibi perpétuo famulémur. Per Dóminum.

*Com. praeced. S. Felicis, S. Petri Caelestini Papae et Conf., S. Venantii Mart. et S. Pudencianae Virg., vide 711.*

## 21. Bb. Ladislai a Gielniow,

## Crispini a Viterbio et Vivaldi Eremitae,

Conf. 1. et 3. Ord.

*Duplex.*

*Ant.* Qui sperant. *Ÿ.* Firmaméntum. [73].

## Oratio.

**C**ONCÉDE, quaesumus, omnipotens Deus : † ut ad meliorem vitam beatórum Ladislái, Crispíni et Viváldi Confessorum tuórum exémpa nos próvocent; \* quátenus, quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

*Vesperae a Capitulo de seq.; Com. praecedentis.*

22. Bb. Ioannis Forest, Godefridi-Mauritii  
Jones et Ioachim a S. Anna Wall,

Mart. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant.* Lux perpétua. *Ÿ.* Sancti. [23]. (*Extra T. P. : Ant.* Istórum. *Ÿ.* Laetámini. [32].)

*Oratio.*

**D**ÓMINE Iesu Christe, qui beátos Mártyres tuos Ioánnem, Godefridum-Maurítium et Ióachim, cathólicae fidei et Románi Pontificis primátus assertóres exímios elegísti : † tríbue, quaésumus; ut ipsis intercedéntibus, \* cuncti pópuli, qui te verum Deum confiténtur, ad verae fidei rédeant unitátem. Qui vivis.

*Com. praeced. : Ant.* A saéculo. *Ÿ.* Iusti. [78].

*In II. Vesperis : Ant.* Sancti. *Ÿ.* Pretiósá. [28]. (*Extra T. P. : Ant.* Gaudent. *Ÿ.* Exsultábunt. [38].)

*Com. sequentis.*

23. Bb. Bartholomaei Pucci,  
Benvenuti a Recineto et Gerardi a Villamagna,

Conf. 1. et 3. Ord.

*Semiduplex.*

*Ant.* Qui sperant. *Ÿ.* Firmaméntum. [73].

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beatórum Bartholomaeí, Benvenúti et Gerárdi Confessórum tuórum méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eos beneficia póscimus, \* dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Vesperae de seq.; Com. praecedentis.*

24. Bb. Ioannis de Prado,  
Ioannis de Cetina et Petri de Dueñas,  
Mart. 1. Ord.

*Duplex.*

*Ant.* Lux perpétua. *Ÿ.* Sancti. [23]. (*Extra T. P. : Ant.* Istórum.  
*Ÿ.* Laetámini. [32].)

*Oratio.*

**F**RATÉRNA nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna laetíficet : †  
quae et fidei nostrae praébeat increméta virtútum; \* et  
multiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

*Com. praeced. : Ant.* A saéculo. *Ÿ.* Iusti. [78].

27. S. Bedae Venerabilis, Conf. et Eccl. Doct.

*In I. Vesperis pro Com. S. Ioannis, Papae et Mart. dicitur :*

*Oratio.*

**G**REGEM tuum, Pastor aetérne, placátus inténde, \* et per  
beátum Ioánnem, Mártyrem tuum atque Summum Pontí-  
ficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiae praesti-  
tísti esse pastórem. Per Dóminum.

Die 31. Maii.

In festo B. Mariae Virg.  
omnium gratiarum Mediatricis.

*Duplex II. classis.*

IN I. VESPERIS.

I. Ant. 7. a




E-NE-DICTI-ÓNEM \* ómni- um génti- um de-dit



il-li Dómi-nus, et testaméntum su- um confirmávit super  
caput e- ius. *T. P.* Alle-lú- ia. *Ps. 109.* DI-XIT Dómi-nus DO-  
mi-no ME- o : \* Se- de a DEXtris ME- is. 482.

## 2. Ant.

1. f



**I**N aetérnum \* mi-se-ri-córdi- a e- ius, et usque  
in ge-ne-ra-ti- ó- nem et ge-ne- ra- ti- ó- nem. *T. P.* Alle-  
lú- ia. *Ps. 112.* LAUDÁTE PU- e-ri DOmi-num : laudá-te *nomen*  
DOmi- ni. 485.

## 3. Ant.

4. A\*



**B**ENE-DÍ-CAM te \* in vi- ta me- a, et in nómi- ne  
tu- o levá-bo manus me- as. *T. P.* Alle-lú- ia. *Ps. 121.* LAETÁTUS



sum in his quae dicta sunt MI-hi : \* In domum Dómi-ni



I-bimus. 489.

4. Ant.

5. a




**N**ON pe-percí-sti \* á-nimae tu-ae, propter angú-



sti-as et tri-bu-la-ti-ó-nem gé-ne-ris tu-i. T. P. Alle-lú-ia.



Ps. 126. NI-SI Dómi-nus aedi-fi-cá-ve-rit DOmum : \* in vanum




labo-ravé-runt qui aeDI-fi-cant E-am. 490.

5. Ant.


3. a 2



**R**E-CORDARE \* Vir-go Ma-ter De-i, dum sté-te-ris



in conspéctu Dómi-ni, ut loquá-ris pro no-bis bo-na.



T. P. Alle-lú-ia. Ps. 147. LAUDA JeRU-sa-lem DOmi-num : \*



lauda De- um tu- um SI- on. 491.

Capitulum.

Is. 55, 1.

**O**MNES sitiéntes, veníte ad aquas : † et qui non habétis argéntum, properáte, émite et comédite : \* veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac.

*Hymnus.* Ave maris stella. [121].

℣. Ora pro nobis, Mediátrix nostra potentíssima. *T. P.* Allelúia.


R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi. *T. P.* Allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.


*r. f.*

**E**

-CCE Dó-mi-nus me- us \* ómni- a mi-hi trá-di-dit,



nec quid- quam est quod in me- a non sit pot- e- stá- te,



vel non tra-dí-de- rit mi- hi. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

**D**ÓMINE Iesu Christe, noster apud Patrem mediátor, qui beatíssimam Vírginem matrem tuám, matrem quoque nostram et apud te mediátricem constituére dignátus es : concéde propítius; ut quisquis ad te beneficia petitúrus accésserit, cuncta se per eam impetrásse laetétur : Qui vivis.

-- *Et fit Com. praecedentis : Ant.* Hic vir. ℣. Iustum. [69].

Oratio.


**D**EUS, qui beáto Confessóri tuo Ferdinándo praeliári praélia tua et fidei inimicos superáre dedísti : \* concéde, ut eius nos intercessióne muníti, ab hóstibus mentis et córporis liberémur. Per Dóminum.

*Ad Completorium et per Horás Tonus et Doxologia de B. M. V., 92 et 46.*

## AD LAUDES et per Horas.

*Antiphonae de Vesperis, Psalmi de Dominica, 4; Capitulum ut supra.*

**M**ARI-A, quae mortá-li- um Pre-ces amánter éxci-pis,



Rogámus ecce súppli-ces, No-bis ad-ésto pérpe-tim.

- |  |  |
|--|--|
| <p>2. Adésto si nos críminum<br/>Caténa stringit hórrida;<br/>Cito resólve cómpedes,<br/>Quae corda culpís illigant.</p> | <p>4. Succúrre, si vel córpori<br/>Advérsa sors impéndeat;<br/>Fac sint quiéta témpora,<br/>Aetérnitas dum lúceat.</p> |
| <p>3. Succúrre, si nos saéculi<br/>Fallax imágo pélicit,<br/>Ne mens salútis trámitem,<br/>Oblíta caeli, déserat.</p>    | <p>5. Túis et ésto filiis<br/>Tutéla mórtis témpore,<br/>Ut, te iuvánte, cónsequi<br/>Perénne detur praémium.</p>      |
6. Iesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.


Ÿ. Ora pro nobis, Mediátrix nostra potentíssima. *T. P. Allelúia.*

Rγ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. *T. P. Allelúia.*


## Ad Benedictus, Antiphona.



**A**BSQUE tu-o impé-ri- o\* non mo-vé-bit quisquam





manum aut pe-dem in omni ter-ra. *T. P. Alle-lú-ia.*




E u o u a e. *Oratio ut supra.*

Ad Tertiam.

*Capitulum. Omnes sitiéntes. ut supra.*



Ÿ. Sancta De- i Gé-nitrix. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et





Spi-rí-tu- i Sancto.

Ÿ. Nostras deprecationes ne despicias.

Ry. In necessitatibus nostris.

Tempore Paschali.



lú-ia, al-le-lú-ia. Ÿ. Sancta De- i Gé-ni-trix. Gló-ri- a Patri.

Ÿ. Nostras deprecationes ne despicias, allelúia.

Ry. In necessitatibus nostris, allelúia.

Ad Sextam.

*Capitulum.*

*Is. 55, 2-3.*

**A** UDÍTE audiéntes me, et comédite bonum, † et delectábitur in crassitú-dine ánima vestra. \* Inclínate aurem vestram, et veníte ad me : audíte, et vivet ánima vestra.



Ry. br.  
**N**OSTRAS depre-ca-ti-ó-nes \* Ne despí-ci-as. *Ÿ*. In ne-

cessi-tá-ti-bus nostris. Gló-ri-a Patri.

*Ÿ*. A perículis cunctis libera nos semper.

Ry. Virgo gloriósa et benedícta.

### Tempore Paschali.

Ry. br.  
**N**OSTRAS depre-ca-ti-ó-nes ne despí-ci-as, \* Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. *Ÿ*. In ne-cessi-tá-ti-bus nostris. Gló-ri-a Patri.

*Ÿ*. A perículis cunctis libera nos semper, allelúia.

Ry. Virgo gloriósa et benedícta, allelúia.

### Ad Nonam.

#### Capitulum.

*Is. 55, 5.*

**E**CCE gentem, quam nesciébas, vocábis : † et gentes, quae te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, \* et Sanctum Israël, quia glorificávit te.

Ry. br.  
**A**PER-í-CU-LIS cunctis \* Lí-be-ra nos semper.

*Ÿ*. Virgo glo-ri-ó-sa et be-ne-dícta. Gló-ri-a Patri.

*Ÿ*. Eia ergo advocáta nostra.

Ry. Misericórdes óculos tuos ad nos convérte.

Tempore Paschali.

Ry. br.

**A**

PER-Í-CU-LIS cunctis lí-be-ra nos semper, \* Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. *Ÿ*. Virgo glo-ri-ó-sa et be-ne-dícta.

Gló-ri- a Patri.

*Ÿ*. Eia ergo advocáta nostra, allelúia.

Ry. Misericórdes óculos tuos ad nos convérte, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*In II. Vesperis omnia ut in I. Vesp. praeter Ant. ad Magnificat :*

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

**S**

A-LUS nostra \* in manu tu- a est : réspi-ce

nos tan- tum, et lae-ti servi- é-mus Re- gi Dómi-no.

T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

*Et fit Com. sequentis.*


Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi

# SACRATISSIMI CORDIS IESU.

*Duplex I. Classis cum Octava privilegiata III. ordinis.*

## IN I. VESPERIS.

1. Ant. 1. g




Ū-A-VI iugo tu- o \* domi-



ná-re, Dómi-ne, in mé-di-o



in-imi-có-rum tu- ó-rum. *Ps. 109. DIXIT DÓmi-nus DÓmi-no*




ME-o: \* Se-de a *dextris* ME-is. 482.

2. Ant.

2. D


**M**

I-SÉ- RI-CORS \* et mi-se- rá-tor Dómi-nus : escam




de- dit timénti-bus se. *Ps. 110. CONFÍ-TÉBOR* ti-bi, Dómi-ne, in

Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi. (57)



to-to corde ME-o : \* in consi-li- o iustó-rum et congregá-




ti- One. 483.

3. Ant.


7. a

**E**

X-ÓRTUM est \* in té-nebris lu-men re-ctis; mi-sé-



ri-cors et mi-se- rá-tor Dómi-nus. *Ps. III.* BE- ÁTUS vir qui




TÍmet DÓmi-num : \* in mandá-tis e-ius VO-let NI-mis. 484.

4. Ant.


8. c

**Q**

UID retrí-bu-am \* Dómi-no pro ómni-bus quae



re-trí-bu- it mi- hi. *Ps. III.* CRÉDI-DI pro-pter quod loCU-tus



sum : \* e-go autem humi- li- á-tus sum NI-mis. 488.


5. Ant.

4. A \*


**A**

-PUD Dómi-num \* pro-pi-ti- á-ti- o est et co-

(58) Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi.



pi-ó-sa a-pud e-um red-émpti-o. *Ps. 129.* DE pro-fúndis cla-



má-vi ad te Dómi-ne : \* Dómi-ne exáudi vo-cem ME-am. 493.


Capitulum.

*Ephes. 3, 8-9.*

**F**RATRES, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi; \* et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti absconditi a saéculis in Deo.

Hymnus.

3.




**E**


N ut su-pér-ba crí-mi-num Et sae-va nostró-  
2. Vi-brán-tis ha-stam mí-li-tis Pec-cá-ta nostra



1. rum co-hors Cor sau-ci-á-vit ínno-cens Me-réntis  
2. dí-ri-gunt, Fer-rúm-que dí-rae cúspi-dis Mortá-le




1. haud ta-le De-i! 3. Ex cor-de scisso Ec-clé-si-a, Chri-  
2. cri-men á-cu-it. 4. Ex hoc per-én-nis grá-ti-a, Ceu




3. sto iugá-ta, násci-tur : Hoc ós-tium arcae in lá-tere est  
4. se-pti-fórmis flú-vi-us, Sto-las ut il-líc sórdi-das

Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi. (59)



3. *Genti* ad sa-lú-tem pó-si-tum. 5. Turpe est re-díre ad  
4. La-vé-mus Agni in sán-gui-ne. 6. Ie-su, ti-bi sit



5. crí-mi-na, Quae Cor be-á-tum lá-ce-rent : Sed ae-mu-  
6. gló-ri-a, Qui Cor-de fundis grá-ti-am, Cum Patre et



5. lé-mur córdi-bus Flammas amó-ris ín-di-ces.  
